TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0620

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

059

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE

Cat. N. 7 b 620

Loc.

Udine - Tip. di G. Florini

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

69

BIBLIOTECA CIVICA

ANECDOTA FOROJULIENSIA

COLLECTA

A IOHANNE IOSEPH LIRVTI DE VILLA-FREDDA CVM PRAEFATIONIBVS ET OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA.

MDCCXXX

ELENCHUS

EORUM QUAE HOC IN TOMO CONTINENTUR DESCRIPTA.

Praefatio Collectionem .... @ 1
Prolegomenon ad Gesta, & Seriem Patriarcharum Aquilejensium @ 9
Chronicon, sive Gesta eorundem Patriarcharum .... @ 11
Lectiones in MM.SS. variantes .... @ 26
Series Patriarcharum cum Nominum, Annis et Sedis eorundem .... @ 31
Lectiones Breviarij Ms.ti Forojuliensis .... @ 34
Appendix ad Chronicon Patriarcharum .... @ 37
Praenoscenda ad Chronicon Iuliani Can.ci Forojuliensis .... @ 43
Chronicon ejusdem Juliani .... @ 45
Appendix ad dictum Chronicon .... @ 66
Alia Appendix hinc inde collecta .... @ 69
Praefanda ad Historiam Aylini Maniacensis .... @ 74
Historia ejusdem Aylini De Bello Forojuliensi Alenconiano .... @ 75
Variantes Lectiones, et supplementum ex M.S.to Fontanino .... @ 81
Praefatio ad Epistolam Jacobi Utinensis .... @ 86
Epistola historica De Aquileja ejusdem .... @ 87
Ejusdem Oratio ad Leonardum Justinianum .... @ 91
Propyleon ad Forumjulium Josephi Sporeni .... @ 95
Ejusdem Josephi Sporeni Forumjulium .... @ 99
Lucifer Aquilejensis Odorici Andrea de Susanis .... @ 157
Protocolli [illegible] Commentarium [illegible] de Civitate Forijulij [illegible] .... @ 173
Praefanda ad Historiam Johannis Parthenopei .... @ 175
Historia de Bello Austriaco Forojuliensi ejusdem Parthenopei .... @ 176
Prolegomena ad Opuscula Comites Jacobi Purliliensis .... @ 215
Opuscula historica ejusdem Comitis Jacobi .... @ 217
Prolegomena ad Nicolai Canussij de Restitutione Patriae .... @ 247
De Restitutione Patriae ejusdem Canussij .... @ 249
Praefatio ad Antiquitates Carneae Quintiliani Hermacorae .... @ 267
Ejusdem Quintiliani Liber Secundus .... @ 273
Ejusdem Liber Tertius .... @ 280
Ejusdem Liber Quartus .... @ 285

AD HANC COLLECTIONEM PRAEFATIO.

Jo.s Joseph. Liruti de Villafredda Natalis F. Lectoribus.

Quantis, quamq. densis spissisq. tenebris res nostræ Forojulienses sæculis anteactis operta sin primævo quasi Chaos penè usq. nunc sepultæ jacuerint, omnes, qui res nostras curant, quibusq. eas in lucem proferre cordi est, plusquàm vellent, norunt. Nullus, si Paulum Diaconum nostrũ excipiamus, e Romanis sæculis publicæ luci quicquam donavit, quod nostram Forojuliensem Historiam attingeret, vel quoquo modo illustraret non solum, sed neq. mentionem aliquã faceret, ante M. Antonium Coccium Sabellicum, quem nostrum civem jure optimo appellare possumus, quiq. res Patriæ hujus latino eloquio in sex Libros digestas edidit, dicavitq. Johanni Hemo Forojuliensium olim Prætori, titulo imposito = De Vetustate Patriæ = quasi hanc suam fuisse Patriam hac inscriptione designans. Post quem Johannes Candidus Jurisconsultus Utinensis omine meliori, sæculo. xvi. ineunte, Forojuliensẽ Historiã condidit, impellentibus Comite Jacobo Purlilense, et Antonio Bellono, et illius operam impensã in id probantibus; ut ex utriusque Mss.tis epistolis, quæ in Collectaneis meis adsunt, mihi compertum est. Eo in provincia obeunda, pro more sæculi illius non plurimum Criticæ studiosi, Candidus diligens admodũ rerum nostrarũ scrutator comendatur; res enim, quas ea in historia, quam = Commentarij Aquilejenses in Libros octo distinctam inscripsit, undiq. e Mss.tis Chronicis nostris, historicis, et monum.tis corrasit, et insuper quæ Bellonus ex antiquorũ Notariorũ Tabularijs excerpserat notabilia, quæq. alijs hanc in rem observata, ipsiq. communicata adjecit; quibus, si locum ubi, et ea quo notitias illas accepit, unâ cum Chronicis notis adjunxisset, profecto et fidẽ majorẽ sibi apud posteros comparasset, et lucem quandã clariorem historiæ suæ obfudisset, quæ cũ latinæ eloquentiæ laude conjuncta operis absolutissimi gloriã ipsi apud posteros peperisset. Post Candidũ centũ ab hinc annis Henricus Palladius Jatrophycus, Utinensis quoq., majore animo, nec minore apparatu, latinæ eloquentiæ præsertim, hanc eandẽ spartam est aggressus, historiamq. nostrã Forojulienses, tum Ecclesiasticam, tum Civilẽ, per annos distinctam cogere, et posteritati tradere incoeperat, sed cum ad annũ Christi. 452. post Aquilejæ nostræ Attilanũ excidiũ pervenisset, immaturæ morte præventus non ultra progressus est; magno equidem historiæ nostræ damno. Quamvis enim ea in historiæ parte, quam nobis reliquit, ut vacationem sedis in Aquilejensibus Metropolitis, quæ primis Christianis sæculis occurrit, aliquo modo evaderet, aut impleret, seriẽ eorũ Antistitum primævã, arbitrio suo constituta Chronotaxi, disposuerit, cum momenta, et monumenta ea de re certa non adsint; & Forumjulium alio, quàm quod verè fuit, et fuisse constat, Civitatis suæ Utinensis antiquitati cum veritatis dispendio consulens transtulerit; nihilominus eam fidẽ in cæteris præstitit, et eo ordine, et eloquentiæ in ea contexenda historia usus est, ut meritò mors ejus deploranda sit, quæ virum ab opere perficiendo abstraxit. Continuationem ideo nepos ejus ex fratre Abbas Johannes Franciscus Palladius scribere est adortus, quæ quidẽ a longe sequitur patrui vestigia, si linguæ politioris, dispositionis, et aliorũ historiæ ornamentorũ illius ratio habeatur; hic enim et Italica non omninò polita lingua in Continuatione usus est, et eo elocutionis genere, quod sæculo illo corruptissimo Italorũ aures vellicabat, quodq.

neutiquam

neutiquam nostrum seculum probare potest; sed rerum gestarum veritas, et fides in historia requiritur imprimis; cum hæc adsit, de cæterorum adminiculorum absentia non ita dolendum est; hanc verò a Continuatore nostro, tabulis, et antiquis monumentis testantibus, plerumq. servatam agnoscimus; quod illi non solùm laudi esse animadvertimus, sed patruo quoq. ejus Henrico, qui memorias illas collegerat, et ad opus suum perficiendum ordinatim seposuerat. Novissimè hanc provinciam est ingressus doctissimus P. Jos Franciscus Bernardus Maria de Rubeis ordinis Prædicatorum, é Civitate nostra Forijulij oriundus, vir omnigena eruditione refertus, mihiq. amicitia non vulgari conjunctissimus, qui Historiæ suæ hanc Inscriptionem præposuit = Monumenta Ecclesiæ Aquilejensis illustrata &c. Ea tamen non Ecclesiasticam tantùm Historiam persequitur, ut inscriptio allata innuere videtur, sed Civilem quoq. provinciæ nostræ Politiam, et res gestas Romana lingua Ecclesiasticis interserit, ut pleniorem rerum nostrarum seriem agnoscendam præstet; Aut utramq. probè testatam legentibus proponat, monumenta hinc inde plurima collecta, undaquaq. profert integra, quæ tempora certa designent, et fidem historicam, et veritatem sine controversia confirmata in propatulo exponant. Hanc duplò auctiorem, ut audio, propè diem ipsum editurum speramus.

His, qui in universum res Forojulienses scripsere, conjungendi sunt illi, qui peculiares quasdam Historiæ nostræ partes seorsim tractavere, easq. typis vulgavere; Quos inter laudatus Henricus Palladius = De oppugnatione Gradiscana libros quinq. conscripsit, non indignum aureo Romano sæculo opusculum. Hoc idem Faustinus Moyses utinensis lingua Italica præstitit duobus Libris, hoc sæculo insignitis = Historia dell'ultima Guerra del Friuli = quos, dum ille in bello Gradiscano militaret, scripsit, ocularis actorum testis, ut ipse in Epla præambula, quæ Historiolam nuncupat Francisco Ericio Veneti exercitus Imperatori, testatur; quod etiam egit quidam alius hoc in Bello miles Austriacus; cujus nomen é memoria excidit, cum Libellus illius non sit ad manus; hic partium studio laborans quæda non omninò convenientia cum narratis a Palladio, et Moyse tradidit. Illustrium præterea Virorum Forojuliensium, qui literis, et armis, domi, foris egrègè floruere, vitas compendiarias composuit Jo: Joseph Capodaleus quoq. utinensis, edidit q. Librum inscriptum = Udine Illustrata = Italico sermone; opus laude dignum, quod pro viribus Capodaleum primum compilasse, undecumq. accitis privatis notitijs, huic nostræ historiæ parti lumen non modicum confert. Cujus Continuatorem agens Dominus Basilius Asquinus Clericus Regularis S. Pauli, pereruditus vir, mihiq. amicitiæ titulo, et nobilitatis origine colendus, notitias aliquas non contemnendas aliorum, qui subsecuti sunt, virorum Illustrium ex nostris edidit, brevi præambulo Forojuliensis historiæ compendio; vitas eorum fortasse plenius, et enucleatius prolaturus. Hic idem quoq. vitam, et Gesta B. Odorici Matthiussij nostri ex ordine Minorum S. Fran. eruditè, et perelegantèr in lucem emisit, et Historiolam in tres Libros divisam oppidi nostri Montis falconis, inscriptam = Ragguaglio Geografico Istorico &c. Vitas quoq. nostrorum, qui albo sanctorum adscripti sunt, compendiarias tamen, et quæ adinstar Romani Martyrologij stylum eundem, et formam præseferunt, quibusdam subjunctis notis, et Observationibus, in vulgus edidit Lucretius Treus, pius et eruditus vir nobilis utinensis; unde aliquam lucis accessionem nostræ Ecclesiasticæ historiæ factam existimo. Sed eo in genere historiæ omnem nostratibus laudem præripuit doctissimus, ac omnigena eruditione scatens, et redundans Literarum lumen, Justus Fontaninus noster Archiepus Ancyranus, in sua Historia Literaria, quam utinam aliorum doctissimorum operum lucubrationibus non impeditus, usq. ad umbilicum perduxisset; sed hæc vota surdo lapidi

conci-

concipimus, E vitijs senum tantum Virorum Illustrium ex primævis nostris, quas in quinq. Libros distinctas edidit ea in Historia, quantum jacturæ litera nostræ passæ sint discere possumus, cum cætera desideramus; cumq. nulla adhuc affulgeat spes eum inveniendi, qui damna tanta resarciat, aut rependat. Alij præterea studium suum, et diligentiam ad nostram pro viribus historiam illustrandam contulerunt, quos enumerare longum est, nec hic locus est eos omnes nominatim recensendi, cum partibus tantùm minutioribus illustrandis manum dederint, vitas aliquorum singillatim perscribendo, et typis publicando, ut Fontaninus idem in Commentario S. Columbæ, et in vita Card.lis Hieronymi Aleandri non dum edita, et alij. Non tamen sine debita laude prætermittendus Jos. Dominicus Bertoli Can.cus Aquilejensis, diligens admodum perscrutator, et editor eruditus Anaglyphorum, et Marmorum Literatorum Aquil.m, quæ ad hist.m provinciæ nostræ, dum Romano Imperio parebat, plurimùm elucidandam conferunt, præsertim si quid de Aquilejensis urbis amplitudine, et magnificentia, quæ nulla nunc est, aut de aliarum hujus regionis urbium, quas fata, et barbari nobis penitùs eripuerunt, situ, et dignitate aliquid noscere cupimus. Quod ante Bertolum ad historiam nostram Romani ævi illustrandam doctissimè, eruditissimè, et elegantissimè præstitit Epus noster Adriensis Philippus a Turre, alterum sæculi nostri literarum lumen, in Dissertationibus latinis De Beleno, et Dijs alijs Aquilejensibus, et De Colonia Forojulienti.

Hi equidem plurimum laudis, et a nostris, et ab exteris doctis Viris suis vulgatis lucubrationibus consecuti sunt, optimèq. de Patria nostra meriti omnes in cœlum extollunt, quod in oculis omnium res nostras produxerint. Sed suam quoq. laudem merentur ij, qui toti in idem incubuere, ut res nostras e tenebris educerent, suisq. observationibus illustrarent, quamvis labores illorum, et vigilias typis edere ipsi, vel eorum posteri non curarint, vel morte, aut alijs casibus prapediti nequiverint, vel tanti habita non sint, ut lucem typorum ipsis donare voluerint. Ex his enim Mss.tis, quæ hæc, illæq; neglecta jacent, et lacera, noscimus unde laudati nostri scriptores plura ex eis hauserint, quæ in libris suis protulere, et præterea plura, quæ ipsos fugerunt, exinde nobis scire concessum est. Ea propter Mss.tas hæc, vel fragmenta, vel opuscula historica ad res nostras pertinentia, in unum colligendi cupido quondam me invasit; nec labori, aut amicis peperci, ut eorum mihi copia fieret, cumq. rara admodum eorum exemplaria suppeterent, et plerumq. a possessoribus illa nescientibus, inter frusta charta cæa vilia, et nullius precij casu potius, quàm studio servata essent, vix credibile est, quantum laboris, et curæ insumpserim ad ea in unum concervanda. Præterea raritatem Amanuensium, qui hac nostra in provincia, orij plerumq. amantes, et laboris inimica, vel nulli inveniuntur, vel tam indocti, rudes, et literarum ignari, ut meros characterum ductus calleant, et hos informes, et barbarè depravatos, cætera orthographiæ, et calligraphiæ præcepta, et ornamenta penitus ignorent. Unum pro cunctis, quæ mihi hujus Collectionis gratia evenerunt, legentes scire volo. Juvenem nobilem, qui arcta admodum in re familiari omnia egenus versabatur, quiq. quodam fortunæ beneficio non informem scripturam, immò elegantiorem quàm cæteri, ut videre est in primis Codicis hujus foljs, præseferebat, conveni, ipsumq. ut domi meæ commensalis, et comes in studijs mais accederet, rogavi, me non omninò illiberalem, immò pro modulo rei meæ facilem, et largum in illius necessitatibus, quæ plures erant, futurum spondens, et id, nisi ut unicam operam in hisce describendis Mss.tis mihi navaret, in cæteris comes, et amicus adesset. Morem desiderio meo gessit, conviva meus est effectus, et contubernalis, et manum operi sedulus admovere cœpit; sed paucos post dies quam inchoaverat,

subrepsit

subrepsit ei tædium laboris, et oscitantia quædam ita eum obsepsit, ut vix manum calamo admoveret; et cum id precibus, et humanioribus meis excitamentis victus aggrederetur, ea mentis peregrinatione, et incuria peragebat scriptionem, ut paginæ omnes ortographiæ sphalmatis, et texti defectibus redundarent. Animum tamen non despondi, lenibus eum modis sæpius ad rem promptius aggrediendam, et diligentius perficiendam cohortatus sum; sed tempus, impensam, et operam pené omnem lusi; binos et amplius annos cum illo humanitate omni colluctatus sum, nec aliud retuli fructum mei, et sui operis, quàm centum paginas negligentér ab ipso descriptas, quæ hac mea in Collectione primitus visuntur. Hinc edoctus Amanuenses frustrà quærendo fatigatus destiti convenire, ne laborem, impensam, et diligentiam frustrà in eis insumerem, et amplius dolorem frustrati desiderij mei, et cupiditatis elusæ ferre invitus cogerer; si verò aliquid in hanc meam Collectionem cooptandum fors offerret, manu propria id agere decrevi. Hinc mihi non minimum laboris, et tædij accessit, ne dicam, studiolis meis damnum quoddam, cum tempus in illis insumendum ad operam pené manualem hanc transtulissem; sed necessitati, et cupiditati parui, quod Lector percurrens Codicem animadvertet.

6

AD SERIEM PATRIARCHARVM AQVILEJEN.

PROLEGOMENON.

JOANNES JOSEPH LIRVTI NATALIS F. NEPOTIBVS.

Plures per provincias vagantur Chronicæ Series nostrorum Patriarcharum, a primæva Autographa, ut opinor, omnes descriptæ; omnes enim idem servant initium & ordinem, & ijsdem quasi verbis usq. ad initium sæculi X., si erratum a liquod (amanuensium procul dubio, & descriptorum) in numeriis annorum notis, & in aliquo verbo demas. Hinc non penitus a verosimili absona suspicio oriri posset, primum eodem sæculo eam consarcinatam, ut ut potuit, ex monumentis quæ tunc exstabant, & juxta sæculi genium jejunam admodum, & manca ita, ut ad implendam annorum continuam seriem, binis saltem desiderentur sæcula; quod vacuum ansam quibusdam præbuit, normam decernendi in Ecclia Aquilej. vacationem, & id arriolandi, quod omnino ab omni fide historica abhorret. Reliqua series, quæ ab eo excurrit sæculo, non jejuna admodum, nec in annorum serie concinnanda est indiligens omnino, ita ut historiæ nostræ lucis aliquantulum videatur præbere; cui in non unius continuatoris opus judico, tum quia in pluribus varia, ut ex subjunctis variantibus lectionibus constat, tum quia peculiares continuatores unamquamq. ex Capitularibus Ecclesijs habuisse existimo, cum in Capitulorum Aquil.s Civitatensis, & utinensis Tabularijs propria servata conspiciatur series, ut ex collatione, quam exhibeo, patet. Eam, quam hic habetis descriptam, ex M.S.to Apographo, in Capitulari Civitatensi Tabulario existente, eduxi, quia circa finem sæculi salt. XIII. exaratum mihi visum est, quod, quia exesum ætate & labefactatum, desinensq. in Patha Maxentio inveni, ex alio MS.to sæculi XV. in eodem Tabulario cubante, supplevi; uterq. enim antiquitate præstabant MS.tis Aquil.si & utinensi, quæ mihi in manus inciderant; quorum tamen, facta collatione, variantes narrationes addidi, ne quid diligentiæ meæ, aut rerum actarum notitiæ desideraretur.

Quis horum compilator Chronicorum, aut consarcinator fuerit, neq. divinare fas est, cum plures fuisse, saltem continuatores pro certo habeam; non abs re tamen meo judicatum arbitror, si aliquos ex Canonicis, vel ijs Ecclesijs addictis præsbiteris, ex Metropolitanis Aquilejensibus præsertim, fuisse autumarim; cum ex res illorum quasi ageretur, cum de eorum Antistitibus memoria foret condenda, & apud Clericos, & Monachos, sæculo X. præsertim, tantum litteratura aliqua vigeret, & studium scribendi.

Hinc

Huic Chronico seriē Pāthārū Aquilejensiū, nuda nomina cum annis sedis plerumq. continentē, subjeci, ab antiquo MS.to Graduali in eodē Civitatensi Capitulari Tabulario prostante descriptū; in cujus Codicis calce erāt scripta circa initiū sæculi XIII., desinit enim vetus scriptura in Pātha Vuolfchero, & hæc fortè ea series, quæ quotannis statuta die, ut nunc quoq. moris est, in Ecclesia eadē solemniter in Missa prælegebatur; Huic alterū subjunxi, quū in MS.to sæculi. XVI. mihi videre obtigerāt, ut si quis nostra vetera Lipsana conferre vellet, cōmodū esset. His quoq. adnexui quasdā sanctorū nostrorū Aquilejensiū Lectiones ex MS.to Breviario, quod in eo Civitatensi Tabulario servatur, in plurimis variū a Romano, & Aquilejensi, quodq. in ejus Eccliæ, & Capituli peculiari usu erāt quondā; ut hic quoq. ritus prius antiquissimæ Ecclesiæ palā fieret, et ut acrioris judicij viri inter has, & eas antiquati Breviarij Aquil.s dijudicent, quæ ex genuinis potius Martyrū actibus, an ex apocryphis derivatæ sint.

INCIPIVNT GESTA PATRIARCARVM AQVILEGENSIVM

In nomine Domini yhū xp̄i Amen. Post ipsius sacratissimam Ascensionem ad Patrem omnes Apostoli missis sortibus per mundi clymata ad predicandum uerbum, per quod omne genu flectatur celestium, terrestrium, et infernorum, et in quo saluamur, et sumus, dispersi sunt. Et licet beatissimo principi apostolorum PETRO data fuerit supra uniuersalem Ecclesiam atque ligandi, et soluendi in Celo, & in terra plena potestas, spiritus tamen sanctus ubi uult spirans eundem Apostolorum principem una cum coap̄ulo eius Paulo, super quos uelut super firmas bases ecclesia sancta firmata est, Romam deduxit. ubi ydem Ap̄li miraculis, & doctrinis predictam ecclesiam sub nero seuissimo illuminauerunt. Quorum discipulus B. marcus euvangelista, qui ab ore Petri euvangelium scripsit, ex precepto diui Petri ad Vrbem Aquilegiam famosissimam caput Italie Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum uenit. Et per plures annos uerbum ibi salutis p̄dicans, et affirmans cum ap̄lo quoniam hic est Christus euvangelium propria manu scripsit, quod hodie in Aquilegensi eccla omnibus uolentibus, quia tale lumen sub modio poni non debet sed super candelabrum ut luceat omnibus, demonstratur. Et sic primus predicator in Aquilegia B. marcus euvangelista. Qui predicationis sue rugitu infinitis populis ad Christi fidem conuersis, et iam fundata eccla uultum Petri magistri sui uidere desiderans et ire Romam, populum occulte dimittere satagebat,- Sed Dei nutu uociferante populo, et petente pastorem, ab omni turba beatus HERMACORAS in pastorem gregis Dn̄ici electus est. Tunc dictus Hermacoras, iter cum beato marco arripiens Romam peruenit, et a̅ beato Petro baculum accipiens pontificatus, et uelamen sacrum suscipiens protthon Episcopus prouincie Italie ordinatur, et super omnes eccl̄as Italie primatum obtinuit. Et ad Vrbem Aquilegiam, eccl̄am suam miro componens moderamine seniores et leuitas ordinauit, quos ad Ciuitates alias Italie transmittebat. Tandem. xx. annor. ab ipsius ordinatione decurso curriculo, omissis eius sacris operationibus et miraculis gloriosis. que in legenda declarantur ipsius, sub Seuasto preside in p̄dicta urbe Aquilegie, et Nerone monarchiam gubernante per diuersa genera tormentorum cum sancto fortunato archidiacono suo decolatus Aquilegen. Eccl̄am sacro martirio decorauit. Premittens ad palmam nobiles sacratissimas uirgines Euphemiam, Dorotheam, Teclam, et Erasmam quas propr̄js manibus baptizauit. Hee uirgines post Christi passionem prime per martirij palmam immaculato agno sua corpora tradiderunt, que in Eccl̄a Aquilegen: cotidie gloriosis coruscant miraculis. Huius sancti presulis p̄cibus Aquilegensis prouincia, est ab inuasione Demonum liberata, nec aliquis de hac prouincia, ubicunque fuerit, a̅ demonio uexari potest, nec periclitari morsibus scorpionum.

Huic beatissimo protthopresuli successit beatus HELLARVS Patha, qui sibi comissum populum in fide Christi uerbo confortans et
(1) opera expletis ordinationis sue annis X. sub Numeriano p̄ npe una cum Taciano Archidiacono suo et alijs tribus Dyonisio Illario, & Felice bonum certamen certantes cursum glorioso martirio consumarunt.

(2) Hellaro successit GRISOGOMAS Patha qui completis annis X. sue ordinationis, mirifice rexit Eccl̄am —

(3) Grisogome successit THEODORVS Patha qui XI°. anno ab ipsius ordinatione uitam martirio consumauit —

Post hunc successit GRISOGONVS Patha qui plenus bonis operibus migrauit ad Christum post. IX. annos ordinationis sue —

AGAPITVS Patha sedit annis. XIII.
FORTVNATVS Patha sedit annis. XV.
VALERIANVS Patha sedit annis. XVIII.
BENEDICTVS Patha sedit annis. XXV.

} Hij omnes sub magnis infidelium persecutionibus fidelium tamen auxerunt eccl̄am eorum sacris predicationibus, et exemplis —

Post hos successit beatus CROMACIVS Patha doctor mirificus, contemporaneus egregij et primi doctoris eccl̄e beati Ieronimi de quo Cromacio idem Ieronimus natus oppido Stridonis in d̄nio eccl̄e Aquil.e sito, inter uiros illustres comemorat, et in quadam epl̄a

epla sibi scripsit Dño suo Cromatio beatissimo Episcopo Aquil^{i} Huius tempore floruit etiam Ruffinus psbr Aquil^{s} doctor eximius, qui librum de Istoria scolastica composuit, et multos alios de greco, et ebraico transtullit in latinum, multasque eplās direxit Ieronimo, et Ieronimus sibi. Sedit aūt annis. XVIII. et plenus bonis operibus migrauit ad Xpūm –

(4) (5) Cromatio successit AVGVSTĪNVS Pathā, qui post annos. XVIIII. ab ordinatione sua aucto populo Dei cum Sanctis in pace quieuit –

(6) ADELPHVS Pathā sedit annis. VIIII.

MAXIMVS Pathā sedit annis. XX.

IANVARĪVS Pathā sedit annis. VIII.

SECVNDVS Pathā sedit annis. III.

NICETA Pathā sedit annis. XXXII. Cuius tempore regnante ēdo Theodosio Aug^{o} circa annum Domini – CCCCXXV– Attila flagellum Dei cupiens sibi Romanum Imperium subiugare, et debellatus à Romanis, quibus adhe: rebant ferē oēs populi occidentis, ubi occisa fuerunt. CLXXX. millia hoīum, reuersus est Paōniam, et reasumptis uiribus iterum intrauit Italiam, et pmō ueniens in forumiulij, destruxit oēs munitiones foryulij, primò Castrum foriulens. quod nunc ciuitas austria appellatur, et obsedit urbem Aquilegiam tribus annis. Et collem ubi nunc est castrum ultini pro sui tui tione manualr fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus per trium annorum obsidionem, infra quod tpus multa millia hoīum Aqui legen. occisa sunt, Aquilegiam cepit, et destruxit, dictum Niceta inhumaniter iugulando. deinde ad partes alias Italie progrediens (7) Ciuitatem Concordiam, Altinum quod nunc est, teruisium, opitergium, patauium, et alias multas deleuit. Tandem precibus beati Leonis P. primi, idem Attila extinctus est.

Post Attile necem sedit in Aquil^{i} sede MARCELIANVS Pathā annis. XXVIII. Huius tempore Romanum fastigium Zenon gu bernabat. Odouacher Ruthenorum Dux occiso quodam Augustulo, qui Romanum imperium inuadere psumpserat, Romam ingreditur, et totius Italie per. XIIII. annos obtinuit pnpatum. Quem Teodoricus Rex gothorum ad Italiam properans, cui dictus Odouacher oc: curit cum innumerabili exercitu iuxta Aquilegiam, in campis uberrimis debellauit –

Post Marcellianum MARCELĪNVS in sedem instituitur Pathālem, quam rexit annis. XV. et non modicum tempore Anastasij Aug^{i} reformauit Eccla̅m et urbem Aquilegen. quam propter inuasionem Attile, inuenit plurimum deformatam, et quasi totaliter destructam.

STEFANVS sedit annis. XII. Hic sub Iustino Christianissimo Imp^{r} et Teodorico regnante in Italia, qui erat Arriana infectus heresi, et Arrabianos protegebat, multa pro fide catholica perpessus est. Sed Xpō protegente, non solum Eccla̅m, sed totam prouinciam, à peste huiusmodi liberauit –

MACEDONIVS Pathā successit uir clarus, et pius, qui Iustiniani Aug^{i} assumptus tporibus, uitam ducens laudabilem, et per prouinciam Italie peragrans, frēs mirabiliter in Xpō confortabat. Tandem post annos. XXVI. ab ordinatione sua, feli ci pace quieuit –

Huic successit PAVLVS Gloriosus Antistes tempore Iustini Imperatoris. II. cuius tpore longobardi à Narsete Patricio ducti Italiam intrauerunt. quorum Istoriam Paulus Istoriographus, qui fuit natione Ciuitatēn. diligentius scribit. Et dicti longobardi pmo in forumiulij morantes, Ciuitatem austriam, que tunc Castrum foroiulien. dicebatur depopulauerunt, et tota: liter

liter destruxerunt, qualr̃ m̃, aut quomodo, et quid de Ducissa filijs, et filiabus accidit, et cuius inductu longobardi Italiam intraueruni ipsa declarat Istoria. Hic Paulus Pathā timore eorumdem longob.rum ductus, cum thesauro, et reliquijs Eccl̃e, ad Gradum insulam se contulit, quam nouam Aquilegiam appellauit. Et ibi. XII. pontificatus sui anno uitam finiuit–

PROBĪNVS Paulo successit, qui uno anno apud Gradum uixit–

HELĪAS Pathā sedit annis. XXII. Hic quia tria Caplā Calcedon. Conc.j̃ suscipere noluit, tanq̃m hereticus reprobatus est. sed Pelagius P. II.s eidem misit eplam̃ satis utilem, quam beatus Gregorius, dum adhuc ēet Cardinalis scripsit. Tunc helias ab errore reuocatus de p̃di Pape Pelagij̃ consensu. XX. Ep̃orum Synodum conuocauit, et Graden. insulam, que ut p̃dr̃ noua Aquilegia appellata fuit, totius uenecie instituit ēe metropolim. Ad cuius robur Eraclius deuotione ductus beati marci sedem, quam dudum Helena mater Constantini tulleral de Alexandria, Aquilegiam direxit, ut ibi hactenus uenerarelur apud S. Hermacore sedem, ubi p̃mo predicauerat uerbum X̄pi. uenecie quippe due sunt. Prima est illa, que in antiquitatum Istorys continetur, que à Pannonie ẽmo usq. ad flumen danubij̃, in qua et Istria complectitur protellatur, cuius Aquilegia olim Ciuitas famosa caput extitit, que etiam caput Italie uocabatur. Secunda uenecia est, que apud insulas maris Adriatici ex collect.s populorum prime uenecie propter rabiem Attile, et deinde longob.rum infra aquas fundata est–

SEVERVS Pathā successit Helie apud Aquilegiam nouam, et. XV. annis sedit. Quem Smaragdus patricius nolentem Rauennati ep̃o adherere cum tribus coep̃is de Gradu uiolenter abstrahens, cum iniuria Rauennam duxit, compellens eundem Seuerum dicto Rauen. ep̃o in tribus dampnatis Caplis a p̃p Pelagio adherere. Sed iusto Dei iudicio Smaragdus Patricius à demonio correptus Cosp̃olim remeauit. Seuerus u.o expleto anno uno, ad Gradum cum tribus coep̃is rediens non est receptus à populis, nec sibi uoluerunt alij Ep̃i comunicare, quia errori Rauen. ep̃i comunicauerat. Sed conuocata Synodo. X. ep̃orum in mariano, idem Seuerus dans sui erroris libellum à fr̃ibus benigne in Pathām receptus est. Ep̃i m̃ qui d.e Synodo interfuerunt sunt j̃. Petrus de Altino. Clarissimus de Sabione. Angelus Tridentinus. Iunior Veronen. Orontius Vincentinus. Laurentius Belunen. Rusticus de Taruisio. Fonteius Feltren. Angelus Ceneten. Maxentius Iuliensis. et Adrianus Polen. Huius etiam tp̃ore seuiente adhuc multitudine longobardorum, et imperante Mauricio Aug.o fames maxima, et mortalitas per uniuersam Italiam fuit–

Post obitum Seueri IOH̄ES Abbas cum consensu Regis, et Agisulfi ducis foriulen. in Pathām in Aquilegia uetere ordinatur. In Grado quoque Candianus caput scismatis à R.is instituitur. Candiano defuncto apud Gradum Epyfanius, non sine scismate ordinatur. Et ex tunc incepit nōiari Pathā Graden. qui Epyfanius erat p̃micerius notariorum– qui Iohañes sedit in Aquilegia annis. XII.

(8) MARCIANVS Pathā sedit annis. VIIII.

(9) FORTVNATVS Pathā sedit annis. III.

(10) FELIX Pathā sedit annis. XIIII.

IOH̄ES Pathā sedit annis. VIIII. cui successit alter IOH̄ES qui sedit annis. X.

(11) PETRVS Pathā sedit annis. XIII.

SERENVS Pathā sedit annum. I. Et nota quod à Seuero Pathā usque ad Calixtum qui sequitur, Pathāpropter incursionem Romanorum non audebant stare in Aquilegia, sed habitationem sibi elegerant in Cormone–

Sublato itaq. Pathā Sereno, ei succedit CALIXTVS uir egregius Eccl̃e Taruisane Archidiaconus, qui adnitente Liudpran
do

do rege Longobardorum regimen eccl̄ Aquilēnsis suscepit. Hoc tempore in Castro Forojulano, quod nunc Ciuitas austria appellatur, Penno preerat, Calixtus u.° in Cormons habitabat de consensu, et uoluntate ducum priorum fidentius in Castro forojulano Ep̄us instituitur, ipso u.° dedecente Amator surrogatur, et in Ep̄um ordinatur. Calixtus m̄ qui erat uir egregius, et nobilitate conspicuus, uidens quod in diocesi sua cum duce, et nobilibus Ep̄us hitāret, et ipse Calixtus rurali vulgo sociatus uitam duceret, ualdē sibi displicuit, et ad p̄d.am Ciuitēm ueniens Amatorem de forojulÿ expulit, atq. domum illius sibi hītat.am statuit. Qua de causa magna inter Calixtum Pathām, et Pennonem ducem discordia orta est, Quid plura dux Penno contra Pathām cum multis longobardis nobilibus consilium inÿt, et apprehensum eundem Pathām ad Castellum Pucinum super mare, ut ipsum submergeret, duxit, quod Deo prohibente non fecit, t̄n ipsum diebus pluribus tribulationis pane in carcere sustentauit. Quod Rex Luidprandus audiens, contra Pennonem Ducem in iram exarsit, et de ducatu deposuit. Penno timore regio, in sclauonum patriam cum suis fugit. Rex u.° dicti Pennonis filios, et oēs, qui Pennonī adheserant, longo t̄pore carceribus cruciauit. Post hec Pathā ad Ciuitēm rediens ibi Eccl̄am, et baptisterium S. Iohīs, atq. Palacium Pathāle construxit, et Regis sufulfus fauore, ecclesiam strenue gubernauit. Post hec u.° XL.° ordinationis sue anno, felici pace quieuit, cuius corpus in pred.a quam construxit Eccl̄a requiescit—

SIGVALDVS Pathā, de genere Grimoaldi Regis, sedit annis. XLII. Hic natione Ciuitaten. ibi hītauit, et Eccl̄am prospere gubernauit—

SANCTVS PAVLĪNVS Pathā sedit annis. XV. Qui finito iam regno longobardorum, et in captiuitatem ducto desiderio ipsorum Rege una cum uxore, et filÿs, ad gloriosum Karolum magnum Īmp.em pro iuribus Eccl̄e ampliandis profectus est. Et uir iste mire sanctitatis ab Īmp.e Karolo priuilegia ualde pulcra obtinuit. Et rediens in Ciuitatem Austrie multis in uita miraculis claruit, et in morte. cuius corpus in pred.a Ciuitate quiescit, et ueneratur— *An. XVI. MS. antiq.*

VRSVS Pathā sedit annis. V. Hic p̄mus cepit proclamationem facere de Grado insula plebe, Synodali iure subiecta Aquil.ēi Eccl̄e, in qua quidam Venerius sibi nomen Pathē usurpauerat— *An. X. MS. antiq.*

MAXENTĪVS Pathā sedit annis. XXVI. Ad cuius preces Beatus Eugenius. P. et Ludouicus Īmp.r ad instantiam Lotarÿ filÿ dictī Ludouici ūnlem Synodum Mantue celebrauerunt, in qua eodem Maxentio proclamante, quod quidam Venerius, sibi falsō nomen Pathē, in Grado insula plebe Aquil.ēi Eccl̄e usurpauerat, et retractata huiusmodi cā per dictam Synodum declaratum fuit Gradum eē Plebem Synodalem iure Eccl̄e Aquil.ēi subiectam, deposito uenerio anted.o— *An. XXVII. MS. antiq.*

Desunt reliqua in M.S. seculi XIII. Que sequuntur ex M.S. seculi. XIIII.

(12) **ANDREAS** Pathā sedit annis. X. hic proclamatione facta de Gradu per Leonem Papam, et Lotarium Īmp.em d.am plebem obtinuit, et adiudicata est plebs Eccl̄e Aquil.ēi in Synodo gn̄li.

(13) **VENANTĪVS** Pathā sedit annis. XIII. — *An. XII. MS. antiq.*

(14. 15) **TENDĪNARVS** Pathā sedit annis. XXII. Hic etiam sub p̄d.o Lothario, et sub Iodouico eius fil.o Eccl̄am mirabil̄ gubernauit, et pro Gradensi plebe reclamauit et eam obtinuit in Papia— *An. XXI. M. III. MS. antiq.*

LVPVS Pathā sedit annis. III. Hic a p̄d.o Lodouico in protectionem suam susceptus est—

VALEPERTVS Pathā sedit annis. XXVII. hic Carolum secundum filium Lodouici a Papa Īoh̄e octauo coronatum Rome. sociauit—

FEDERĪCVS Pathā sedit annis. LIII. iste mirabiliter Eccl̄am gubernauit, huius t̄pore imperante Karolo tercio ungarorum

(16) gens a sitia egressa in pannoniam que adiungitur finibus Eccl̄e Aquilegen. p̄mitus uenit et erectis auaris ibi hitare cepit. Erat enim gens crudeli-

crudelissima carnem comedens humanam et sanguinem bibens pro potu, quos Federicus Pathā repressit, et longius effugauit, reddens hesperie pacem, quod caput extat Italie. Super cuius sepulcrum in Aquileia est epitaphium. Condit. inferius nitido Pathā Lapillo. Preclarum nomen cui Federicus erat. ungarorum rabiem magno moderamine pressit. Fecit et esperiam pacem hīe bonam. Egregius pastor mitis dum pasceret agnos. Semper utrique gregi pabula leta dedit. Nunc Deus oīpotens proprio ditauit honore. Post hanc Angelicis consociando chōris. Tu quoque precursor Xp̄i Bap̄ta Iohēs. Pontifici meritis auxiliare tuis.—

(17) **LEO** Pathā sedit annis XXII. Hic pro libertate Eccl̄e se mori exponens à quodam Rodaldo longobardo occisus est. Cuius bona oīa Rodaldi Eccl̄e Aquil.ei confiscata fuerunt per sententiam Bap̄um ut inferius apparebit.—

VRSVS Pathā sedit annis. XXIII. Hic tempore Berengarij sn̄di totus uirtuosus, et prudens pro Eccl̄a multum fecit laborio-
(18) sus, et solicitus, in Ciuitate Austria plenus dierum in pace quieuit.—

(19) **LVPVS** Pathā sedit annis. VIIII.

HENGELFREDUS Pathā sedit annis. XXIII. Cui Berengarius sn̄dus et postea otto primus inmunitēs et priuil.a
(20) contulerunt. Hic fuit nobilis genere et omni probitē conspicuus.—

RODALDUS Almificus Pathā sedit annis. XLII. Nobilis genere, et nobilior mente ab Împ.r Octono sn̄do et tercio plura priuil.a obtinuit, et inter cetera per sentīam p̄n̄pum coram p̄dictis Împeratoribus obtinuit, q̄d q̄d inter plauim et liquentiam habāt Rodaldus Longob.s qui Leonem Pathām, de quo facta est superius mentio, interfecit.—

ÎOHĒS Pathā sedit annis. XVIIII. Hic ab Octone tercio plura priuil.a obtinuit, et aduersus quemdam Ursonem, qui se Pathām Graden. dicebat coram beato Henrico Împ.r Cuius uxor fuit S. Cunigundis uirgo, de Gradu plebe sua ēt reclamauit.—

(21) **POPPO** Pathā uenerabilis sedit annis. XXIIII. Hic in duobus Concilys, Rome et Rauenne celebratis coram Îohē Papa— *An. MXXIII. M. XI MS. antiq.*
XVIIII. et Mag.o Corado Împ.r aduersus Ursonem p̄dictum, et citatum et uocatum per litteras ap̄licas et non comparentem de Gradu plebe p̄dicta proclamauit, in quibus Concilys Gradus adiudicata est plebs Eccl̄e Aquilegien. et dictum Ursonem oēsq. suos p̄decessores falsè Pathātus nomen usurpasse. Îpsoq. procurante oēs thesauri Eccl̄e, libri, calices, paramenta, et alia uasa aurea, et argentea, librum, seu Euangelium, quod B. Marcus Euangelista propria manu scripsit cum corporibus Sc̄orum, que per Paulum Pathām metu Longob.m ad p̄d.m Gradum insulam deportata fuerant, et cum alys reliquys ad Aquilegen. Eccl̄am deportata fuerunt. Templum de nouo construxit. Iste B. Pontifex et monaste.um Sanctimonialium extra muros Aquilegie quod opulentissime ditauit. Templum p̄d.m una cum duobus R. E. Cardinalibus, et urgnti alys Ep̄is solempniter consecrauit, cui consecrationi interfuit Coradus Împ.r p̄d.s et Îohēs Papa duo Sanctorum corpora uid.t Marci Pape, et Quirini Ep̄i martirys, transmisit, tradens eidem Poponi potestēm super XVI. Ep̄atus uid.t Tergestinum, Emonen., Polen, Parentinum, Iustinopolitan, Concordien., Ceneten., Feltren., Belunen., Paduan, Vincentin., Veronen., Trinten., Mantuan., aīq. Cuman., Quam potestatem cum certis regalibus d.s Conradus contessit, atque confirmauit, multaq. bona fecit pro ipsa Eccl̄a, que narare per singula nimis longum ēet. În Aquil.ei Eccl̄a requiescit in medio Eccl̄e. In cuius sepulcro hȳ uersus scripti sunt. Poppo Sacerdotum lux, et decus Eccl̄arum. Gloria Romani spes simul Împerȳ. Constrictus uinculis humane condictionis. Ecce sub hac mole fit cinis ex homine. Înstruit ut Paulus fuit oībus oīa factus. Fere studens dño dupla talenta suo. Hic locus est testis quibus ipse resplenduit actis. Ille quidem donis moribus aīq. probis. Exortu istam Xp̄o fundauerat aulam. Ulsīa principio que dedit hora suo. În libra phebo duodena parte locato. Agne Dei uiui sub te rogo parce iacenti.—

EBERARDUS Pathā sedit annis. V. de quo nihil inuenitur dicendum— *An. V. M. X. MS. antiq.*

GOTEPOLDUS Pathā sedit annis. XVII. qui ēt de Gradensi plebe proclamauit, et tam̄ per Alexandrum sn̄dum quam̄ *An. XVII. M. X. MS antiq.*
per Henricum Împ.m tercium d.a plebs adiudicata est, et per utrosq. super. XVI. Ep̄atus p̄d.os et de regalibus data potestas. Hic construxit Monasterium S. Stefani de Aquilegia, in quo erant Canonici regulares, nunc m̄ seculares. Huic ēt concessit et dedit d.s Împe.r Ducatum

Foryulȳ

16

Foryulÿ, et Marchiam Îstrie, et multa alia largitus est. Super eius monumentum in Aquilegia hÿ uersus scripti sunt. Hic Gotepoldus iacet in monumento. Hic presul dⁱˢ nomine non merito. Sed quia mortalis me peior non erat ullus. Xp̄e fili Dei miserere mei. A morte perpetua libera me Domine. Crux mihi sit requies Crux mihi sancta salus—

RAVONGERÎUS Pathā sedit annis. IIII.

An. IX. M.X.D.IIII. Mſs. antiq. **SÎGEARDUS** Pathā sedit annis. VIIII. Huic Henricus. III. dedit Marcham Carniole et multa alia priuilegia concessit, et concessa per alios confirmauit et Urbanus P. secundus sibi oīa confirmauit circa annos Dn̄i. MLXXXVIIII.—

HENRÎCUS Pathā sedit annis. VI.— *M. VI. Mſs. antiq.*

FEDERÎCUS Pathā sedit anno. I.

VODARLÎCUS Pathā sedit annis. XXXVII. Hic cum Henrico Împr quarto Romam uadens pro ipsius coronatione propter discordiam que erat inter paschalem papam et ipsum Henricum paschalis capitÿ. Et dº Vodarlico traditur custodiendus cui idem Vodarlicus non sicut custos sed sicut humilis servus. famulabatur tandem factis compositionibus Henricus coronatÿ. et procurante eodem Pathā pax firma inter Împeratem et Papam facta est, propter quod iam à Papa quam ab Împeratr grās multas obtinuit—

An. XI. Mſs. antiq. **GERARDUS** Pathā sedit annis. VIIII. Hic de Villa Premeriaci iuxta Ciuitēm austriam ortus apud eandem plenus bonis operibus migrauit ad Christum—

PELEGRÎNUS Pathā sedit annis. XXXI. tp̄ore istius Honorius sn̄dus Papa fuit in Aquilegia, huius et tp̄ore à Papa Înnocentio secundo coronatur Lotarius Împr cui coronationi interfuit idem Pelegrinus, et de regalibus fuit ab ipso Împr solemniter inuestitus—

(22) **GOTOFREDUS** Pathā sedit annis. XII. Hic de regali prosapia ortus Ecclām suam mira prudentia gubernauit—

VODARLÎCUS secundus sedit annis. XX. qui legs Aplīce sedis factus Federici pm̄i consanguineus iam ab Adriano quarto, et Alexandro tertio confirmationes priuilegiorum obtinuit. Huic dⁱ Federicus oīa priuilegia Împlīa et Regalia confirmans, Marchiam Îstrie, et Carniole Ducatum, et Comitatum Foryulÿ, et multa alia loca, et Castra, et terram inter plauim et liquentiam iacentem concessit, et per alios concessam confirmauit, dedit et eidem Pathē et Eccl̄e Aquilēi montem silicis cum oībus suis appendicÿs, Et post reconciliationem factam inter Alexandrum tercium, et Împem fecit idem Împr dm Vodalricum Pathām per totam Îtaliam suum Vicm gn̄lem, Hic duplicem hūit legatem iacet in Aquilēa in cuius monumento hi uersus sn̄t. Alter Vodalricus iacet hic Pathā benignus. Fluctibus illisam scismatis Ecclām. Rexit ditauit frēs hos ipse beauit. Cum iustis maneat gaudia possideat—

(23)

(24) **PELEGRÎNUS** sn̄dus sedit annis. XIIII. Îste fecit multa bona Ecc̄lÿs, et inter alia reparauit Ecclām Ciuitatem. et deuorauit multisq. denodÿs, et fecit tabulam argenteam ualde pulcram in dⁿ Eccl̄a sed mirabilem in Eccl̄a Aquilēi que per pastorum incuriam post longum tempus fuit Venetÿs pignorata, quam ipsi Veneti hodie p̄ precioso seruant thesauro. Îste p̄mo cepit amicitiām contrahere cum Venetis—

VOLCHERÎUS Pathā sedit annis. XIII. Hic ab Henrico quinto et Octono quarto confirmationes priuilegiorum obtinuit, et coram eis, et coram Federico sn̄do Marchionatum Îstrie quem Dux quidam Bauarie Ludouicus nomine tenebat, p̄ Pn̄pum sentias obtinuit, et rassignatione facta p̄ dm̄ Ducem de huiusmodi Marchionatu, cui et̄ montem Silicis Otto p̄ds donauit. Hic multa sanctitatis op̄a in uita sua fecit, que Deus post mortem eius ostendit. Nam eius arca marmorea in Aquileien. Eccl̄a in aere pendebat uisibilr stans circumquaq. per quatuor digitos sup̄ Terram. Nunc enim uno angulo terram tangit modicum, alÿs angulis minime Terram tangentibus—

(25)

(26) **BERTOLDUS** Pathā sedit annis. XXIII. Îste filius Ducis Morauie, Patruus fuit B. Elizabeth, que fuit filia Regis Hungarie, cuius B. Elizabeth mater fuit soror dicti Pathē Bertoldi. Sic Archiep̄s Colocens existens, in Pathām assumptus est. Qui Federico II.

adherens

adherens usq. ad eius depositionem multos honores, multa priuilegia, et grās obtinuit ab eodem, multa bona cum Patre, et Matre Eccl̄e contu-
lerunt, et potissi.ᵐ in Carintia, et Marchia, et Carniola, cui p̄d.ᵒ Împerator ēi montem silicis inter alia concessit, et tradidit. Huius tempore
Exelinus de Romano tyranidem exercebat, et licet idem Bertoldus indignationem, eo quod adherebat Friderico sedis Ap̄lice Aquilerie incurris-
set, tamen ad Romanam Curiam cum magna Comitiua Baronum, et Nobilium accedens, et ibi magnum se ostendens ab Îunocentio. IIII. gra-
tiose susceptus gratiam, et benedictionem obtinuit, et rediens à Curia Romana post aliquod tēpus multa dimittens de p̄prio patrimonio
Ecclesijs felici pace quieuit. Îacet in introytu Eccl̄e infra Eccl̄am, et dicitur, q̄d cum p̄mo Eccl̄am intrauit, ubi est monumentum ipsius ces-
pitauit fortiter, et dixit: Hec requies mea in seculum seculi. Hic ēt muris ampliauit Ciuitēm Austriam, fecit etiam Ecclesiam sancti Odori-
ci in Vtino —

GREGORÎUS de monte longo Pathā sedit annis. XVIII. Hic factus Pathā p̄ Îunocentium. IIII. Anno Domini. MCCLII. uenit
(27) ad ipsam Eccl̄am. Hic antequam esset assumptus ad Pathālem dignitēm existens nōis Pape missus fuit Legatus cª Fridericum iam de-
positum, qui Parmam obsedebat; Parmenses uidentes sibi auxilium paratum ægrediuntur, Îdem Gregorius unà cum Parmensibus exer-
citum Friderici aggressi sunt, et spolijs acceptis ipsum Fridericum cum exercitu suo, non sine magno damno, et obbrobrio expulle-
runt. Hic gloriosus Antistes multa laudabilia opātus est, multas guerras pro libertate Eccl̄e sue cum Ducibus Karinthie, et Coo: Go-
rizie, et Tyrolis p̄pessus est, et tādem Eccl̄am suam potenter protexit; mortuus est in Ciuitē Austria quam intimè diligebat, cuius
corpus iuxta corpus Scti Paulini sepelitur. Anno Dñi. MCCLXVIIII —. Eodem anno fuit electus **FÎLÎPPUS** Dux Karintie in Pathām, quem Dñus
Gregorius. X. confirmare noluit, sd fuit factus Genālis Capⁿ Eccl̄e Aquileien. et uacauit sedes. IIII. annis. Hoc tp̄ore capta fuit Ciuitas Austrie
proditorie p̄ Federicum de Pinzano Vicarium dicti Pathē, fauentibus sibi fere ōibus Castellanis, et nonnullis intrinsecis, et expulsi fuerunt fere oēs
boni populares, et alijs captis bona abstulerunt. Sd eo anno Rex Boemie Vassālus Eccl̄e Aquileien. hns ad hoc feudum speciale pro redemptione ipsius
Ciuitatis misit Vicarium suum cum magno exercitu, qui Ciuitēm obsedit eandem, quoniam Deus superbis ressistit, Întrinseci proditores ad pacta
uenientes terram in libertatem propriam, et pristinam restituerunt —

RAIMUNDUS Pathā sedit annis. XXV. Hic existens Epūs Cumanus factus est in Pathām p̄ Dnūm Gregorium. X. Anno Dñi —
(28) MCCLXXIII. Iste in aduentu suo cum Com. Goritie Alberto guerram fecit, sd modicum durauit. Anno Dñi — MCCLXXVII. accessit ad illust-
rem Prīpem Philippum Regem Romanorum, et habito colloquio cum eodem, ad propria est reuersus; et q̄iam Veneti ceperunt occupare Terras Îstrie,
incepit grauem guerram facere cum eisdem, que guerra incepit in: 1283: de mense Martij et durauit ferè annis tribus. Hoc tempore
Veneti obsidebant Tergestum, et fecerunt terram unam iuxta Tergestum, quam nominauerunt Romagna, ipse uº Pathā cum exercitu
(29) suo ualido ueniens debellauit, spoliauit, euellit, et Romagnam destruxit. Tandem anno Dñi. MCCLXXXXI. fuit proclamata Pax; mor-
tuus est m̄ in Castro Utini, et portatus Aquileiam, ac sepultus in Capella Scti Ambrosij Anno Dñi: 1299:

(30) **PETRUS** Pathā sedit annum unum menses septem. Hic licet magnanimus fuerit antiquus dierum modicum superuixit. *An. I. M. VII. D. XXVI MS. antiq.*
iacet in Vtino in Castro ante Altare maius —

OTTOBONUS Pathā sedit annis. XIII. Qui existens Epūs Paduanus factus fuit Pathā p̄ Dnūm Bonifacium. VIII. Anno Dñi *An. XIII. M. II D. XVII MS. antiq.*
MCCCII. Hic mirabilī, et fortiter regere cepit, multa debita soluit Rom. Curie, Salinas fecit iuxta Maranum, cepit Manzanum, et pretio
obtinuit Saciletum p̄mo anno, quo uenit. Hoc tp̄ore Anno Dñi: 1306: Rizzardus de Camino cum exercitu ualido expugnauit Spimberch,
(31) et habuit sub certis pactis Anno Dñi: 1302: Îdem D. Ottobonus cepit Castrum Budrij fortissimum, et benè munitum gentibus, et uictu-
alibus, sed iusto Iudicio Dei mirabilī captum est, nemine leso de nr̄is, et omnes capti facti sūt. Eodem anno obsedit Castrum Porpeti,
sed illi de Castello uenerunt ad misericordiam Dñi Pathē, et posito uexillo Eccl̄e in Castello ad propria est reuersus; eodem anno obse-
dit Castrum de Vrunsperch, et ipso anno recup̄auit Sacillum detentum p̄ Rizzardum de Camino. An. Dñi: MCCCVIII. destruxit
muros Venzoni. Eodem anno Dñus Rizzardus fuit debellatus in Vtino, et ille de Spimberch interfectus, et multi alij Nobiles capti-
uati

uatꝰ, et multa alia fecit, que causa breuitatis oīmitto. et an. Dōni MCCCXIIII. uadens ad Curiam infirmitate oppressus, et reddiens in Comitatu Placentie in loco, qui dicitur Arquar, obijt —

(32) **CASTRONVS** electus fuit in Pathām, et equitante eo, et uolente uenire in Patriam cecidit de equo, et mortuus est —

(33) **PAGANVS** Pathā sedit annis. XV. — — *An. xii. M. viii. D. i. MS. antiq.*

(34) **BELTRANDVS** Pathā Beatus sedit annis. XV. menses VII. Dies VI. Hic fuit oriundus de Castro Scti Zenasij. Iste Antistes multum laborauit pro libertate Scte Eccle, ipse prostrauit Castrum paganum, Castrum Rajmundum, atq. Sussanum, ac Braulinum, Cassacum strauit ad ymum, et Cauolanum prostrauit. Hic Pinzanum, Cadubrium, atq. Venzonum licite subiecit Aquileien. Eccle, et Sacillum muro muniuit. Hic fieri fecit, ac dipingi Capellam, in qua iacet sepulcrum eius marmoreum, quo conditur, fieri fecit, Ipse cultor iustitie, Amator pauperum pupillorum, uiduarumq. protector, rediens a Roma in anno Iubileo a suis emulis in Richinuelda interfectus fuit Anno Dñi: 1350: sexto Iunij, in Vtinoq. sepultus multis miraculis coruscauit post mortem, ut habetꝰ. in miraculis suis, sicut patet —

An xvi. D. iiii. MS antiq.

(35) **NICOLAUS** Pathā Boemus sedit annis. VII. mensibus. VIIII. Diebus. VIII. Hic de mandato Pape, ex comissione neq. iustitiam fecit de oībus, qui fuerunt occisionis, et mortis causa pdecessoris sui Beltrandi, aliquibus caput amputari, aliquibus membra diuidi, et sic morte turpissima mori. Hic cum copioso exercitu amplexatus est Patriam uirilis, et audax in operibus suis, ecclām suam, nec non Patriam bene gubernauit. Tandem mortuus, et sepultus in Vtino in sepulcro precessoris sui Beltrandi —

(36) **LVDOVICVS** Pathā sedit annis. III. Hic de la Turre natione, qui pro tuitione sue Eccle a Duce Austrie capitꝰ, et qplures nobbs. cum eo, et usq. ad Vienām ducuntꝰ, qui timentes sītiam caplem clam recesserunt, et ad prīam ueneruntꝰ uidens Dux, qd illusus eēt ab eis dimisit Pathām, eumque associauit usq. in Prīam. Illo anno obsedit Manzanum, & recepit eum, sed post recessum Ducis cum Gente sua recuperatum est Manzanum, et remansit in libertate —

(37) **MARQVARDUS** Pathā benignus sedit annis. XXII. Hic pmī. Karoli extitit Comes, atq. Vicarius potens in opere, et sermone. Hic pro Eccla sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit. illo tempore legam fecit cum Dño Rege Hungarie, cum Comite Crouatie, cum Ienuensibus, cum Paduano, et debellati sunt cum Venetis, et multa Fortalicia in mari, et in terra receperunt eis, et uere ad nihilum redigerunt. Idem Pathā fecit cooperire Eccliām Aquilien. sācte Marie Virginis, et fecit eam multum bene, et pulcre ornare, que multis annis extiterat ruinata, et plena uepribus, et urticis, et pessimis herbis propter terremotum olim factum in conuersione Sancti Pauli. Imperator contulit eidem Pathē, et Eccle Aquileien. quoddam censum prouenriens de Florentia, quod censum soluebatur Florentino Impr.ri Postmodum felici pace quieuit anno Domini =1381= die. 3.a Ianuarij —.

(38) **PHILIPVS**. de Alenconio Anno Dōni =1381= tempore, quo Sedes Aquileien. uacabat Rectore, et Gubernatore, omnis Patrie turba, terre, Castra, populi continuo petebant auxilium ab alto Dei Concilio, ut Deus tribueret eis propugnatorem utilem, et tutorem, sicut Diuina Prouidentia in re disposuit, sic res processit in actu. Contigit, qd Dnūs Aplicus mitteret quemdam uirum, et Dnūm solennem, uidelicet Dnūm Philippum de Alenconio Cardinalem ad partes Foryulij in Pathām, et Rectorem, et erat quedam rebellio, et discensio partium. S. Vrbium, Terrarum, et Oppidorum. Quedam

partes

parles receperunt dictum in Pathām reuerenter, et letanter. Quedam partes restiterunt, et renuerunt. Vnde decretum fuit per Dnūm Cardinalem, et eius Concilium, qd ōibus Vrbibus, Terrisque, et Villis sibi, et alijs ressistentibus, et nolentibus ei obbedire tamq. Pathē. Illo anno, quo impositum fuit interdictum regnabat ualida pestis epidemie in terra Vtini, et in toto Orbe, et decedebant in Vtino in die plusquam centum, interdum plures, et incepit dicta pestis de mense Marij, et durauit per totum Augustum, et mortui sunt illo anno plusq. XX. millia Xtianorum. eo tempore erant quatuor Sacerdotes, ūl quinque Profani, qui celebrabant offā in facie Ecclē, et cū illis quatuor, ūl quinq. Sacerdotibus oēs mortui sepulti sunt. Finita peste idem Philippus Cardinalis uidens partes aduersantes sibi, et nollentes obbedire ei, qīām in Commendam nollebant eum. Sed si uellet deponere Pileum, et accipere baculum Pastoralem Ecclē Aquileien. ipsi uellent ei obbedire tamq. Pathe, et uero Pastori, cui ipse renuens, et nollens deponere, sperans ascendere ad summum Apicem, et ellegi in Papam recessit à partibus Foriulij, et adhesit Dnō Franco antico de Cararia Padoano, qui Franciscus dedit sibi pro Capitō qdam Ioannem Darz. Qui ueniens cum magna societate in Forumiulij cepit prīo Portumgruarij, Sacillum, Sctum Vitum, Sauorgnanum, Ualuasonum, Glemonam, et alia multa Fortalicia, et intrauit ēt Aquileiam in die Parasceuen, Ecclām uiolarunt, derobauerunt mulieres, hoiēs ceperunt, trucidauerunt, et alia multa enormia in dā Ecclā, siue Ciuitate comiserunt, et fere totas Villas Foryulij crema uerunt, et durauit illa guerra ab ipsius inchoatione usq. ad septeneum. Eo tempore Vtinenses miserunt ad Dnūm Aplicū Vrbanum sextum ad Ciuitem Ianue rogantes eum, ut mitteret eis unum Pastorem, siue Pathām, et direxit eis unum Pathām Hierosolomitanum legatum, et uenit Vtini, stetitq. per unum, et postmodum recessit, et multa bona secum detulit. Sd paulò post Dnūs Aplicus direxit quosdam solennes uiros, et Dnōs Legatos, uidl Dnūm Epūm Branchinum de Mediolano, et Dnūm Abbatem legationis causa, ut ipsi inquirerent, et uiderent p quas causas, et p quas Personas deficeret, ne pdc Dnūs Philippus Cardinalis obbediretur tamq. Pathā. Tunc suasū fuit pdictis Dnīs Legatis, et consultum, ut relaxarent interdictum; quām hoiēs fierent magis beniuoli, et promptiores ad concordiam, et ad compositiones, et sic pdicti Dnī suspenderunt interdictum usq. ad tempus, et beneplacitum eorum. Insuper suspenso interdicto Canonici, et alij Sacerdotes nolluerunt diuina Officia celebrare in facie Sacerdotum profanorum, et eorum, qui uiolauerunt interdictum. Vnde Canonici impetrauerunt gratiam à Dnīs Legatis, et à Dnō Cardinali, ut Sacerdotes profani merentq. absolui. Sic obtenta gratia omnes fuerunt absoluti à uinculo excomunicationis, sed non à uinculo irregularitatis, et hoc Sacrosctis factis euangelijs Xsti manualit. iurando deinceps semper stare Ecclē mandatis. Post hoc Dnī Legati iuerunt Hungariam exponendo negotia sua coram Rege, pro ut à sede Aplica habuerunt in mandatis. Quorum Legatorum unus ibidem mortuus est, et sepultus. Tunc ōibus expletis Dnūs Epūs, et Legatus susceperunt iter suum redeuntes ad Partes Foryulij, et inuenerunt partes aduersas rebelliores, qm prius, et puersiores, tunc denuo reuocauerunt interdictum in pristinum statum, et restrinxerunt. Tunc lis orta est maior, quam prius fuerat. Tandem post longi temporis spatium fatigati, et bursis euacuatis compositionem fecerunt parles aduersantes, supradicto Dnō Philippo uolentes obbedire, et in Pathām eum recipere, et sic concordati sunt in inuicem, ipsum receperunt in Pathām, sed non multum durauit. Vnde prouerbium. Qui fel in ore gerit uix dulce spuere nequit. Tunc uidens Dnūs Philipus sic se illusum, recessit à Foroyulij, et transfretauit, et iuit usq. Paduam, deinde Romam, ibi inito Concilio misit iterum quemdam Facin cum copioso exercitu maior priore, qui ueniens ad partes Foryulij ipsum totaliter destruxit, terramq. Vtini obsedit, cursum aque recepit, nec mollere poterant, nisi ex abundantia pluuie, que sepius Deo pluente, fauebat, mollebant granum, uel interdum cum pistrinis. Tamen quadam die, Deo placente, magnus imber, siue plūia fuit, ipsa societas eiusdem Facin Can fessi ex laborare, et propter imbrium aquas non ualentibus pertransire aquas recessit. Vtinenses cum exercitu eorum inseqvuti sunt eos, et ipsi uersis tergis fugam ceperunt, quidam ex eis submersi sunt, quidam capti, quidam occisi, et morti dediti, recipientes eis omnia predata, et Bombardas machinas, et pauci ex eis euaserunt. Deinde Vtinenses cum exercitu suo, cum gaudio, uictoria laudes Deo referunt, eiusq. Genetrici, qui eis talem dedit uictoriam in secula seculorum Amen.—

Finita guerra, huiusq. euacuatis, rebus ammissis, Villis crematis, fame Castris castigatis, non populi ualentes ulterius bellare, nec guerram facere, uidentes se desertos ex utraq. parte concordiam querunt insimul, et sic factum est. Nuntios ex utraque parte mittentes, Dnūm Aplicūm sunt consulti, ut mitterent eis unum Pathām, siue Pastorem utilem, benignum. Qui acquiescens uerbis, et litteris eorum elegit eis unum Ioannem de Morauia frēm Marchionis, et frēm Regis Boemie, non in legitimum, sd spurium. Nuncij u.o redierunt cum gaudio, suamq. Imbaxiatam nunciauerunt, et omnes exultarunt gaudio magno, ualdè laudantes eum, qui fecit omnia. Electione itaq. facta Illmi Dni Ioīs de Morauia Eccle Aquileien: Pathē misit quemdam militem in mareschalcum suum, qui cum applicuisset, et anteq: applicaret partes Forijulij, oīa fortilicia, oīa castra, oīa oppida, oīa bona Aquileien: Eccle restituta sunt.

(39) **IOANES** de Morauia Pathā sedit annis VI. diebus. XII. qui cum pmo uenisset in Forumyulij reuerenter, et gratanter susceptus est in Pathām. Tandem inimicitia orta est inter Dnūm Pathām, et Dnūm Fridericum Nob. militem de Sauorgnano. Ex parte hoiūm conquerentium, et accusantium dictum Dnūm Fridericum in multis, et ex parte Mouerce sue, que quotidiè proclamationes faciebat coram d.o Dno Pathā accusans dictum Dnūm Fridericum in multis. Qui Pathā eo quod erat de parentella dicte Mouerce supdi Dni Friderici, credidit, et assentiuit uerbis suis ambiguis. Vnde idem Dnus Fridericus cum consilio amicorum recessit à Terra Vtini, causa euitandi scandalum, et transtulit se Pinzanum, et alijs suis Fortilicijs, et Pathā recessit Soffimberch, et ad Ciuitatem Austrie, et ibi permanens per aliqd tempus. Tandem Dnus Fridericus cum consilio amicorum, Burgensium, Ciuium, et uicinorum feré oīum reuersus est in Terram Vtini, concilium inierunt inuicem ut morti traderent eum, sicq. res processit in actu. uenientes ēm inimici eius, et descendentes ab equis, intrantesq. Capellam, et ipso aspergente se, mox unus eorum porrigens manum dexteram, ut moris est amicitie, salutauit eum, alij u.o ensibus eductis eius ceruice recisa subcubuit. mortuo, et occiso in Capella sua, illi ascendentes equos ceperunt fugam, qia illo die erat magna pluuia, et uentus. Oh qm grande nefas! qui phanum polluere! oh qm magnus dolor! et luctus fuit in Vrbe Vtini! Post mortem u.o supdi Dni Friderici res pmansit inulta non post longum temporis spatium, iunc Pathā permansit in Ciuite Austrie, et intelligens qd Dnus Fridericus erat occisus, ipsi, qui occisioni interfuerunt, in exilium sunt expulsi, et receptis oībus, que possidebant, aliqui Paduam iuerunt, et alij alibi, et illi, qui mortis Dni Friderici fuerunt Comites, sunt ij, Henricus Bleon, Andreas Nascinguerra cum frībus suis, et miles quidam supde Nouerce Auunculus Dni Friderici, et ipsa similiter in crastinum à populo cum impetu in Platea Coīs Vtini letaliter percussa est. Pathā u.o recedens à Ciuitate Austria iuit Soffimberch, et fecit ibi, et illo anno ipse cepit, siue Marescalcus suus Sctum Danielem, et idem Marescalcus interfecit duos frēs, et filios g Conradi, et ipsum g Conradum captiuauit, et post aliqd tempus compositione facta cum Pathā promiserunt illi de Scto Daniele obbedire ei, et facere rēdificare qdam Domum, in qua solebat Pthā descendere, et habitare in ea, quam domum ruinauerant illi de Scto Daniele propter superbiam eorum, et facta est pax inter Dnūm Pathām, et hoiēs de Scto Daniele, et dimisit Dnūm Conradum, quem captum habebat, et induit eum pulchras uestes. eo anno, quo receptus fuit locus, Varnerius Fauarolta proditorie cepit Castrum Manzani, et expulsit Dnūm Thadeum, cuius erat Castrum, et ibi guerram uolebat ducere cum Pathā, sed facta pace, ut superius dixi, facta est ēt pax inter Thadeum, et Varnerium Fauarolta, et restituit sibi Castrum suum. Eo ēt anno Pathā multum ēt minabatur Vtinensibus, et uix audebant exire de Vtino, et multi capti fuerunt, et conducti usq. ad foramen, et multas pecunias ab eis extorquebant, si uolebant exire. Tandem pax orta est inter amicos, et inimicos, uid.t Dnūm Pathām, et amicos Dni Friderici, et cum filijs suis, uid.t g Tristano, et g Franc.o de Sauorgnano, et per consilium eorum uenit Vtinum, et post paucum temporis spatium interemptus in Castro ante portam Castri Vtini in 1394 die. XIII. octobris, et sepultus in Vtino in Eccla maiori ante Altare maius clam, et in nocte absq. Sacerdotibus in sepulcro olim Pathē Nicolai.

(40) Extincto Ioanne successit **ANTONIVS** de Gaieta Pathā Aquileien. qui ab ordinat.e sua usq. ad recessum eius sedit annis. VII. Qui cum non ēet sanus in corpore, in sanus consilij, et conscientie mamās mulierum sugebat propter infirmitiēm,

quam

quam habebat. Iste idem Pathā fecit se portare trans Lusentium in quibusdam deserris, ubi erant Raptores, Vspiliones, Latrones, qui sepius ueniebant in Forumiulij pdatum, et homines capiebant, et ipsos ad speluncam eorum ducebant, et incomponebant eis compositionem, et postea dimittebant eos, et interdum moriebantur ibi. Qui cum illuc uenisset cum oībus taglis, que debent Dño seruire sndum tporis necessitē, pro ut moris patrie, malendrinos, Fortilicia, propugnacula eorum existentia in nemoribus, in montibus excelsis, siue in cauernis total^r destruxerunt, et flamis ignium tradiderunt. et de cetero per magnum tempus Forumiulium non uisitauerunt. Non multum post idem Pathā fit exosus fere oībus hoībus, eo quod ipse erat nimis auarus, et non expendebat largè sicut pdecessores sui. Vescebatur lactucis crudis, et holeribus cum aceto, et sale, et non dabat alīqd lucrum mechanicis, sed solumodò accumulabat pecunias, habens ēm plenam bursam, uid^t LX. millia Duc, et ultra, cepit iter suum paulatim, et uenit usq. Romam, promittens reddire, et non redijt, et ibi factus Cardinalis Aquileien.

(41) **ANTONIVS** de Portugruario Pathā Aquileien: uenit Aquileiam, siue applicuit in M°. CCCCII. die octauo mensis Aprilis, et celebrauit Missam suam nouellam eodem anno in die Scti Luce Euangeliste, et f^r eius ꝑ Nicolaus Claudus eodem die duxit Vxorem della Frattina, nam ante idem Antonius erat Epūs Concordien: et erat ualdè dilectus Pape Bonifacio. VIJ^{II} eo quod ipse fuerat Seruitor eius. Et ideò post recessum supdicti Antonij Gaietani ellegit eum cum uolūtate, et consensu oiūm Castellanor. Ciuitum, Dominorum, Prelatorum, oīumq. hoīum in Patria existentium, et misit eum ad partes Forijulij, ipse fuit letanter, atq. gratanter receptus, et ei obbedierunt usq. dum uoluerunt. Sed non post multum temporis spatium aliqui indignati sūt spernentes eum, atq. dicentes, Cuius est iste filius? Vnius pellificis est. ubi est nobilitas eius, ubi milites eius? et sic fremebant, et stridebant dentibus, et dicebant hic non facit iustitiam. Sd qd plura istī oēs aduersarij, et rebbelles legam, et unionem inuicem fecerunt, mittentes edicta, litterasq. Dño Aplico querimoniam sup. eo faciendo, falsè eum accusando in multis, rogitantes Dnūm Aplicum, ut priuaret eum, et alium eis daret Pathām. Quibus auditis, et intellectis eumdem Pathām citari fecit sub pena. X. millium Duc, quod si non compareret infra. X. dies coram Dño Papa, qd ipse eēt priuatus à Pathāli dignitate. Sd ad petitionem Ciuitatensium, et Collegator: eorum dedit eis unum Pathām similit, nōie Antonius, qui extiterat Epūs Concordiensis, qui Antonius ueniens à Gregorio, siue Errorio, et meritò errorio, qiām totī mundo errorem contulit, et uenerunt ad Ciuitē Austriam, Antonius receptus est in Pathā eorum ex uolūtate, et consensu Venetorum largitus est Pathā Antonius de Portugruario Vtinensibus prouentus respondentes canipe Pathāli Ciuitatē. et ipsi Vtinenses censum, et prouentus, siue affictus largiti sunt Venetis, et ipsi Veneti largiti sunt illi Antonio Pathē, quod censum ascendit ad summam mille Duc, et sic fungebantur de afflictibus Papa, et eorum Pathā. Hic nota, qd quando Pathā de Portugruario uidit se ita accusatum, antequam Errorius Papa ueniret ad partes Foryulij, misit litteras, et nuncios excusando se, qui Papa nolens audire litteras, nec nuncios intelligere, misit eum iterato priuari, eo qd personaliter non comparuisset coram eo. Sd, Diuina potentia fauente, illo anno oēs Pīpes, oēs Barones, oēs Magistri similit, et oēs Prelati totius mundi uniti sunt, ut genālem fieret colloquium in Ciuitē Pisarum super facto scismatis dudum regnantis temporibus preteritis, uidelicet fere per XXXII. annos, et factum est, ut Papa Gregorius, qui putabatur uerus Pastor, et Benedictus, qui putabatur Antipapa, utriq. deponerentur, et elligi deberet unus, qui totius Orbis esse debeat uerus Pastor, et rector. Appropinquante termino uidelicet in Annunciatione B.M. Virginis oēs Basciatores Principum, oiūm Prelatorum conuenerunt ad pdictam Ciuitatem Pisarū, quorum numerus fuit usq. ad sumām. XX. millium. Qui cum oēs ibidem conuenissent, Gregorius retrocessit, nec uoluit comparere Sÿnodo, sed uerso tergo uenit ad partes Forijulij ad Ciuitatem Austriam in die Pentecost: cum quibusdam Cardinalibus, et alÿs de gente Regis Apulie, et alÿs multis Furlanis, et transtulmentum omnibus rebellibus Domino de Portugruario Pathē, ibiq. stetit in magna reuerentia colebatur ab eisdem, et stetit in Ciuitē Austria usq. ad Natiuitatem Scte M. Virginis, et recedente eo cum gente sua, et aliquibus Cardinalibus non multis, sed tantum duobus, Gentes, siue stipendiarij Dñi Pathē, et Vtinensium insequuntur eos, eosque capiunt, et morti tradunt, oīa bona eorum auferunt. Papa uº euasit solumodò cum quibusdam, ceteri capti, et depredati fuerunt omnibus bonis eorum, et uoluit dicere aliqui, siue dicunt quod idem Papa amiserat oībus computatis plusq: LX. millia Duc, et transfretauit usq. Apuleam, ibique permansit cum auxilio Regis Apulie. eo anno, et. MCCCCX. circa Festum Scti Iois Bapte, Cardinales, qui tunc erant Pise cum consensu, et uolūtate, et deliberatione oiūm, qui ibidem conuenerant, elligerunt in sumūm Pontificem quemd. Cardinalem, qui prius extiterat Archiepūs Mediolanen. cui impositum est nomen Alexander. Qui Alexander,

postq.

postq. ellectus est in Papam, priuauit oēs adherentes Errorio, et ei obbedientes, similiter excomunicauit Errorium et Benedictum, et omnes tenentes eorum heresim. Antonium uº Pathā uidens rebelles nollentes ei obbedire cepit guerram cum eis, et multa damna intulit eis, et ipsi è conuerso, sed multa maiora damna, et pericula inimici eius pītulerunt. Benedictus uº qui putabatur Antipapa ressignauit, et noluit uocari plus Papa, nec Antipapa ediuit ad partes suas. eo uº anno mortuus est idem Alexander Papa in Ciuitē Bononiensi, cui impositum est nomen P. Ioēs. et idem Ioēs confirmauit eundem Antonium supdm in Pathām. Illo uº anno Ciuitatenses dediti sunt Comiti de Oriemburch, eiq. adheserunt cum oībus collegatis suis, et idem Comes uenit Ciuitēm Austrie plusq. cum ducentis equis, et cepit Montemfalconum, et imponit gentem suam intus, et expulit omnes populare, et maiores exceptis quatuor, et obtinuit eundem locum fere per duos annos, et plus similit. Carneam, Tulmentium, Glemonam, Spimberch, Valuesonum, Sctum Vitum, Bruneram, Purcilias, Maranum, et omnes transtulmentum obbediebant illi Comiti tamq. Vicario Imp.ⁱ excepto Vtino, Castello Porpetti, Tarcento, Portugruario, Sacillo, et alīs paucis locis, et Villis, qui oēs rebelles erant Dño Pathē propter inuidiam —

Anno Dñi. MCCCCX. die ultima Augusti incepit guerra inter Ciuitatenses, et Vtinenses, nam ante non habuerunt guerram ad inuicem, sd solumodo Pathā litigauit cum eis, et è conuerso propt. innobedientiam illorum rebellat. partium aduersarum. Nam idem Pathā debellatus est cum inimicis suis fere per duos annos, et plus, anteq. Vtinenses diffidarent Ciuitatēn. et durauit guerra illa per duos menses integros. Hoc tempore die. X. Septembris Glemonenses cremauerunt Villam Tarcenti, et domos Dñi Doymi, quas edificare fecerat de nouo, ipsas funditus ruinauerunt in Mense Augusti, anteq. Vtinenses diffidarent partes oppositas, Castrum de Pers captum fuit à gente Dñi Pathē, et similit. Fontana bona, et post paucum temporis spatium quidam Longobardus proditor existens Capitanius eiusdem Castri proditorie foro, & precio mille Duc. tradidit eum locum Glemonensibus, et postmodum clam recessit ad partes suas. Castrum uº Fontane bone remansit in potestate, & Dominio Noh. uiri, et Valerosi militis Dñi Tristani de Sauorgnano, et ipsum multum fortificauit, et tenuit prose. Dñi uº et Dñe eiusdem loci expulsi sunt, nec eis datum fuit qd qd. Sed post aduentum Dñi Pipi restitutum est eis dictum Castrum —

Anno Dñi MCCCCXI. die ultima februarij expirrarunt tregue inter utrasque partes, et Xᵐ diem post sc. die XXi Aplīs incepit iterum guerra, item die. III. Iunij Ciuitaten. cum exercitu suo aggressi sunt à parte utraq. et multi vulnerati, et captiuati, et ductor gentium Vtinensium captus est à Ciuitatensibus fere cum uiginti alīs, et conducti fuere ad Ciuitēm Austrie. sd post tres dies dimiserunt eos remeare ad Terram Vtini, exceptis Burgensibus, et quibusdam rusticis, quibus imposuerunt compositionem, siue tagliam. It. XXi iulij facte sunt tregue inter Vtinenses, et Ciuitatenses, et partes aduersas per. X. dies cā recoligendi Bladum, qd in campis, et Villis erat, et die. 23. Iulij fuit magna tempestis in Vtino, et die precedente fuit magnus imber, siue inundatio aquarum. Tunc prorogauerunt treguas de octo in octo diebus, & de decem in decem usq. ad penultima 7bris. et die ultimo 7bris Ciuitatenses cum quibusdam Hungaris, quos proditorie fecerant uenire in terram suam, et nil dubitabant, quin non eēt pax. Ciuitaten. cum Hungaris illis ad uillam Moriegliani iuerunt, magnamq. predam fecerunt, Villam cremauerunt, et abierunt. Montefalconum deuenerunt, & ibi oīa deuorauerunt, et spoliauerunt. Deinde uenerunt ad Villam Pagnaci, eam cremauerunt, et derobauerunt oīa quecunque potuerunt, et abierunt. Die octaua 7bris ungari illi uenerunt ad portam Vtini, que dr porta Aquileie, et multa animalia acceperunt, et ex Vngaris capti fuerunt qī plures et occisi, sd ex Vtinensibus quatuor capti fuerunt, et unus acriter vulneratus. It. die. XII. octobris exercitus Ciuitatēn. iuerunt ad Villam Orbam, Zuglianum, Paseglianum Sclauicum, et ibi aliqua aīalia spoliati sūt, et abierunt. It. die prima Nouembris tregue facte sūt inter partes p. XX. dies, et die. 21. 9bris expirarunt tregue, et sic ex utraq. parte per octo dies supstiterunt, et non spoliauerunt. It. die. 28. 9bris applicuit ad partes forÿulij exercitus Dñi Regis Vngarie cum XI. millibus equitum, quorum ductor, siue caput erat quidam Florentinus nōie Pipo. Considerantes em Vtinenses non posse obsistere contra tantam multitudinem magnam equitum armatorum proposuerunt fere oēs uelle obbedire Dño Regi Hungarie

garie, tanq. Împ.i et sic deliberatione facta miserunt solemnes Îmbasciatores. sc̄t Dnūm Michaelem de Rebaia, et alios plures ad d.m Dnūm Pipo, et ipse Dnūs Pipo audiuit, et exaudiuit eos, et recepit eos ad obbedientiam, et facta pax inter omnes partes Patrie Foryulij die: VI: X̄bris in die Sancti Nicolai Confessoris. Îtq. die 7.a X̄bris uenerunt Vngari fere ducenti Vtini, et posuerunt similit̄q. super Castrum Vtini suum Capitanium, sc̄t unum Theutonicum nōie Paulus Glouizer, et relinquerunt eum ibi, et abierunt. Nota ibi anteq. appropinquassent gentes Dñi Regis Vngarie Vtini, quod Vtinenses miserunt ad Venetos cum consilio Dñi Tristani de Sauorgnano, ut Veneti subuenirent eis, qui responderunt, q̄d non possent eis dare subsidium. Nuncij u.o reddierunt, suam relationem fecerunt, et q̄ia Veneti habebant ante oīa loca, et fortilicia Trans: Tulmentum, precio, et adulatione comparata; uid.t Sacillum, Totum Comit. Purciliar, et Brunere, Valveson, et Spimberch speranies adhuc hr̄e alia loca, terras, et Castra, et fortilicia quecunque essent Eccle Aquileien: sed quia Deus ressistit superbis, et seruis suis dat gratiam, idem Dnūs Pipo cum exercitu suo subiugauit sibi, et Eccl̄e Aquileien. usq. dum uenirent unus uerus Pathā oēs terras, oīa oppida, Castra, et Fortilicia, et oēs obbedientiam fecerunt, et similit̄q. obbedire Dn̄o Com: de Ortemburch, tanq. Vic.o temporali Dñi Regis Vngarie Împ.s promiserunt. Postq. ēm recuperauerunt bona stabilia Eccl̄e Aquil: progressi sunt ulterius ad partes Venetorum, et receperunt multa Fortilicia, et Castra, et Terras, et peritransierunt q̄dam fossam manufactam à Venetis, et capiuauerunt, et letit̄r p̄tusserunt oēs custodientes illam fossam, et q̄ia Veneti fecerunt fieri eandem fossam cum magnis expensis dubitantes id, q̄d contingit eis, Vngari u.o cum prosperit̄e, et robore obtinuerunt eorum Fortilicia, et fortiter munierunt, et magna damna Venetis intulerunt.

Hic nota q̄d Dnūs Tristanus sentiens, et intelligens populum parvum, siue magnum uolentem obbedire Dn̄o Împ.ri sicut de iure teneretur tota Patria Foryulij; Videns ipse Tristanus, q̄d si ipse permaneret in Ciuitate Vtini, q̄d ipse incideret in manus inimicorum eius, et quia uolebat se subiugare de inimicis suis, ideō clam̄ à Terra Vtini recessit die V. X̄bris, et iuit Savorgnanum, et ibi permansit. Post u.o paucos dies idem Dnūs Tristanus positus est in exilium, et tota parentela eius à Terra Vtini, et deleuerunt oīa arma eius, et insignia, et lacerauerunt ubicunque inuenerunt vexillos eorum, et voce preconia ipsum cum parentela sua proclamaverunt, ne unquam aliquis de parentela eius, nec ipse deberet venire Vtinum, nec aliquis deinde deberet memoriam facere de eo, nec concordiam querere de eo. Sd̄ ipse spernendo inimicos suos venit una nocte um ad fossatum Vtini die penultima Marty in die mercurij Sc̄ti, et fecit incidere, siue rumpere spaltum per hoīes, qui intrinsecus erant, sc̄t proditores Terre Vtini, et dimiserunt eos intus̄ cum omnibus illis, qui cum eo erant; non ēm erant ducenti illi, qui cum eo intrauerunt, nondum erat dies, sed à duabus horis, et plus ceperunt clamare oēs, vivat Împ.r et Com. de Ortemburch, et domus Tristani de Savorgnano. Illi ēm uspiliones, et proditores, spoliatores exules, homicide, qui cum eo venerant, ceperunt vocare Petrum, Paulum, et oēs quoscunq. uolebant, et surexerunt multi mechanici, et venerunt cum eo ad platheam clamantes oēs, vivat Imperator Com: de Ortemburch, et ℔ Tristanus. Audientes ēm inimici eius, et fer̄ totus populus p̄territus est, et uix audebant de domibus exire, et fugierunt quam plures extra Ciuitēm Vtini, quam citius potuerunt, et ipse Tristanus iussit illos, qui secum erant, quod ipsi irent in domibus aliquorum inimicorum eius, ut auferent bona eorum, et sic fecerunt, ut mandauerat eis. Venire ad se q̄dam Ant.m Polani, fecerunt, et interfectus est super plateam Vtini. Tandem fecit depingere in una carta papiri insignem suum, et posuit super plateam Vtini, et fecit custodire plateam cum armis, balistris, lanceis, scutis, et cum insignijs eius, et fecit fieri novum consilium, et novos officiales imposuit, et dixit, q̄d volebat ipse facere pacem cum inimicis suis, et q̄d oēs deberent intrare Vtinum, et pacem volebat hr̄e cum oībus, et veneruni aliqui, sd̄ pauci. Postquam ēm veneruni aliqui dixit eis; scitote q̄ām uolo habere pacem cum oībus, et obbedire Dn̄o Împ.ri et eius Vic.o, et si non creditis mihi, mittam Ungaris duos filios meos obsides, et sic fecit, in̄ fraudolent̄q. Hungari ēm libent̄q. receperunt eos, et in custodiam h̄uerunt reservantes eos benè. Sd̄ quia inimici eius indignè ferentes mala ab eo illata, non minus p̄spicaces consilium inieruni in unum, et miserunt Saravallum ad gentes Dñi Regis conquerentes super Dnūm Tristanum, quomodò ipse egisset. Îndignati ēm Vngari cum ceteris alijs Patrie Foryulij de tam magna proditione facta per Vtinenses. Omnes unanimit̄q. dixeruni, eamus, et terram Vtini capiamus, et ad Saccomanum ponamus, et oēs proditores, et Tristanum occidamus, et veneruni cum magno exercitu equitum, et pedestrium, et curruum non remotè à terra Vtini cupientes oēs ponere terram Vtini ad saccomanum. Sd̄ q̄ia Deus non derelinquit speranies in eo, Vtinenses miserunt Nuncios ad illas gentes, que iam̄ propè Terram Vtini erant, et pacti sunt ad invicem, q̄d si Tristanus non recedat à Terra Vtini, aut q̄d ipsi tradant eum eis,

quod

quod ipsi rapient Terram, et hōies, et oīa bona auferent, et Tristanum morti tradent. Veniente ēm Nuncij relatione facta dixerunt Tristano, qd non poterant ipsum comodare de perditione facta per eum. Qd ipse Tristanus audiens hoc, et timens, ne incurreret in manibus eorum circa noctis mediam exiuit de Terra Vtini cum q̄pluribus de Terra, et iuit Savorgnanum die octaua Ap̄lis. Boni ēm viri, et Nob.s mitigaverunt gentes illas, et spoponderunt eis daturos duodecim millia Duc. et vinum et bladum, et alia neccessaria, et sic factum est, et uenerunt in Terram Vtini fere ducenti, et similit. oēs, qui exierant pre timore Terra Vtini, quando intrauit Tristanus, et imposuerunt uexillum Eccl̄e Aquileien. super Castrum Vtini, et promiserunt oēs obbedire Dn̄o Imp.ri et adierunt iterum ad Fortilicia eorum, que receperant à Venetis, et in illis diebus veneruni Veneti cum exercituo suo fere cum sex millib. uolentes similit. recuperare Fortilicia eorum, et ēm cupientes, et volentes ui tollere bona Eccl̄e Aquileien: sic cut ante fecerunt. Sd ipsi Vngari deffendentes se virilit. victoriam obtinuerunt, et quatuor bombardas ei abstulerunt, et Ducatum, seu Capit.m exercitus ceperunt, et multos alios capituaverunt, et ipsi Veneti terga uertentes transfretaverunt Venetias. Ibiq. auxerunt exercitum suum, et iterum remiserunt aliquos ad partes Istrie, ut vastarent vites, et olivas, et magna damna intulerunt illis de Bulgris. Sentientes hoc gentes Dn̄i Imp.s miserunt q̄plures Theutonicos ad Istriam, et illi vastaverunt in triplo plus, et receperunt multa aīalia, et magna damna Venetis intulerunt, et reversi ad Terram Vtini sunt cum prosperitate, et lucro —

Nunc ēm revertamur ad facta Tristani. Tristanus videns se ab inimicis undiq. exosum fecit rumpere aquam, et non venit aqua ad Terram Vtini per octo dies, nec poterant mollere, neq. aīalia in copia adbibere. Tandem Procuratores Dn̄i Regis miserunt Nuncios ad Tristanum interoganies, quare ruperat aquam Terre Imperialis? Qui respondens ait, restituant mihi vinum ablatum, et aīalia, et ego dimittam eis aquam venire. Alit. ēm non audientes responsum ab eo, oīs Patria turbata est, nec non gentes Dn̄i Imperatoris, qd sic spreverat oēs, et oībus obsistere velle, recuperaverunt aquam, velit nolit, ponentes custodes, et stipendiarios, ut custodirent aquam, et similit. Castrum Savorgnani, et fecerunt bastias, et obsiderunt Castrum, ne aliquis victus eis impenderetur, quis nec favore, nec voce preconia clamaverunt, qd quicunq. in Castro illo esset, si non exiret per tridvum, suspendio puniretur. Tristanus ēm exivit clam Castrum, et perexit usq. Venetias. Ibiq. ordinauit quecunq. potuit. Interim capti fuerunt plures in Terra Vtini proditores, et duo fuerunt suspensi de magistratibus. —

Tunc venit Tristanus in Forumyulij cum copioso exercitu Venetorum die: XXV: maij, cuius Dux, sive caput fuit Carolus malatesta de Rimino, qui finxit se ēē Vicarium R.s Eccl̄e, et spoliaverunt multa aīalia in Patriam existentia, multasq. segetes vastaverunt, et venerunt Savorgnanum, et obtinverunt Bastias, quas fecerant Vtinenses, sive alij de Patria pro obsidione eiusdem Castri, et cremaverunt eas, et hōibus manus amputaverunt, quos in illis Bastijs invenerunt, et p̄transiere fere per totum Forumyulij capientes hōies, mulieres, parvulos, quoscunq. poterant invenire, aliquos morti tradiderunt, et varijs tormentis trucidarunt, qd nunqvam fuit auditum ab adventu Attile, usq. ad presens, ita multa, et enormia commissa in Patria Foryulij, et obtinverunt multa Fortilicia, et ea multum munieruni victualibus, et alijs neccessarijs, ut fuit Sedeglianum, Muzzana, Palazolum, et portum Latisane, et cremaverunt multas Villas, et tulleruni iterum aqvam Terre Vtini, et iveruni ad portum Latisane, et ceperunt eundem locum. Tandem venerunt in Patriam plusq. mille ducentum Hungari, et p̄mo recuperaverunt aquam Terre Vtini, et p̄transierunt Tulmentum volentes c.a inimicos svos debellare. Tristanus ēm remansit in Patria in Castris suis, et hōies quoscunq. poterani capere capiebant, et non audebant hōies vix exire extra portas Vtini pro timore, et rupit iterum aquam, et erat magna penuria aque, eo qd non poterant mollere, nec aīalia poterani h̄re ad bibendum. Et postmodum venerunt iterum plusq. octo millia Hungarorum, et messuerunt multas segetes, et similit. spoliabant oēs hōies, et mulieres quascunq. reperiebant, et dimittebant eas nudas abire, nec amicis, nec inimicis parcebant, et p̄transierunt iterum Tulmentum, et p̄venerunt ad alios Hungaros. Tristanus verò virilit. duxit guerram cum inimicis suis, et cum oībus hōibus totius Patrie Foryulij. Tandem hōies Patrie ellegerunt cum voluntate, et consensu Dn̄i Regis Hungarie unum Pathām Theutonicum, qui dicebatur Dux Dech, et spoponderunt ei uelle obbedire tamq. Pathē ellecto, sd non confirmato, et post confirmationem factam à Papa, et Bullis ostensis oēs uellent obbedire tamq. vero Pastori. Et nota qd iste Dux Dech destinavit magnam pecunie quantitatem Romam post recessum olim Antonij Gaietani, qui ressignavit Prīam, ut superius mentionem feci, et fecit dare idem Dux eamdem pecuniam procuratoribus suis, ut procurarent pro eo, ut elligerit. in Pathā, sed vnus illorum procuratorum procuravit tantum pro se, ut fuit Antonius Epūs Concordiensis, & ellectus fuit idem Antonius, ut superius dixi, in Pathā, et idem Dux amisit pecuniam suam, et quia

idem

idem Dux invite ferens iniuriam sibi illatam non cessavit, donec misit Com: de Orlemburch Cognatum suum ad Civitatem Austrie, ut superius declaraui. Et anno Dñi. MCCCCXI. ressignavit idem Antonius Portogruario officium Pastorale Eccl̄e Aquileien: et transivit Romam, et ibi electus est in Cardinalem Aquileien. et vacavit Eccl̄a Aquileien: usq. ad electionem istius Ducis ferè per annum unum. Sed non vacavit Rectoribus, et devoratoribus, multos em̄ hūit Patria devoratores, qui devoraverunt oīa bona totius Patrie, sicut fuit Com: de Orthemburch, Paulus existens in Castro Vtini, et multitudo Hungarorum, et Venetorum, et aliorum p̄donum, et uspilionum, quia nunquam fuerunt tot latrones in Patria, sicut istis temporibus. Quia distructa fuit totalit̄. tota Patria cum Tarvisina. Inimici em̄ Tristani prece, et precio magnarum pecuniarum pacti sunt cum quibusdam Hungaris fere mille, q̄d deberent obsidere Castrum de Ariglis, q̄d erat Dñi Tristani, et obsiderunt ipsum, et nihil potuerunt facere, et reuersi sunt in Terram Vtini –

EXPLICIVNT GESTA PATHARVM AQVILEIENSIVM. LAVS DEO.

Lectiones variantes ab antescripto M. S. Ciuitaten. Chronico, conlato cum duobus Chronicis M.M. S.S. Aquileiensi, & Vtinensi, numeris notatæ.

1. Largio. Chron. Vtin.
2. Post hunc successit Grisogonos Pathā. et hic expleto ordinationis sue an. XI, qui X. annis mirificè rexit Ecclām, et multis virtutibus decoravit – Chron. Vtin.
3. Grisogone successit Theodorus Pathā, qui plenus bonis operibus migravit ad Dnūm post novem annos ordinationis sve. Chron. Aquil. cui successit Theodorus Pathā, et hic expleto ordinationis sve anno XI. pāgonem martyrij regna celestia adeptus est. Chron. Utin. Post Theodorum in Chronico Aquil.si imediatè seguitur Agapitus, omisso Grisogono, vel Grisogona. ÿ qui deest in Chronicis Ciuitaten, et Utinen.
4. Fuit iporibus Theodosij magni. Chron. Utin.
5. an. XVIII. Chron. Aquil.
6. an. VIII. Chron Aquil.
7. Veronam. Vicentiam. Brixiam, Bergomum, Medrolanum, Ticinum, Concordiam &c. Chron. utin. quod gallegium, et Patavium omittit.
8. an. VIII. Chron. Aquil III. Chron Utinen.
9. an. VIIII. Chron. Utin.
10. Hic apud. Regem Longobardorum familiaris extitit, cui ipse Rex multum favit benignus, et gratiosus – Chron. utin.
11. Iustinianus secundus Imp.r Huius tempore universalis Synodus apud Aquilegiam celebratur. Chron Utin.
12. ANDREAS Pathā sedit an. X. Hic similit. de Gradu plebe Aquilegensi ad Lotharium Imp.em proclamationem fecit, qui Lotharius una cum Leone Papa, vocato Concilio iudicavit Graden. plebem Eccle Aquilegensi subiectam – Chron. Aquil.
13. an. III. Chron Aquil.
14. Theudmaris. Chron. Aquil.
15. an. XXI. Chron. Aquil et utin.
16. a Schÿzia Chron Utin.
17. a quodam Rodaldo longobardo Duce Foroyulÿ. Chron. Aquil.
18. quievit. Et fuit circa annos Dni. 918. Chron. Aquil.
19. LVPVS Pathā sicut in antiquis Chronicis reperitur sedit annis. LVI. Sed non ita reperit. in privilegijs autenticis, cum Berengarius. 3s. qui fuit anno Dni. 931. multa priuilegia concesserit Pathe Hengilfredo, nec non Rodaldo successoribus suis, et largas fecit donationes. Chron. Aquil.
20. HENGILFREDVS Pathā quanto tempore sedit non est certum, sed quod Berengarius, et Otto primus multa privilegia Eccle Aquilegensi tpore istius contulerit. Chron Aquil.
21. POPO venerabilis Pathā sedit annis XXIIII. Hic Cancellarius magni Conradi Imp.is qui totum Orbem pacificavit, in Pathām assumptus est. Iste gloriosus Antistes templum Aquil.s Eccle de novo construxit, quod una cum beato Papa Iohanne XIX. et alijs S.R. Eccle Cardinalibus, et alijs Epis suffraganeis consecravit. Monasterium S. Marie extra muros Aquilegie construxit, et tam Templum, quam Monasterium mirabilit. ditavit. Innumerabilia bona ipsi Eccle fecit, que brevitatis causa omitto. Hic apud pred.m Iohannem Papam, et Coradum Imp.em fieri Rome Concilium procuravit, et demum Ravenne, in quorum utroq. proclamatione facta de Grado plebe sua, et citato Vrsone, qui sibi falso nomen Pathāle usurpaverat, et contumacit. in dictis duobus Conciljs non comparente, dicta insula adiudicata est plebs Aquil.s Eccle, et falso Pathātus titulus ibi inesse. Eo procurante oes thesauri Eccle, qui portati fuerunt per Paulum Pathām, reportati sunt per Poponem. Iacet in Eccla Aquil.si in medio Eccle aperuit Dnus os eius, et in Sepulchro versus leguntur hi. Popo &c. Chron Aquil.
22. GOTOFRIDVS Pathā sedit an. XXII. Hic de Regali prosapia Ecclām, et totam Provinciam mirabilit. ornavit, ditavit, et auxit. Hoc tempore Fridericus I. anno Dni. MCLIII. per Adrianum Papam. IIII. est coronatus in Imp.em Chron. Aquil.
23. Et post reconciliationem factam inter Alexandrum. III. et dictum Imp.em ipse Alexander fecit dictum Vodarlicum Pathām per totam Italiam suum Vicarium genalem. Hic duplici legatione, scilicet Papali, et Imperiali decoratus est &c. – Chron. Aquil.
24. PELEGRINVS. II. sedit annis XIII. iste reedificavit Ecclām Ciuitaten. que cum oibus libris, et thesauris svis exusta est, fecitq. Tabulam argenteam, et alia mirabilia Clenodia auro, argentoq. contexta in Eccla pdicta, et etiam multis bonis dita

vit

vit, sed pulchriorem fecit in Eccl̄a Aquil.ⁱ qve pignorata longo tempore per incuriam Pastoris fuit Venetijs, quam ipsi Venetⁱ hodie servant pro precioso thesauro. Iste p̄mo cepit contrahere amicitiam, et pacta cum Venetis.— *Chron. Aquil.*

25. Hic etiam dicitur, q̄d Mater eius uenit eum visitatum, et reperiens eum mortuum, dixit ei. Fili quid mihi das, ut mecum portem? et elevavit brachium, quod secum portavit — *Chron. Utin.*

26. **BERTHOLDVS** Pathā, sedit annos. XXIII. Ducis Meranie filius fuit, et frater Regine Vngarie matris Sancte Helisabeth Ianthgravie. Hic Archiep̄us Collocen. existens assumptus ad Pathalēm gradum, qui Federico secundo adherens, et faciens usq. ad ipsius depositionem, honores multos, et privilegia pro Eccl̄a obtinuit ab eodem, et multa bona cum Patre, et Matre Eccl̄e contulit de ipsorum patrimonio, specialit̄. in Carinthia, Carniola, et marchia Istria, et simil̄it̄. frater ipsius Pathē o̅ ius, q̄d in ipso marchionatu habere poterat, renunciavit coram Imp.re et Principibus, petens Pathām, et Eccl̄am, pro ut de iure suo huiusmodi investiri, q̄d et factum fuit per d.m Imp.em qui et donationem montis Silicis confirmavit. Huius tempore Ezelinus de Romano tyranidem exercebat, et licet Pathā eo quod adheserit Federico indignationem Aplicām incurrisset, tamen ad Romanam curiam cum maxima Baronum comitiva, et Principum accedens, cui serviebant in mensa Duces Austrie, et Karinthie, sed specialit̄. Dux Karinthie admodum..... pro ut facere tenentur, et Rex Boemie pincerna vinum ferebat in mensa. Et ibi d.s Pathā magnalia ostendens ab Innocentio. IIII. gratiam, et benedictionem promeruit. Indeq. postea rediens &c. *Chron Utin.*

27. Legatus contra Federicum Imperatorem iam depositum, qui Parmenses, qui sibi rebellaverant, obsidebat. Gregorius verò cum o̅i exercitu Eccl̄e venit Dn̄is Parmensibus in subsidium, quod videntes Parmenses portas Civitatis exierunt, et cum gente Eccl̄e in Federici exercitum irruentes eundem Federicum cum suo exercitu, spolijs eorum, ac tentorijs acceptis, (que Tentoria hodie sunt in Eccl̄a Ciuitatensi per d.m Gregorium deportata) expulerunt non sine eius magno opprobrio, atq. damno. Hic gloriosus &c. *Chron Utin.*

28. Iste in adventu suo ubertatem patrie dedit, pacem cum Comitibus Gorizie fecit, Sacilum à D. Girardo de Camino recuperavit. Cui idem Dn̄us Girardus pro feudis acceptis homagium, et fidelitatem cum iuramento prestitit &c. *Chron. Utin.*

29. Hoc tempore dicti Veneti Tergestum obsidebant, et D. Pathā volens suis fidelibus subvenire, congregato valido exercitu venit in subsidium Tergestinis, quod Veneti scientes, nullo expectato fugere ceperunt relictis o̅ibus, que habebant, clamantes, et vociferantes, à barcha a barcha, chel vien el Pathā. Tunc Tergestini sentientes auxilium exierunt, et irruentes in Venetos multos ceperunt, et o̅ia eorum spolia abstulerunt, et terram, quam ipsi Veneti fecerunt iuxta Tergestum, que vocabatur Romagna, totaliter destruxerunt. Tandem an. Dn̄i. 1291. &c. *Chron Utin.*

30. Mensibus. X. &c. Iacet corpus eius in Vtino in Eccl̄a S. Marie de Castro an. Dn̄i. 1301.— *Chron Utin.*

31. Qui D. Rizzardus faventibus sibi multis Castellanis de Foroiulio contratam multum damnificaverunt. Isto tempore captus fuit D. Henricus de Prampergo, adherens d.o Dn̄o Rizzardo, et decapitatus in Vtino, quo etiam tempore illi de Budrio rebellaverunt, et cum auxilio Comitis Goritie dictum Castrum licet eēt fortissimum, gentibus, et victualibus munierunt, quod Castrum d.s Pathā obsedit, et divino iudicio operante, et nullo credente accepit, nemine leso, vel mortuo de nostris, et dictum Castrum dirui fecit, et omnes, qui erant intus habuit carceratos. Eodem anno obsedit Castrum Porpeti, et habuit, et etiam alia plura Castra mirabilit̄. operando, Et Sacillum per d.m Dn̄um Rizzardum retentum recuperavit. Hic Pathā fuit ad Imp.em Henricum in obsidione Brixie, et ibi per d.m Imp.em cum imperiali vexillo de regalibus suis fuit honorabilit̄. investitus, et coram Imp.e Ducem Leopoldum Austrie, et Ducem Karinthie genibus flexis existentes coram d.o Pathā de eorum feudis investivit. Qui Duces eidem Dn̄o Pathē, ut tenentur, coram eodem Imp.e servierunt ad mensam uno existente dapifero, et altero Pincerna. An: Dn̄i. 1309. pred.s Dn̄us Rizzardus veniens ad presentiam D. Ottoboni pro investitione suorum feudorum, recepta de ipsis, et ipso amicabilit̄. discedente, pd.s Dn̄us Rizzardus faventibus sibi multis Castellanis Terram Vtini invasit, et statim ultio secuta est. Nam dictus Dn̄us Rizzardus debellatus fuit, et vix evasit, ubi etiam unus de Dn̄is Spilimbergi interfectus fuit, et multi alij Nobiles captivati. Multa alia fecit, que brevitatis causa o̅mitto. An. Dn̄i. 1314. d.s Pathā proficiscens ad Romanam Curiam, dum eēt in Comitatu Placentie infirmitate detentus in loco, qui dicit̄. Arqvar, mortuus est, et ibidem sepultus — *Chron Utin.*

32. **CASTRONVS** dum eēt Archiep̄us Mediolanen. anno Dn̄i. 1317. per Dn̄um Iohannem P.P.XXII. Pathā factus est, circa festum B. Sylvestri. non venit ad Eccl̄am suam, sd̄ ipso veniente, dum eet Florentie, et equitaret, cecidit cum equo, et ex eo casu mortuus est, et Florentie sepultus est anno Dn̄i. 1318. de mense Augusti — *Chron Utin* —

33. Dn̄us Paganus della Turre, existens Padvanus Ep̄us, factus est Pathā per eundem Papam Iohannem anno Dn̄i. 1319. Huius tempore D. Henricus Comes Goritie in Civitate Tarvisij mortuus est. Anno Dn̄i. 1323. Duces Austrie, et Karinthie eunies in subsidium Padve contra D. Canem de la scala fuerunt in Foroiulij, et damna maxima intulerunt. Obijt anno Dn̄i. 1332. de mense Xbr̄is. *Chron Utin.*

34. **BERTRANDVS** factus est Pathā anno Dn̄i. 1333. et in. 1345. Rex Hungarie, et Boemie venit Zaram cum. LXX. mille equitibus

equitibus, et steterunt ibi pluribus diebus, et Dnūs Pathā fuit ad loquendum pred.ᵒ Dño Regi, et post recessum Dñi Pathē recessit Dnūs Rex cum toto exercitu suo, et reversi sunt Vngariam. Attamen Iadrenses submissi fuerunt Dño Venetorum propter magnam famem. Anno Dñi. 1349. D. Comes Goritie venit in Forumiulÿ tamq. Advocatus Eccl̄e Aquilegensis cum magna gentium comitiva, eo quod Pathā Bertrandus cum illis de Savorgnano, et Communi Vtini tenebant rationes nobilium Foryulÿ, et cum dᵒ Dño Comite fuerunt Nobiles viri D. Ioᵗ. Franᵗ de Castello Porpetti, D. Herrnachoras de la Turre de Castilutto, D. Brachinus de Purcilÿs, Cōes Portus Naonis, illi de Prata, et Bruneria, illi de Civitate Austrie, D. Vualterpertholdus, et Henricus frēs de Spegimbergo, illi de Villalta, et Valvasono, illi de Castro Pagano filÿ D. belli de Savorgnano, et aliqui de Pramperch, oēs cum exercitu suo steterunt in Campanea usq. ad ultimum diem octobris. Et donec steterunt, ceperunt Savornianum, Faganeam, S. Danielem, Buyam, et Tricesimum per vim. Itē. ceperunt D. Simonem de Vavasono, D. Paganum filium Dñi Hectoris de Savorgnano, et etiam quamplures de Vtino in bello, et fregerunt rugias Vtini. Itē. venerunt Glemonam, et ibi steterunt per XI. dies, et recesserunt, et habito Tricesimo steterunt in Campanea per duos dies, postmodum recesserunt à Campanea propter malum tempus. Postea predᵗ Pathā cum Commune Vtini, et suis sequacibus ivit cum magna comitiva, et reperyt gentes D. Comitis Goritie in Braulino, et fregit ibi istas Gentes, ac eius vexilla habuit, et Vtinum conduxit, que adhuc sūt in Ecclesia maiori, et destruxit Castrum Braulinum, quod erat ipsius Comitis, in quo stabant derobatores stratarum. Itē. Legatus D. Pape inter Pathām, et Comitem Goritie fecit fieri treguas die. 20. Xbris eiusdem millesimi. In eodem anno illi de Murittio de Tricano, de Caboriaco, de Colloreto, de Spegimbergo, oēs cum suo exercitio fuerunt cum Dño Comite Goritie in eius subsidium contra Dnūm Pathām. Eodemq. millesimo fuit magna mortalitas, et magna fames per totum mundum, et duravit per duos annos. Vtinenses etiam adepti sunt Faganeam, S. Danielem, Murutium, Pers, Tricanum, deiecerunt, et destruxerunt Susans. Item acceperunt Turrim Flambri. Itē. D. Brachinus de Purcilÿs Capitᵉ Portus Naonis cum subsidio Dnōrum de Spegimbergo acceperunt Turrim. Vtinenses acceperunt Buyam per famem. Itē. 1350. die. 6. Iunÿ die Dominico D. Pathā existens in Sacillo cum D. Federico de Savorgnano, D. Ermano, D. Gerardo de Cucanea, & Franᶜᵒ de Nimis, & Hectore de Miulitis de Vtino volens venire Vtinum, fuit ipsi Dño Pathē persuasum, ut non veniret, quoniam inimici sui eum observabant, et ipse dixit se velle ire, et imolari pro Eccl̄a Dei. Et sic veniens cum Comitiva sua ad locum, ubi gentes Comitis Goritie erant, D. Henricus de Spegimbergo, illi de Villalta, et Valvasono cum aliquibus alÿs nobilibus Patrie, venerunt in Campaneam, que dicitᵗ. Richinvelt, et aggressi fuerunt ipsum Dnūm Pathām cum comitiva sua, et violenter debellarunt Dnūm Pathām cum tota sua comitiva, in quo bello ipse mortuus est, et in eo loco dicitᵗ. quod nunquam fuit amplius nata herba; et capti fuerunt D. Federicus, et Girardus supdicti, & Franciscus de Nimis, & Hector de Miulitis de Vtino, & Nicolussius Orbiti, et Paulus Gubertini, Carlevarius, et Federicus Ottacini, et quamplures alÿ, ac etiam quidam alius filius D. Girardi de Cucanea. Postea homines de Spegimbergo, et Valvasono acceperunt corpus dⁱ D. Pathē, et posuerunt super unum currum cum duabus meretricibus, unam ad caput, & unam ad pedes, et miserunt Vtinum dicentes: accipite Pathām vestrum sanctum, quod quidem per Vtinenenses honorifice sepultum fuit in Eccl̄a maiori, posteaq. multa miracula fecit, et quotidiè facit, ut apparet in libro miraculorum suorum, qui est in eadem Eccl̄a, seditq. annis. XVII. mensibus. XI. et postea facta fuit vindicta de eius morte per Nicolaum Patham sequentem — *Chron. Utin* —

35 — **NICOLAVS** Pathā filius q. D. Iohannis Regis Boemie, et frater Caroli Imperatoris fuit electus in an. 1351. 18. Maÿ, sedit annis. VII. mensibus. IX. diebus. VIII. per dⁱᵐ D. Pathām captum fuit Castrum Porpeti, et cum gente Comitis Goritie, et Castellanis exterminatum, et per terram deiectum cum magna cede, et conflictu armigerorum. Eodem millesimo Marescalcus D. Nicolai Pathē cepit in Caprulis D. Ioᵉᵐ Franᵘᵐ de Castello Porpetti, et Porpetum eius filium, et unum alium Iouenem frangendo hospitium, ubi erat dⁱ D. Ioˢ Franˢ, cui fuit abrasum caput, et induerunt eum de bruno, et deinde ei amputaverunt caput, et positum sup: una lancea, et sup: uno equo fuit portatum circumcirca Terram Vtini, et positum fuit super portono, quo itur in Castrum Vtini. Et idem Dnūs Pathā uno die Sabati cepit D. Hermanum de Carnea cum filio, et fratre eius, et eos posuit in carceribus. Et die XVI. Decembris fecit amputare caput D. Rizzardo de Varmo in Vtino, et die Sabati sequenti decapitari dⁱᵐ Dnūm Hermanum de Carnea, et in: 1352: de mense Ianvarÿ dirui fecit Castrum Tarcenti inferioris. Itē. D. Pathā dirupi fecit partem Castri de Mels. Derupium fuit Castrum de Castelerio per Vtinenses, et lapides eius fuerunt conducte Vtinum. Accepit etiam Castrum Sofembergi in se, et suspendi fecit D. Henricum de dⁱ Castro expulit Consortes dⁱ Dñi Henrici. Itē. anno Dñi: 1353: dⁱ Dnus Pathā fecit squartare D. Federicum de Portis, et dirupta fuit domus D. Francisci de Villalta per Comune Vtini. Itē. pdⁱ Dnūs Pathā perlustravit Castilutum, et brevi tempore mansit ibi. Et hec oīa fecit pro vindicta Pathē Bertrandi interfecti: 1354: die XIII. octobris Sermus D. Carolus filius Regis Boemie

An. VII. M. XI. D. VI. MS. antiq.

Boemie frater p̄dicti Dñi Pathē, qui erat electus Rex Romanorum applicuit Glemonam, et in crastinum equitavit Vtinum; Et vocatus ab Eccl̄a Imperator ad postulationem, ut dicebat, Venetorum, et Tuscorum recessit à domo propria causa eundi Romā pro Imperiali corona, veniq. per Forumyulij, et Nicolaus Pathā cum eo recessit de Patria, nec non secum multi Nobiles, inter quos fuerunt D.Vualter Pertholdus de Spegimbergo, D.Fran.^us de Savorgnano, et multi alij Nobiles Patrie. Exm̄a D.Imperatrix uxor eiusdem Dñi Caroli Regis Romanorum hospitata fuit in Castro Dn̄orum de Spegimbergo die.XX. Ianuarij. 1355: et die V. Ap̄lis p̄d.^e Imp.^r una cum Imperatrice per manum Dñi Cardinalis Hostiensis in Eccl̄a S.Petri in Roma, qui d.^s D. Cardinalis ab Innocentio P. fuit legatus, cum solemnitatibus, fuit cum gaudio imperiali diademate coronatus, qui super pontem Tyberis multos crevit milites, inter quos fuit Vualterpertholdus p̄d.^s qui fuit quartus de primis milles creatus, et primus Patrie foryulij. Post u.^o ipsius creationem per ordinem fuerunt ab eodem Imp.^r creati nobiles viri D.Fran.^cus et Paganus de Savorgnano, D.Odoricus de Cucanea, et preter illos fuerunt creati. 1050. et reversi sunt cum gaudio, et exultat.^e in. 1355. die. 3. exeunte iulio p̄d.^s Nicolaus Pathā viam universe carnis ingressus est in Civitē Belluni. — *Chron Utin.* —

36— **LVDOVÎCVS** de la Turre de Mediolano sedit annis.VI. mensibus duo. diebus.XVIII. qui creatus fuit Pathā 1359. XX. Martij in. 1361. illi de S.Daniele furati sunt Castrum Varmi inferioris D.Delalmo de Varmo affini Dn̄orum de Spegimbergo; propter quod, quia d.^s Pathā noluit procedere ad restitutionem sicut in generali colloquio fuerit sententiatum, D.Vualterpertholdus, et Henricus frēs de Spegimbergo irati cum D.Pathā combusserunt Gaium, et Vacillum; item D.Pathā Ludovicus misit gentes suas ad damnificandum Dn̄os de Spegimbergo, et cucurerunt ad Villam Barbeani, et eam combureruni, et ipso die mortuus fuit quidam familiaris Dñi Pathē, et aliqui vulnerati, et deinde fugerunt ad S.Danielem. Die v.^o 13. Augusti applicuerunt in Patria foryulij circa octocentum homines armigeri apud Villam novam prope Carpacum, quos D.Rodulphus Dux Austrie miserat ante se ad damnificandum ipsam Patriam pro eo quod illi de Glemona, et de Prampergo acceperunt sclusam, et damna fecerunt in Venzono, et quia mercatores d.^i D.Ducis fuerant depredati per illos de Prampergo de Civitate Glemone, et de S.Daniele, nec ulla fiebat eis bonorum ablatorum restitutio. Et die.XVI. Aug.^i ipse Gentes cucurerunt ad S.Danielem, et Dñi de Spegimbergo, de Ragonea, de Fortunaone, et de Prata fuerunt cum eis, et ibi steterunt diebus V, et combusserunt Villam S.Danielis, et Ronchaveruni. Deinde recesserunt, et iverunt ad Turridam, ubi steterunt diebus.VII.; et data fuit eis Cortina Sedegliani, et Gradische cum pactis, quod hoiēs essent salvi, et bona eorum intacta — Die autem. XXVIIII. d.^i mensis D.Rodulphus, et D.Federicus Duces Austrie applicuerunt in Goritia cum magna gentium comitiva numero. 4.^r mille equitum, et deinde venerunt ante Manzanum, et acceperunt ipsum, et Budrium. Tunc v.^o Abbas Rosacen. iuravit, et stetit cum dictis Ducibus; Deinde veneruni propè Vtinum, ubi steterunt quatuor dies, et in die.X. et XX. septembris fuerunt facta pacta inter Dn̄um Pathām, et Dn̄os Duces, vid.^t quod ipse Pathā cum duodecim illorum Nobilium de Foroyulij, quos Duces vellent eligere, deberent ire Vienām, ibiq. eos expectare, et postea ire ad D.Carolum Imp.^em ac in eum, et Dn̄um Rodulphum compromittere, et obbedire iuxta eorum deffinitionem. Illis diebus mortuus est Marchio Burgundie in domo sua, et in istis diebus D.Fridericus Dux arripuit iter versus Vienām, et D.Pathā post eum, et antequam irent, D.Comes Goritie dedit unam filiam suam in Vxorem uni Fratri D.Ducis Austrie, et deinde D.Dux Rodulphus accepit iter suum versus Venetias, et in festo Michaelis applicuit Venetijs, cui per Venetos exhibitus est maximus honor, ibiq. stetit diebus.VII. die v.^o V. octobris d.^s Dux accepit iter versus Goritiam, et cum ipse applicuit in Foroyulij stetit diebus duobus. Et iunt D.Fran.^s de Savorgnano, D.Simon de Valvasono precedendo Ducem sequuti sunt D.Pathām, et cum applicuerunt Viennam D.Pathā cum suis, et D.Fran.^s et D.Simon iuraverunt coram Duce de non redeundo de Vienna sine voluntate p̄di D.Ducis. Anno millesimo CCCLXII die. II. Martij Cōmunitas Vtini, Coitas Austrie, et Glemone cucurrerunt ante Manzanum, et acceperunt eum per ignem per eos impositum. Et deinde proiecerunt Budrium per terram, et combusserunt aliquas domos in Cormonō occidentes, et vulneranies multos, et acceperunt etiam Cortinam Quadruuij, et de Rivolto cum pactis; Post dies paucos reversi sunt D.Fran.^s de Savorgnano, D.Simon de Valvasono in Patriam, qui clam recesserunt de Vienā sine licentia D.Ducis, ex eo quod eis dictum fuerat in Vienna, q̄d D.Dux volebat eos mori facere, ideò absq. licentia recesserunt — *Chron Utin.*

An.V. M.II. MS. antiq.

37— **MARQVARDVS** Pathā Almificus sedit annis. XV. nobilis genere, sed nobilior mente, ab Imp.^e Carolo plura privilegia obtinuit, et cum eo legam fecit contra Venetos, et dedit caprulas in predam, sive sacomanum, et postea eas fecit comburere. Et in.1381. mortuus est, quo anno incepit scisma, et mortuus est d.^s Imp.^r et electus fuit D.Clemens de Bavaria, et erat scisma inter filios Cavoli, et d.^m D.de Bavaria, et duo fuerunt electi — *Chron Utin.*

An xv. D.x. MS. Antiq.

38— **PHÎLÎPPVS** de Ianconio Cardinalis fuit factus Pathā per Papam, et dedit sibi Pathriarcatum in Comendam. Vtinenses u.^o cum aliquibus nobilibus nolverunt accipere eum per comendam. Quamobrem D.Fran.^us de Carraria venit cum magna comitiva in subsidium ipsius, et Vtinenses acceperunt auxilium, ac gentes à Serm̄o Dn̄io Venetorum, et magna guerra fuit in Patria illis temporibus, et captum fuit Castrum Savorgnani per ipsum D.Fran.^m de Carraria, et multa loca Patrie. Tandem gentes ipsius D.Francisci fracte fuerunt prope Savorgnanum per Vtinenses cum gentibus Venetorum; et erat in Vtino unus Nobilis pro Venetis, vid.^t D.Leonardus Zane; et ipsa guerra duravit quasi annos.VI. Deinde D.Pathā Rome mortuus est, quo ip̄ore durabat scisma, et vacabat Imperium — *Chron Utin.*

39— **ÎOHANNES** de Moravia Pathā electus venit in anno. 1388. sedit annos. VI. mensibus. XI. fuit hic vir horribilis, et multa consumans, et devorans, et per quosdam suos fecit interfici D.Federicum militem de Savorgnano in Eccl̄a S.Stefani audiendo Missam, et postea ivit Sofimbergum; et hoc ad instantiam, et petitionem D.Helisabeth Noverce ipsius D.Federici, que D. capta fuit per populum utinensem, et ducta fuit super platheam Vtini, et ibi cum duobus Civibus Vtini interfecta fuit. Postea D.Iohannes Pathā venit in Vtinum, et stetit ibi per aliquot dies. Tuncq. D.Tristanus filius p̄di D.Federici fecit occidere ipsum D.Pathām in Castro Vtini ante portam, et oīa

eius

eius bona depredata fuerunt; et hoc modo facta fuit vindicta pro ipso D.Federico; et fuit sepultus in Eccl̃a S.Marie de Castro. Demum dictum fuit, quod eius corpus debebat furari per aliquos de Patria, et eius corpus fuit evulsum, et portatum in Eccl̃am maiorem utini, et ibi adhuc iacet. Et hoc fuit. 1394. Die. 13. octobris — *Chron Utin.*

40 — **ANTONÎVS** Gaetanus Pathã rexit Eccl̃am annis.VII. mensibus duo. Hic nihil boni fecit, q̃a pro maiori parte stabat infirmus propter podagras. Postea fuit factus Cardinalis, et ivit Romam. Tunc erat scisma, et vacabat Împerium. *Chron Utin.*

41 — **ANTONÎVS** de portugruario rexit annis.VII. et privatus fuit per Papam Gregorium, et illo tempore erant tres Pape vid.t Papa Alexander, Gregorius, et Benedictus, tamen sublata fuit quasi per oẽs obedientia Pape Gregorio, et data fuit Alexandro, et d.s Antonius fuit creatus Pathã. 1402. et p̃mo suo anno - - - - - - cum Comunitate Portus Naonis fraudolenter, et furtiue intrauerunt in Castrum Turris, et eum combusserunt, et in eo combusserunt D.Îohannem de Ragonea, qui in d.o Castro habebat Vxorem suam, filios, et filias, excepto Federico eius filio, et magna crudelitas fuit facta. et D.Pathã convocato parlamento cum tota Patria ivit contra Portum Naonem, et ibi steterunt paucis diebus, et reversi fuerunt, et nihil sequutum fuit. Postea venit magna discordia inter hoẽs Patrie, quia aliqui d.m Pathãm volebant, et aliqui non, ut fuerunt illi de Civitẽ Austrie, de Prata, de Purcilijs, de Pulcenico, de Spegimbergo, de Valvasono, et de Glemona, et alij eum volebant. Tandem guerra exorta est in Patria, et quasi tota devastã est; et aliqui miserunt ad Regem Hungarie, ut deberet mittere gentes, et ad Comitem de Orthenburg. În hoc tempore hoẽs Glemone cum hoẽibus Prampergi furtiue acceperunt Castrum fontane Bone, et Dn̄os ipsius Castri expulserunt, et tunc populus Vtini hec sciens subitò obsedit d.m Castrum, donec Pipus venit in Patriam, postea ipsis Dn̄is illud restituit. Et in. 1411. venit Pipus Florentinus cum maxima Comitiva, vid.t cum X. millib. equitum, et invasit Patriam, et Vtinum sibi fecit obviam. Et D.Antonius Pathã fuit factus Cardinalis per Papam Îohannem XXII. D.Tristanus de Savorgnano noluit ei obbedire, et ivit ad Sereniss.um Dn̄ium Venetiarum, et ibi stetit cum certis suis sequacibus, donec reversi fuerunt in Patriam. Et isto tempore mortuus est Clemens Împ.r qui erat, et carebat imperio. Et Castrum Savorgnani fuit destructum per Vtinenses. — *Chron. Utin.*

ANTONÎVS de Ponte Concordien. Epũs factus fuit Pathã per D.Gregorium Papam, sed non habuit Pathatũm in pace, et recessit, et ivit in Romanam Curiam, et ibi mortuus est abq. Pathãtu, et abq. Epatũ — *Chron Utin.*

LVDOVÎCVS Dux de Tech fuit electus in Pathãm, e confirmatus in Concilio Constantiensi, et fuit electus in. 1412. et sedit annis VII. Iste habuit guerram cum Dn̄io Veneto, ex eo quod prefatum Dn̄ium volebat prefatum D.Tristanum reducere in domum suam cum sequacibus suis, & volebat, quod bona eorum restituerentur, et volebat, q̃d Pathã, et tota Patria eẽt amicus amicorum suorum, et inimicus inimicorum suorum, et Pthã nolvit hec facere ad contemplationem aliquorum, qui habebant bona D.Tristani, et fratris, et aliorum sequacium suorum, in d.o tpore hoẽs S.Danielis furati fuerunt Varmum superius, et ceperunt D.Bartolum, et Io.em Antonium eius filium, et mala morte eos occiderunt, et furrim ipsius Castri combusserunt. Dicto tempore Dn̄ium Venetum habuit Sacilum, et D.Pathã ivit in Hungariam, et Civitatenses iam concordaverant cum p̃fato Dn̄io Veneto. Et rediens D.Pathã cum certis Hungaris forte quatvor millibus venit in Patriam, et ivit in obsidium contra Civitem Austrie cum dictis Hungaris, et cum tota Patria, sd in Civitẽ Austria iam venerant gentes equestres, et pedestres Dn̄ij Venetiarum. vid.t Thadeus marchio, et ibi stetit D.Pathã cum dictis gentibus, et tota Patria diebus XV. postea recessit, propter magnum frigus, et propter nives, sed devastate fuerunt vites, quasi circum circa Civitem Austrie. Postea d.e gentes reverse sunt in Hungariam, et Dn̄us Pathã cum eis. demum prefatum Dn̄ium posuit campum ad Pratam, et eam habuit cum pactis, et D.Nicolussius, et Iohannes de Prata, et alij habuerunt bona eorum salva, et habita Prata, subito eam comburri fecerunt, et aquam per ipsam Pratam posuerunt, et sic destructa est Prata, et effecta est sylua. Item D.Tristanus de Savorgnano habuit tractatum cum aliquib Civibus Vtini intrandi Vtinum, et una nocte aperta sibi fuit porta S.Gottardi, et intravit cum gentibus Dn̄ij Venetorum, sd subitõ Populus surexit, et expulit eos de Vtino, et ibi interfecti fuerunt aliqui stipendiarij pedestres, et squartatus fuit Thomas de Ronchonis, qui de d.o tractatu sciebat, alij autem fugierunt, et duravit guerra annis duobus cum dimidio. Postea per Vtinenses facta fuit oblatio Sermo Dn̄io Veneto, ex eo q̃d D.Ludovicus non venerat ad succurendum eis, nec mittebat eis auxilium, et ideo oportuit ipsos concordare cum prefato Dn̄io Veneto, et hoc fuit. 1420. die VI. Iunij, et facta d.a oblatione missi fuerunt per Comunitẽm Vtini .v. Ambaxiatores, ponendo se, et sua in manibus, et gratia p̃fati Dn̄ij Venetiarum. Et tunc prefatum Dn̄ium eos suscepit, et volvit, q̃d ipsa Comunitas se gubernaret, et regeret pro ut faciebat tempore Patriarũm in civilibus, in criminalibus autem nolvit, q̃d aliquid faceret propter discordias Civium. Et volvit prefatum Ex.mum Dn̄ium, ut oĩa bona p̃fato D.Tristano, et fratri, et sequacibus suis restituerentur cum hoc, q̃d Comunitas Vtini annuatim restituveret pecunias Civibus, qui emerunt d.a bona D.Tristani, et fratris, et aliorum sequacium suorum, et ita factum. Et sic facta fuit obviam ipsi Dn̄io Venetiarum, nemine leso, vel morvo, sed pacifice, et quiete. Et hoc fuit. 1420. 6. Iunij. Et D.Tristanus de Savorgnano, e fratres, et sequaces intraverunt Vtinum, et habuerunt eorum bona imobilia vigore determinationis p̃fati Exell.mi Dn̄ij Veneti, licet aliqui Castellani ante fecissent obviam. Venit prefatus D.Ludovicus in Patriam cum certis Hungaris, vid.t quatvor mille. 1422. de mense octobris, et accepit Manzanum, et Rosacium, et postea aufugit propter gentes Venetorum; et postea p̃dictus D.Ludovicus Pathã morvus in consilio Basiliensi —

Et postea factus fuit Pathã D.Ludovicus de Padva existens Card.lis per Papam Heugenium.IIII. sed Dn̄ium Venetorum nolvit sibi dare dictam Patriam usq. 1445. Quo tempore p̃fatum Dn̄ium Venetum dedit ipsi Dño Pathe Aquilegiam, S.Vitum, S.Danielem cum omnibus introytibus ibi existentibus, et cum mero, et mixto Imperio, et quinq. millia Ducatj. in suplementum dictorum redditvum, et spiritvale in tota Patria; et D.Îohannes de Reuthe Protonotarius, et Nuncius D.Pape, et D.Archiepũs Corphiensis venerunt, et acceperunt possessionem dictorum trium locorum, et ressidvum Patrie Dn̄io remansit — *Chron. Utin.*

Series

SERIES PATHARVM AQVILEGENSIVM.

Ex antiquo Gradvali in Archivio Capitulari Civitatis F.I. scripto circa principium seculi. XIII.

Primus Pathā predicator extitit Aquilegie Beatus Marcus evangelista.
S. Hermachoras Pathā. sedit. annos XX. M.V.
S. Hellarus Pathā. sedit annos. X. d. VII.
Grisogonus Pathā. sedit annos. XII.
Teotorus Pathā. sedit. annos. XI.
Grisogonus Pathā. sedit annos. IX.
Agapitus Pathā. sedit annos. XIII.
Fortunatus Pathā. sedit annos. XV.
Valerianus Pathā. sedit annos. XIX.
Benedictus Pathā sedit annos. XXV.
Cromacius Pathā sedit annos. XIII. m.V.
Augustinus Pathā. sedit annos. XXVIII. m.V.
Adelphus Pathā. sedit annos. IX. m.IV.
Maximus Pathā. sedit annos XX.
Ianvarius Pathā. sedit annos. VIII. m.III.
Secundus Pathā. sedit annos. III. m. II.
Niceta Pathā sedit annos. * XXX. * m.VII. * manu recentiori
Marcellianus Pathā sedit annos. XVIIII.
Marcellinus Pathā sedit annos. XV.
Stefanus Pathā. sedit annos. XII. m.III
Maxentius Pathā sedit annos. IV. m. V.

Macedonius Pathā. sedit. annos. XXVI. m.V.
Paulus Pathā sedit annos. XII.
Probinus Pathā sedit annum unum. m. IX.
Helyas Pathā sedit annos. XXII. m.VI.
Severus Pathā. sedit annos. XV. d.XX.
Iohannes Pathā. sedit annos. XII.
Martianus Pathā. sedit annos tres. m. I.
Fortunatus Pathā. sedit annos. IX.
Felix Pathā. sedit annos. XIIII.
Iohannes Pathā. sedit annos. X. d.X.
Iohannes Pathā. sedit annos. X.
Petrus Pathā. sedit annos. XII.
Iohannes Pathā. sedit annos. X.
Serenus Pathā. sedit annum. I.
Calistus Pathā. sedit annos. XL.
Sigualdus Pathā. sedit annos. XLII.
Paulinus Pathā. sedit. annos. XVI.
Vrsus Pathā. sedit annos. X.
Maxentius Pathā. sedit annos. XXVII.
Andreas Pathā. sedit annos. X.
Venantius Pathā. sedit annos. III.
Teuthimarus Pathā. sedit annos. XXI. m.III.
Lupus Pathā. sedit annos. III.

Valpertus Pathā. sedit annos. XXVII.
Federicus Pathā. sedit annos. LIII.
Leo Pathā. sedit annos. LIIII.
Vrsus Pathā sedit annos. LV.
Lupus Pathā sedit annos. LVI.
Engelfredus Pathā sedit annos. LVII.
Rodaldus Pathā. sedit annos. LVIII.
Iohannes Pathā. sedit annos. XXXVII. m.X.
Popo Pathā. sedit annos. XIX. m.XI.
Eberardus Pathā sedit. annos. V. m.X. Gotopoldus.

Gothopoldus Pathā sedit annos. XV. m. X.
Ravengerus Pathā. sedit annos. IIII.
Sigerhardus Pathā. sedit annos. IX. m. IIII.
Henricus Pathā. sedit annos. VI. m. VI.
Federicus Pathā. sedit annum. I. m. VI.
Vodolricus Pathā sedit annos. XXXVI.
Gerardus Pathā sedit annos. IX.
Pelegrinus Pathā, sedit annos. XXXI.
Vordlicus Pathā. sedit. annos. XX. m. VII. et d. VII.
Golofredus Pathā. sedit annos XII.
Pelegrinus Pathā. sedit annos XIV. m. VII.
manu recentiori. Bis * Vuolfcherus Pathā. sedit annos.....m.....

Alia manu.

Gregorius Pathā	sedit annos.....m. VIII.
Raymundus Pathā	sedit annos. XXV. m. II. et d. VI.
Petrus Pathā	sedit annos.....
Ottobonus Pathā	sedit annos. XIII. m. VII.
Castonus Pathā	sedit annos. I. m. VII. dies. XX.
Paganus Pathā	sedit. annos. XII. m. VIII.
Bertrandus Pathā	sedit annos. XVI. m. IIII.
Nicolaus Pathā	sedit annos. VII. m. XI. d. VI.
Ludovicus Pathā	sedit annos. V.---m.---
Marquardus Pathā	sedit annos.....
Philippus Pathā	sedit annos.....
Iohannes Pathā	sedit annos.....
Antonius Pathā	sedit annos.....
Antonius Páthā	sedit annos.....

Alia recentiori manu.

Antonius Pathā Card.lis sedit annos
Lodovicus Pathā. sedit annos. XV.
Marcus Patha.....
Nicolaus Donato Pathā
Dominicus Grimanus Pathā Cardinalis.
Marinus Grimanus Cardinalis Pathā
Marcus Grimanus Pathā
Daniel Barbaro Pathā

Alia item manu.

Iohannes Grimanus Pathā vixit annos III. dies.....
Franciscus Barbarus Pathā

Series Alia

Ex Apographo M.S. Seculi XVI.

Pathē Aquileie: Que alias lapidia dicebatur. ait. Boc. Dalunia. Anno Dñi

Primus Pathā pdicator extitit Aquileie Beatus Marcus Evangelista.
Sanctus Ermacoras Pathā sedit annis. XX. et mensibus. V.
276 Helarus Pathā sedit annis. X. dies. VII.
286 Grisogonas Pathā. sedit annis. XII. — Quidam Andreas Pathā fuit ipore Attile
308 Theodorus Pathā. sedit annis. XI. — Vngarorum Regis, ipore Imperatoris—
Grisogonus Pathā sedit annis. IX.
319 Agapitus Pathā sedit annis. XIII.
347 Fortunatus Pathā. sedit annis. XV.
Valerianus Pathā sedit annis. XIX.
Benedictus Pathā sedit annis. XXV.
390 Beatus Cromacius Pathā sedit annis. XVIII. m: VI:
Augustinus Pathā sedit annis. XVIII. et m. VI. — Quidam Petrus Pathā fuit anno Dñi. 404.
Adelphus Pathā sedit annis. IX. m. IV. — et in. 401.

Maximianus.

Maximianus Pathā sedit annis. XX.
Ianuarius Pathā sedit annis. VIII. m. III.
Secundus Pathā sedit annis. III. m. II.
Niceta Pathā. sedit annis. XXXII. e m. VII.
Marcellinus Pathā sedit annis. XV.
515 Stefanus Pathā sedit annis. XII. & m. III. et d. XV.
Masentius Pathā sedit annis XXXV. et m. V.
536 Macedonius Pathā sedit annis. XXXVI. et m. V. et d. VII.
568 Paulus gloriosus Antistes Pathā sedit annis. XII. Paulinus
573 Probinus Pathā. sedit annis. I. et m. IX. et d. XXIV.
Helias Pathā. sedit annis. XXII. & m. VI. & d. XXIV.
Severus Pathā. sedit annis. XV. & d. XX.
605 Iohannes Pathā sedit annis. XII. Abbas.
633 Martianus Pathā, & Epiphanus sedit annis. III. & m. I. d. V.
646 Fortunatus Pathā. sedit annis. IX. Foelix.
Theutinarus Pathā. fuit tempore Lud.ci Imp.ris
Felix Pathā sedit annis. XIV.
Iohannes Pathā sedit annis. X. D. X.
Iohannes Pathā sedit annis. IX.
670 Petrus Pathā sedit annis. XIII.
Iohannes Pathā sedit annis. XV.
719 Serenus Pathā sedit annis. I.
730 Calistus Pathā sedit. annis. XLII.
Sctus Paulinus Pathā sedit annis. XVI.
801 Vrsus Pathā sedit annis. V. — — — Vrbanus
Maxentius Pathā sedit annis. XXVII.
Andreas Pathā sedit annis. X.
Venantius Pathā sedit annis. III.
Theudinarius Pathā. sedit annis. XXI. & m. III.
Lupus Pathā sedit annis. III.
Valpius Pathā sedit annis. XXVII.
Federicus Pathā sedit annis. LIII.
Leo Pathā sedit annis. LX.
Vrsus Pathā sedit annis. LV.
Lupus Pathā sedit annis. LVI.
Engalfredus Pathā sedit annis LVII.
Rodaldus Pathā sedit annis. LVIII.
Iohannes Pathā sedit annis. XXXVII. et m. V. et d. X.
Pipo Pathā sedit annis. XIV. et m. XI. ---- 1036. Conradus Imp.r Poppo
Heberardus. Pathā sedit annis. V. & m. X. et d. XII.
1042. Gotepoldus Pathā sedit annis. XV. et m. X.
1057. Ravengerius Pathā sedit annis. IV. et m. X. et d. XVIII.
1061. Gigeardus. Pathā sedit annis. IX. et m. IIII. Sigeardus
1070. Henricus Pathā sedit annis. VI. et m. VI.
1078. Fidericus Pathā sedit annis. I. et m. VI.
1077. Uuoldolricus Pathā sedit annis. XXVI. et m. VII. et d. XX.
1113. Gerardus Pathā de Premariaco. sedit annis. IX.
1122. Pellegrinus Pathā sedit annis. XXXI.
1117. Uuoldoricus Pathā sedit annis. XX. et m. VII. et d. VII.
1178. Gotefredus Pathā sedit annis. XII.
1189. Pellegrinus Pathā sedit annis. XIV. et m. VII. et d. III.
1203. Volfcherus Pathā sedit annis. XIII. et m. VII.
1218. Bertoldus Pathā sedit annis. XXXIII. et m. IIII. — 1251.
1253. Gregorius Pathā sedit annis. XVIII. et m. VIII. — et 1270.
Raimundus della Turre Pathā sedit annis. XXV. et m. II. et d. VI.
Petrus Pathā sedit annis. I. et m. VII. et d. XXVI.
Ottobonus Pathā sedit annis. XIII. et m. II. et d. XVII.

Attila flagell. Dei fuit ipore R.mi D. Marcelle, et anno Dñi. 452. tunc non Venetie, sed Rialtum erat.

Quidam Paulinus Pathā fuit ipore Caroli Imp.ris

Prophetia
Et ve tibi Aquileia, quum perveneris ad manus impiorum destruveris, et reedificata nunquam consurges.

Miraculum vite successive horum. VI. R.morum Pathārum. hi in Pathia vixerunt annis. 333.

a. 1202. usque 1215.
1216. 1228
1229. 1251.
1252. 1269. Philippus Dux Carinthiæ Pat. elect. sed non confirm. Vacatio annorum
1273. 1299.
1299. 1301.
1302. 1314.

Casonus

	Castonus Pathā della Turre sedit annis. I. et m. VII. d. XX. — Castronus	a 1317. usque	1318.
	Paganus Pathā della Turre sedit annis. XII. et m. VIII. et d. I	1319.	1332.
	Beatus Beltrandus Pathā sedit annis. XVI. et d. IIII	1333.	1350.
1334. usq. 1350.	Nicolaus Pathā sedit annis. VII. et m. VIII. et d. XII	1351.	1358.
	Ludovicus della Turre Pathā. sedit annis. VI. et m. III. et d. XVI	1359.	1365.
	Marquardus Pathā sedit annis. XV. et d. X	1366.	1381.
	Philippus Pathā sedit annis. VII	1381.	1387.
	Iohannes Pathā sedit annis. VII	1388.	1394.
	Antonius Pathā sedit annis. VIII	1395.	1402. / Antonius Ep. Concord.
	Ludovicus Pathā Dux dech. sedit annis. VII	1403.	1420. \ a 1403 usque 1410

Tempus Patharum

	sedit		
	Volfcherus	1204.	usq. in 1217.
	Bertoldus	1218.	usq. in 1258
	Gregorius	1253.	usq. in 1269.
	Raimundus	1273.	usq. in 1299.
	Petrus	1299.	usq. in 1301.
	Ottobonus	1302.	usq. in 1314.
	Castonus	1317.	usq. in 1318. — Gilo, seu Gilonus a. 1315. usque.
	Paganus	1318.	usq. in 1333.
Gall^{s}	Beltrandus	1334.	usq. in 1350
Boem^{s}	Nicolaus	1351	usq. in 1358.
Mediol:	Lodovicus	1359. X. Maij	usq. in 1365
	Marquardus	1366.	usq. in 1381.
	Filippus Pathā.	1381.	usq. in 1387.
	Iohannes Pathā.	1388.	usq. in 1394.
	Antonius Pathā.	1395.	usq. in 1402.
	Antonius Pathā.	1403.	usq. in 1410.

Ludovicus Pathā Dux 16ch. sedit annis VII. usq. 1420. et hic expulsus fuit à Venetis

LECTIONES.

Ex Breviario, sive Psalterio, Apographo M.S. seculi XV. ad usum recitandi horas Canonicas in Archivio Capitulari Civitatis F. I.

In Festo S. Marci

P. 367to &c. In primo nocturno.

Post gloriosam Dñi nr̄i yhū Xp̄i in Celum ascensionem ad Prēm beati Ap̄li altiss.^{ma} S. Spiritus providentia dispositione per universum dispersi sunt orbem terrarum. R^{p}. &c.

Princeps namq. Ap̄lorum beatus siquidem Petrus secundo Claudij Cesaris imperij anno ad expugnandum Symonem magum, Marco quoq. fidele discipulo comite ac de sacro regenerationis lavacro dilectiss.^{o} filio Romam felici ingressus est die. R^{p}. &c.

Cumq. iam per dies aliquot demoraretur B. Marcus Evangelista Ap̄latus officio fungens ab eodem Beato Petro mittitur Aquilegiam ad Vrbem S. famosissimam Venetiarum dalmatiarumq. confinio sitam. R^{p}. &c.

Interea vir Dñi marcus in eadem Vrbe Aquilegensi divina prevenient gratia dum aliquandiu predicationis studio occupatus permaneret ibiq. Eccl̄am Xp̄i sanguine acquisitam inviolabili solidit̄ fundavit. Evangelium ibidem Dñi proprio feriur edidisse stilo quemadmodum veterum ad posteros annvali confecta calamo transmissa monimenta evidenter declarant. R^{p} &c.

Post hec Sanctiss.^{um} virum Hermacoram civemq. Aquilegen. ad tantam excellentiam et perfectionem magisterij sui imbutum arie p̄duxit, ac deinde p̄ntie Beati Petri Ap̄li eum reddendum non est arbitratus indignum a quo nimirum primo

Pastore

Pastore Eccl̄e idem Beatus Hermacoras Pontificatus offi̅ virga susceptā Aquilegensem Dn̄o protegente gubernandam susce=
pit Eccl̄am. ℟ &c.

Cernens igitur ianitor Celi Marcum Sanctiss.^um sacro repletum spiritu Evangelicis mirabilibus insignibus coruscare ait
ad eum fili marce perge Alexandriam et predica Xp̄um yhu̅m quod ipse sit vere Dei filius. ℟ &c.

pag. 411. &c.

In festo Sc̄torum Hermagore, et Fortunati
In primo nocturno. lectio.

Post resurrectionem Dn̄i n̄ri yhu̅ Xp̄i. Beatus Petrus Aplus̄ à Roma misit Marcum Evangelistam Aquilegiam predicare
uerbum Dn̄i, ubi Vlfius nōie [illegible] erat plenus lepra quem Beatus Marcus videns apprehendit manum et brachium eius, et
sanatus mox fuit a lepra propter quod multi crediderunt Yhu̅ Xp̄o, et baptizati sunt. ℟ &c. lect. II.

Post hec Hermacoram virum sanctitate plenum Ep̄um ibi constituit deinde secum Romam duxit, et a S. Petro Pontificatum
suscepit. Rediit Hermacoras Aquilegiam ubi predicat, miraculis claret, multosq. ad fidem convertit. ℟ &c. lect. III.

In illis tp̄oribus à Nerone Imper.^re Sevastus Preses Aquilegiam mittitur qui S. Hermacoram vinctum iubet sibi p̄sentari,
extendit̨. neruis, cedit̨. eculeo, suspendit̨., pectus ungulis radit̨., lamine ferree in pectori raso inprimunt̨, et lampades arden=
tes eius lateribus applicantur, Ep̄us ymnum Deo cantat, populus inclamat nomen Dn̄i yhu̅ Xp̄i, ydolatrie pavent. ℟ &c
lect. IIII.

Deinde Sc̄tus carcerat̨., orat in carcere, lumen emicat, odor fragrat, pontianus Custos carceris baptizatur, ad cuius preco=
nium multi convertuntur. Clamant ydolatre: deterior hic petro, ille crucifixus, crucifige et istum, petit preses triduo inducias
populi conversi multitudinem timens. ℟ &c. lect. V.

Interim Sc̄tus multos convertit, inter quos et Gregorium virum nobilem, cuius filium à Demone liberavit, similit̨. et A=
lexandriam illr̄em, quam à cecitate erverat per Fortunatum Archydiaconum suum, quem sibi successorem ordinaverat, bapti=
zari iussit, quod audiens Preses iubet Fortunatum comprehendi, et cum Ep̄o incarcerari. ℟ &c. lect. VI.

Post hec colecti ydolatre cum fustibus, et lapidibus minati sn̄t presidi mortem. Qui dum et fideles timeret, iussit
Sc̄tos Dei in carcere decolari, quos Pontianus, Gregorius, et Alexandria alyq. fideles cum aromatibus sepelierunt, ubi
multa beneficia p̄stant̨. ℟ &c.

Pag. 356. &c.

In festo Sc̄torum Hellari, et Taciani
Lectiones. I. et. II. nocturni

Beatus Hellarus ab infantia sua eruditus fidei arma se circumdans misericors, et benevolus separatus ab omni
actu, seculi huius divinis scripturis ita eruditus est, ut sensum memorie pro libris haberet. ℟ &c.

Qui, cum adhuc iuvenilibus annis eet̄, raptus à Populo Dyaconus ordinatus est, et insistente plebe post aliquantulum
tempus ordinatus est Ep̄s, qui precepta Dn̄i fidelit̨. adimplebat, nullius ferens adulationem in personarum acceptationem,
sicut est consvetudo hoiu̅m hn̄tium spem in hoc seculo. ℟ &c.

Cum ergo in vita sua Deo adiuvante oēs suos regeret filios, habebat discipulum noie Tacianum; videns autem illum
bone conversationis adee ad Dyaconatus honorem eum promovit, qui postea Archidiaconus per ordinationem eius effectus est.
℟ &c.

Eodem vero tp̄ore cum Annumeriano Cesare iussio advenisset, ut Christiani sacrificarent idolis, apud Civitē Aqui=
legiam, ordinatus est Beronius Preses, et sedens pro Tribunali ivssit sibi exhiberi Xp̄ianos ad thurificandum, qui in car=
ceris custodia detinebantur. ℟ &c.

Erat am̄ quidam Monafantus noie, qui fuerat Sacerdos ydolorum malitia plenus, qui veniens ad Beronium Presidem
dixit: Non est equum, quod agis, sed iube, ut adducatur tuis obtutibus Hellarus Ep̄us Xp̄ianorum, ut ipso tormentato uni=
versi eius corriganur errores. ℟ &c.

Qui cum adductus fuisset, et mirabilit̨. tormentatus, ad ultimum capite cesus est una cum levita suo Taciano. Passi
sunt aut̄ cum eis felix, Largius, et Dyonisius sub die. XVII. Kal. Aprilis regnante Dn̄o n̄ro yhu̅ Xp̄o, cui est honor et glo=
ria in secula seculorum. Amen. ℟ &c.

pag. 362. &c.

In festo Sc̄ti Canciani, et sociorum eius &c.
Ad matutinum. lectio prima.

Beatissimos martires Cantianum, Cantium, et Cantianillam à pedagogo suo proto legimus valde fide catholica fuisse edo=
ctos, qui de genere Anitiorum, hoc est dive memorie Carini Imperatoris noscuntur progeniti. lect. II.

Post mortem Carini sceleratiss.^mi Imperatores Dyaclitianus, et Maximianus per oēs provincias decreta posverunt, ut ubicun=
que Christiani invenirentur, si sacrificare contempnerent, punirentur. Cum hys dictis beatissimi martyres in urbe Roma
fuissent.

fuissent positi habito consilio cum beato proto predia sua in suburbio posita sub specie visitationis circumire decreverunt. Qui eodem tpore in urbem Aquilegen. repedarunt. lect. III.

Cumq. in Aquilegen. Civitatem Sancti fuissent ingressi duriorem sevitiam erga Christianos repererunt, quàm Rome reliquerant. Audiens Dulcidius Preses, et Sisinius Comes Sanctos Dei advenisse statim iussit appariotoribus, ut eos ad sacrificandum Dijs & thura ponerentur. Tunc beatissimi Martyres aspicientes in Celum dixerunt: Nos demonibus non sacrificamus, sed Deo vero, qui fecit Celum et Terram. lect. IIII.

Tunc Sisinius Comes hec audiens iussit beatiss.os mres comprehendi, et hortatur eos, ut thura iovi offerant. Beatissimi aut. mres dixerunt nos nunquam demonijs sacrificamus, sed Deo oipotenti. Nam oia ydola, siue qui ea colunt, cum eisdem ibunt in ignem eternum. lect. V.

Tunc Comes Sisinius ira comotus iussit spiculatoribus, ut si Iovi thura non offerent, capitali sentia plecterentur. Beatissimi vero mres una cum proto pedagogo suo gaudentes, et spallentes ducebantur à spiculatoribus. lect. VI.

Tunc Beatissimi mres expansis manibus ad Celum orationem fecerunt ad Dnum. et cum complevissent orationem ponentes genua sua suscipiunt gladium, et accipiunt coronas sempiternas. Et ecce sanguis eorum lanq. lac oibus videntibus apparuit.

pag. 509. &c.

In Festo Sce Helysabeth.

lect. I. in pmo noct.o

Venerabilis igitur et illustris felicis memorie beata Helysabeth langravia turingie. fuit filia nobilis Andree Serenis.mi Regis ungarie ex matre Gertruda filia Ducis Meranie sorore venerab.s Pathe Aquilegen. Bertholdi. lect. II.

Hec gloriosa famula Dei adhuc adolescentula nobili more educata sapientia, honestate, pulchritudine oes sui temporis precedebat. Quis nam crederet puellam quinquennem in regalibus delicijs enutritam oia infantilia et puerilia contra consuetudinem talis aetis in Dei honorem, et cultum reflectere, sed hoc est aspirante Deo, cui ois etas subicitur. lect. III.

Cum quinq. eet annorum et litteras penitus ignoraret tantum erat desiderium eius in Eccla et ante altare genuflexionibus, et supplicationibus ad Deum porectis secundum suam capacitatem assidue conversari ut vix eius sodales, et collactanee ab Eccla eam possent sequestrare cautelis multis, et ludricis interiectis. &c.

NOTITIAE

Inventae & descriptae è MS.to chronico Patharum, ad calcem adjectae per quemdam Jo. Antonium, qui id ex Utinen. exemplari acceperat anno. 1511. 9. julij; quod cum antecedenti nostro contuli. Haec ut jacent

Et successivè de tempore in tempore usq. 1420. pro majori parte fuerunt guerre, et discordie, dissensiones, et mortalitie, tandem Dominium Venetorum obtinuerunt patriam nomine beatiss. Marci Evangeliste, qui primus Patha in patriam suam remeavit, mittens suos magnificos gubernatores, qui mirabiliter & sapienter bene gubernavit, & defendunt nos ab inimicis nostris nostri adjutorio imponentes pro nostra salute.

Fuimus in pace per decem annos, sc. usq. 1430. Tunc venit D. Patha cum duodecim millia Ungaros ad Rosaces, et ceperunt Roxaces, et Manzanum, et fecerunt campum prope aquam fluminis Nadisoni, & aliquando currebant per villam danificando, robando, & rapiendo homines, & aliquando currebant propè Utinum non multò a longe, et si qui inveniebant capiebant eos, & hijs, qui erant Roxaces, & Manzanum volentes defendere, capiebant eos, & incidebant manus, una pro quolibet eorum. & Dominium Venetorum fecerunt venire in Utinum sex millia Equitorum armigerum, et multas gentes de Trivisana, & aliquando exiebant, & rapiebant de Ungaris, adducebant in terram Utini, et vendebant eos; Stetitq. campum ibi ad Manzanum circa duos menses, & supervenit imber, & de mense Novembris recesserunt, ad partes suas insalutato hospite. Tunc omnes de patria simul et pariter cum voluntatis Dnij Venetorum prostraverunt Manzanum ad terram in ruinam.

Et ex post fuimus in pace usq in 1465. & in eodem millesimo ceperunt, quamvis antea fuissent discordie in Triestinos, & illos de Mugla, & de Cavodistria; tandem Dnium Venetorum eligerunt multas gentes de patria, et armigeros, et multi balistrerij de partibus, & contratis circa Venetias, et posuerunt campum ad Triestum per terra, & per mare; ubi steterunt per aliquod tempus, et multa mala intulerunt super Tergestum et gentes eorum; Tandem facta fuit pax inter Dnium Venetorum, et Tergestinos; propter quod Dnus Papa Pius etiam faciebat guerram cum Dnio Venetorum super dominio de Rimano, qui aderebat Dnio Venetorum. Tunc tempore D. Jacobus Marcello Locumtenens in patria, et procurator in campo & terra, et D. Vitalis Lando provisor in mari; in tantum quod habuissent Trigestum, si D. Jacobus antonius voluisset facere quod poterat; quia habebat unum filium in Trigestum, qui erat banditus de omnibus terris et locis dominij, ideo non obtinuerunt Trigestum; & inter paucos dies facta fuit pax, eciam inter Papam, et illos de Rimano.

In isto tempore fuit Patha D. Ludovicus de Padua, et in romana curia fuit residentia sua, cui Dnium Venetorum dabant sex millia ducatorum, et dominium Aquilegie, & S. Daniele & S. Vitum ultra Tayamentum.

Et defuncto dicto D. Patha sub Papa Paulo. II. qui in se retinuit per aliquod tempus dictum patriarchatum; & post factus est Patha Rdus D. Marcus Barbo Venetus morans in Roma, tenensq. Rdum D. Epum Setenense in suum Vicarium in patria, gubernans oves suas, & a lupo defendens.

In. 1470. de mense septembri, scilicet in die B. Ursulae, Turchi currerunt per Istriam, & rapuerunt multas gentes de Cavodistria, & de Mugla, et de Trigesto, et multi de Carso adduxerunt in predam in partibus eorum, quasi quatuor milia virorum, quia fuit tempore vindemiarum, quia multae gentes erant ad colligendam uvam; et dni Turchi venerunt tanq. latrones, & fures currentes usq. ad Foglanum super aquam Loxoncij, et si non fuisset magna profunditas aque Loxoncij, incurrissent in partibus circa Loxoncium, et recesserunt cum preda in partibus Bosine, ibi comorantes pro majori parte, aut de consensu regis Ungarie, aut vi, qia dictus rex factus est inimicus cristiane Religionis propter pecuniam.

In. 1472. dicti Turchi, et multi de Bosna, Crovatia, et alie pessime gentes tempore vindemiarum intraverunt patriam a parte superiori Foglanum, tanquam latrones, et fures discurrentes

rentes por villas, & cremando, & interficiendo homines & mulieres secu' aduando, discurrentes prope Aquilegia', et usq. ad Cormons hinc inde in multis locis, & aliqui pauci currerunt usq. in possessionos pertinentijs burgi Aquilegie, et usq. in Tabella' ville de Baivars, recesserunt, et aduxerunt multos in preda' super palude' Montisfalchoni & noctes duas, et post recesserunt a parte inferioris Montisfalconi cum preda eoru', et cu' eoru' exercitu, qui erant circha. VIII. milia, ut asserebatur per illos de Montefalcono. Et domini nri Veneti fecerunt venire multas gentes armigere, & insurexerunt campu' ad villa' Campilongi, & du' precursores Turchoru' transfretassent Loxoncin', armigeri nostri cu' provisore dnij Venet. aripuerunt fuga' versus Aquilegia' ad villa' Cervignani, & turchi capierunt multi armigeri, aliquos occiderunt, et aliquos secu' aduxerunt in partibus eoru' in preda', et rapierunt aliqui de Utino, qui erant ad colligendas uvas hinc inde per villas; et aliqui juvenes volebant ire ad campu', et invenientes turchi per vias, et felices illi qui potuerunt evadere de manibus eoru', remeando, vel reducendo se in locis securis. Sed Baptista de Sbrogliavacca ibat fulcitus, tanq. civisset ad nucias, & cu' vidisset turchos perterritus nimis, nesciens evadere, rapierunt ew', et aduxerunt in partibus Bosine, qui habebat in peras circha ducatos centu', & ibi mortuus est in quoda' monasterio Fratru' minoru' propter infirmitate' illi superveniente'.

In. 1272. Dni nri Venet. ceperunt facere quoda' fossatu' magnu', seu riparu' juxta aqua' Loxontj, incipientibus a partibus inferioribus juxta maritimas partes usq. ad Lucinins in itinere Goricie, & laborabant circha. VI. vel VII. menses omni anno, videlicet 1273. & 1274. faciebant venire multas gentes de Veronensibus, Paduanis, Visintinis, Tarvisanis, & de omnibus partibus Forijulij, et terris, & locis eoru' dnij; aliquando erant VI. vel VIII. milia laboratoru', qui semper laborabant, & multos turriones, & bastiones ligna minu', & aduxerunt in Civitate' Utini multas spengardas ex Venecijs, et fecerunt aptare super currus bigos, aducentes cu' equis in campu'.

In. 1273. de mense septembri dicti Turchi currerunt in partibus Carantani, & Gragnoli super dnio dni Imp.is discurrentes hinc inde, et multa mala faciendo, homines & mulieres occidendo, juvenes secu' aduendo, villas cremando; & nos in patria eramus in nimia timiditate, & gentes villaru' in fuga' redacte bona earu' aducentes in Utinu', Civitatu', in Montefalcono, et in alijs locis, ubi eis videbantur esse secura, & dni nri Veneti fecerunt venire multas gentes armigeras, & D. Carolu' de Fortebraccio in Capitaniu', et multas Cernetas. Zentes Veronen. Visintini, Paduani, & Trevisani, ac de omnibus partibus Forojulij, & de Carnea, & Cadubrio, & fecerunt suu' campu' per Villas vicinas repari, & prope Loxontiu', & steterunt ibi per duos menses pro majori parte, aliqui steterunt per tres, aliqui per quatuor, sc. laboratores di' repari, vel fossati cu' magna ripa; & inter eos fuerunt de multas malas gentes, specialiter armigeri, qui frangebant Ecclesias, et auferebant que inveniebant, cremabant villas, occidebant homines, aducebant secu' mulieres, juvenes, et multa mala faciebant de predando merchatores; ita quod ab alicujus memoria non fuerant ta' mali, & naquissimi stipendiarij in patria Forijulij, sicut ipsi fuerunt, qui nunqua' sint redituri.

In. 1274. de mense Madij, aut Junij ceperunt venire adhuc multi laboratores super dictu' fossatu', vel ripari, & fecerunt laborare continue usq. ad festu' S. Martini, & cognoscentes quod Turchi volebant incurrere patriam de mense Augusti in fine, fecerunt venire in principio mensis septembris du' D. Karolu' de Torrebraccio & multas gentes armigeras nobstres, sc. Veronen. Visintinos, Paduanos, et Trivisanos, & gentes de patria feudatarios, que gentes de patria erant dicise pro tercio, & quodlibet terciu' serviebat per. XV. dies pro rata sua facientes campu' in villis circumstantibus Loxontij, & dictu' fossatu', vel ripari, scilicet ubi fuerat per antea factus; unde scientes ac cognoscentes Turchi, quod erant multa gentes, parate ad debellando eos, si venissent, non curaverunt venire in partibus istis, sed currerunt super dominiu' Federici. III. Imp.is, & multa mala intulerunt suis subditis, revertentes in partibus Bosine cu' preda eoru'. Et steterunt nostri stipendiarij ad campu' usq. ad festu' S. Simonis & Jude Apostoloru' de mense Octubris; postea stipendiarij

nostri

nostri recesserunt de campo unusquisq. ad loca sua sibi designata in partibus Forojulij pro majori quia superveniebant pluvie, & imber, ac etiam ne in totum consumarent pauperes rusticos.

In. 1475. dni nri Veneti fecerunt adhuc venire multe gentes de Veronenses, & Trivisani, & Padoani, ac Vicentini ad laborandum super dictum fossatum, vel ripari, fecerunt unam Bastiam in capite pontis Loxontij versus Goriciam, ubi jam manent aliqui stipendiarij pedestres ad guardandum dum pontem.

In eodem millo venit strenuus miles, & Doctor D. Vitalis Lando noster Locum.s & bene merito, qui nunquam desinebat se ociosum in equitando, et providendo ea, quae necesse erant hinc inde, et imposuit silentium stipendiarijs super latrocinia eorum. In eodem millo, videlicet. 1475. in die Veneris sancti, vel in die jovis perversi judei habitantes in Tridento cum multis alijs de partibus circumstantibus furaverunt unum puerum Cristianum aetatis annorum duorum cum dimidio, & crucifixerunt eum cum magno & maximo martyrio; tandem illud scelus pervenit ad regimen judicis justitie, & rapierunt circha XVIII. vel XX. judeos & mulieres, et pueri eorum, & retinuerunt in carceres aliquibus diebus, et postea in necem tradiderunt eos, aliquos decollaverunt, et aliqui mortui sunt in carceres, et aliquos cremaverunt, ut per juris justiciam ordinatum fuit. Unde ille Bmus Martyr nomine Simon in regno et gloria Dei patris animam suam congaudet cum sanctis Angelorum, atq. Martyrum innocentum, & confessorum, quia confessus est mortem Dni Nri Jesu Xsti in martyrio suo; unde omnipotens Pater cum sapientia Filij, & clementia Spus sci Paracliti multa stupenda miracula, atq. beneficia meritis beatiss.i Simonis praestita sunt, super cechis qui illuminati sunt, mortui suscitati, claudi erecti, et multas varias infirmitates curati quamplures fuerunt, ut patet manu per fidelissimos Not.os ejusdem loci publicos, et opinionis optime repertos, ac magna devocio concurrit per provincias circa jacentes, vid. Verone, Vicentie, Brixie, Mantue, Patavie, Trivisane, & per totum Forojulij concurrentes ad visitandum corpus illud sacrum, et a deo sacratum, & multa beneficia eis tribuens.

In d.o millo. 1475. Malicia & sagacitas perfidorum Hebreorum de Tridento conduxerunt unum Cardinalem ex Curia Romana usq. ad Tridentum; volens videre corpus B. Simonis Martyris Xpi, & auferre ab eis, unde non valuit, nec potuit habere, videns populum illum sibi in controversia pervenit ad Veronam cupiens diffamare dum Martyrem, & cepit, et voluit contra veritatem Dei. Ecce judicium divinum pro defensione Martyris Xpi; ubi insurrexerunt pueri Veronenses in magna multitudine aprehendentes lapides, injiceruntq. contra dum Cardinalem; ita et taliter quod interfecissent eum, si non fuissent Gubernator, ac magni domini; ac eciam si non aripuisset fugam, & insalutato hospite recessit ad Romam; Qui a maledictis judeis erat deductus per pecunias multas, volentes se illo modo excusari a scelere eorum; quamvis illic nullus eorum habitasset in Tridento, nec possunt plus habitare propter scelus comissum super puerulo illo parvo, & a Deo consecrato. Amen

1511. adi. 9. julij Zuane ant.o . . . . . .

AD CHRONICON JVLIANI CANci CIVITATIS FOR. JVL. PRENOSCENDA.

Jo^{s}. JOSEPH LIRVTI NATALIS F. NATALI EX FRATRE NEPOTI.

Chronicon hoc omnibus nostris historiolis; si Pathale antescriptũ excipere velis, antiquitate scriptionis, & fide scriptoris præcellit; res enim gestas a Patha Gregorio de Montelongo ab anno. 1252. narrare orditur, & eas per annos, Indictiones, & dies digestas usq. ad annũ. 1301. produxit, ocularis testis, & omni fide dignus; quia vivebat tunc Julianus, qui idẽ conscripsit, & addictus erat Ecclesiæ Civitatensi ante annũ. 1094. Eoq. anno in Collegiũ Canonicorũ ejusdẽ Eccliæ fuit cooptatus, locũ faciente Jacobo q. Ottonelli de Ungrispath, qui ad Episcopatũ Concordiensẽ fuerat evectus, ut ipse in hoc eodẽ Chronico de se testatur. MS^{tũ} hoc in Tabulario Capli Civitatensis vidi, autographũ fortasse, vel apographũ, ejusdẽ procul dubio ætatis qua vixit auctor, adjectũ antiquo Necrologio, ex quo aliqua notatu digna excerpsi, ad nostra Forojuliensẽ historia illustranda; idq. in editione Mediolanensi Rer. Italic. Scriptor. a Cl. Muratorio edendũ audio; illud tamen solummodo, quod in supralaudato Tabulario servatur.

Hic operæ pretiũ mihi visũ est, non ipsũ tantũ describere; sed aliud, quod idẽ comprehendit, easdq. notitias subministrat, & insuper plura memoratu digna continet, quæ duplo auctius Chronicon & pretiosius efficiunt. Hoc in MS^{tis} Antonij Bellonii Not^{i}, plurimũ de nostris Forojuliensibus antiquitatibus benemeriti, manu illius propria, quam probẽ novimus, & ipse ad calcẽ profitetur, ex MS^{to} Petri Passerini Utinensis descriptũ inveni, cum aliquibus memoratu dignis pro appendice ab ipso Bellono collectis & adjunctis. Ex quo colligimus, & jure existimamus, MS^{tũ} hoc nostrum non Chronicon Juliani tantũ complecti, ut conferentibus patebit, sed et quæ Passerinus, vir in memorijs nostris patrijs eruendis non ociosus adjecit, & quæ Bellonus ipse in describendo, & ad calcẽ infarcivit, & insuper rapsodias pauculas, quæ in manus meas ex antiquis probatisq. chartis & Codicibus inciderunt; Quæ omnia ad MS^{tũ} nostrũ comendatius reddendũ, quàm quod Mediolani edendũ est, conducere, quivis obiter quoq. judicare potest.

CHRONICON

Iuliani Can.ci Civitaten. incipit an. 1252. explicit ad an. 1331.

Gregorius Pathā Aqvilegen. qui fuit de montelongo venit Aqvilegiam die XIII. ianvarij sub anno Dñi. MCCLII.

Ecelinus de Roman captus fuit anno Dñi. MCCLVIIII. die quarto ex.e septembri, qui comedere nolens septem diebus in octavo mortuus fuit.

Rex Carolus devicit, et interfecit Manfredum Pñpem Apulie in Apulia: et fuit maxima hoīum strages anno MCCLXVI. — die Veneris. III. ex.e febr.o Impositus fuit primus lapis Monasterij Dñarum Celarum apud Civitēm Austriam per venerabiles Prēs Albertum Concordien. et ..... Petenensem Epōs anno Dñi. MCCLXVII. * XIII. intr.e aprili — * III. m.s. Cajli J.J.

Captus fuit Ven.s Pr Gregorius Aqvil. per nob. virum Albertum Comitem Goritie apud Villam novam sub Rosacio in aurora diei, dum erat in lecto, et nudipes ductus fuit Goritiam in uno roncino anno Dñi. MCCLXVII. die mercurij. XII. ex.e iulio, nullo alio capto preter Iohēm Lucen. et pauris alijs vulneratis —

Tunc subsequente die IIII.o intr.e Augusto instituti fuerunt in Foroyulij Capitanei, D. Albertus Vicedñus Epūs Concordien. et D. Asqvinus de Varmo —

Redemptio Gregorij Pathē

Gregorius Pathā Aqvilegen. anno. MCCLXVII. die v.o ex.e Augusto exivit captivitatem d.i Comitis Alberti Goritie, et conductus fuit Civitatem: procurato īn per ven. Prēm Wbotislaum Archiepūm Salspurgensem cum ipso D. Pathā, dum erat in captivitate, et cum Foroiulensibus ex parte una, et cum d.o Comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum Archiepūm, et D. Regem Boemie, et postea fuit confirmatum —

De interfectione D. Alberti Epi Concordien. Vicedñi Pathē

MCCLXVIIII. * die III.o intr.e iulio ante festum [illegible] apud montem nūdeam interfectus fuit Ven. P. Concordiensis Epūs Vicedñus R.di Prīs Gregorij Pathē, et quidam alij cum eo per insidias ei impositas per fautores Dñi Alberti Comitis Goritie — * MCCLXVIII. M.S Cajli J.J.

De exitu exercitus, et de destructione pontis prope Goritiam.

Dicto anno die Veneris. v.o exeunte iulio exivit Gregorius Pathā Vtinum cum suo exercitu contra d.m Comitem, et tunc die XII. Augusti destructus, et dirutus fuit pons sancti propè Goritiam. Reversus est die penultima Augusti Civitatem, facto iterum compromisso inter dictas partes —

De Conradino devicto.

MCCLXVIII. die. XXII. Augusti in octava assumptionis devicit Rex Carolus Conradinum, qui volebat regnum Aqvileie * Apulie.

De obitu Gregorij Patriarche.

MCCLXVIIII. die octava intr.e septembr. hora sexta in Civitate Austria Gregorius Pathā Aqvil: obyt in Dño, qui extitit Pathā. XVII. annis. X. mensibus, et XVI. diebus —

De electione D. Ducis Carinthie in Capit.um Foryulij.

Dicto anno die XIIII. intr.e Septembr Nob vir Voldaricus Dux Carinthie electus fuit per Foroiulenses in Capitaneum Foriulij, qui eodem anno die v.o ex.e octobri mortuus est in Civitate Austria —

De electione D. Philippi in Pathām Aqvil: et eius cassatione

MCCLXVIIII. * ex.e septembri D. Philippus fr dicti Ducis olim Archiepūs Salburgen. Electus fuit in Pathām Aqvilegen. sed privatus fuit per sumum Pontificem Gregorium. X. et Curiam Romanam, eo quod electio Pathālis fuerat ante dictam electionem per Romanam Curiam interdicta. Qui cum Apostolica sede vacante non confirmaretur, receptus fuit, salvo iure electionis Pathālis, in Capitaneum Foroiulij: et tunc die Iovis in festo Scti Gervasy equitavit cum exercitu super D. Artvicum de Castello fautorem Comitis Goritie nōie Alberti, comburendo, et runcando bona sua ad burgum Castelli —

De grandi tempestate.

MCCLXX. in festo S. Vodolrici die. IIII. cecidit in Civitate Austrie, et circa Civitatem grando grossior ovis gallinacijs multo: quare fructus terre, et arborum, atq. frondes cum plantibus, et cortices abstulit: volatilia, et ēi quadrupedia, qve reperīt extra domos interfecit, et ēi homines, ut ferebatur —

De captione Civitatis per Federicum de Pinzan.

MCCLXXII. in vigilia S. Mathie die Bisexti V.o exeunte febrvario, Federicus de Pinzano, qui tunc Vic.s erat D. Philippi Capitanei supti in Foroiulij, furtivè tamen circa horam. 3.am iam dicta missa in maiori Eccl̄a, armata manu intratus Civitatem Austriam, dñis Iohē, et Uuodolrico frībus de Portis ipsum introducentibus, fraudolenter, et quasi pacifice tanquam amicum Civitatensium, eis dicentibus publicè, quod non veniebant c.a malī: cepit Civitatem cum illis de *parī, et purcilleis, et Villalta, et multorum abstulit bona, quosdam Vtinum, quosdam alio ad suum beneplacitum transmittendo, et quosdam captivando, Sopheam Florete combu- * prata

comburendo, et volendo etiam alios decapitare, imposito eis quod Terram dare vellent forensibus, in captione Terre nullus vulneratus fuit, nec percussus —

MCCLXXII. die Dominico. VIII.° intr.ᵉ Maio in aurora captus fuit burgus pontis Civit. per Foroyulenses fideles Eccl̄e Aquil. et quosdam Theotonicos Regis Boemie inviventes Federico de Pinzano sicut dictum fuit, quia nullo defendente, vel ceso intraverunt. Eodem die supervenit nobilis vir Volrisus Durnolz Capil.ˢ Regis Boemie cum exercitu magno hora vespertina, et obsederunt Civitatem —

Ît. eodem die sic burgus captus fuit pontis, dictus Federicus de Pinzano fecit comburri burgum S. Petri, et burgū S. Silvestri, et in nocte subsequenti dirui Pontem lapideum burgi S. Petri —

Die v.ᵉ sabbati sequenti Civitas data fuit d.ᵉ Capil.ᵒ et claves Civitatis et assignate fuerunt in Eccl̄a S. Stefani per D. Detalmum de Villalta, qui fautor D. Federici erat in Civitate, et per quosdam Civitatenses —

De fulgure.

MCCLXXII. in vigilia S. Iohīs de Iunio p̄cussit fulgur in quodam monte apud Is atium, ita quod mons ardens pluribus diebus emisit fumum cotidie ad quantitatem domus ardentis —

De adventu Pathē Raymundi

MCCLXXIII. die XI. ex.ᵉ Decembri factus per Alexandrum Papam, et Curiam R.ᵐ Ven. P.ʳ Raymundus Mediolanen.* Epūs Cumanus, Pathā Aquilegen. Venit m̄ in Forumyulij videlicet Sacilum anno MCCLXXIIII. die Iovis * II. intr.ᵉ Augusto, die Veneris apud S. Godoricum, et Sabati Vtinum, ubi stetit XIII. diebus. Die autem Veneris XVII intr.ᵉ Augusto venit Civitatem, die dicti Sabbati crastino compromisit cum Dño Alberto Comite Goritie, Pathā in Nepotem suum potestatem Paduanorum et Comes in Dnūm * de Turris, et comunit̄. in Dnūm Gerardum f. D. Biaquini de Camino de omnibus questionibus, que erant inter eos: ita quod intra X. dies sententiare deberent, vel comunit̄. vel maior pars ipsorum arbitrorum: et sic Pathā, et Comes per se, et amicis eorum facti sunt amici. et interim sic procuratum fuit, quod partes dimiserunt arbitros absolutos. Et Comes precise exposuit se, et iuravit stare preceptis D. Pathē, et tractare per dictos arbitros, et alios de compositione, et concordia, et pace inter Pathām et Comitem. Dicto Pathā. Cormons Comiti, qui erat in Camera Pathāli in Civitate super his, ac precipiente, quod sibi daret Cormons. Comes quasi ad hūdum consilium, latenter exivit, et sine licentia occultè cum paucis exiens Civitatem recessit: et facti sūt inimici, ut prius, non obstante iuramento, et quibusdam securitatibus super hoc prestitis —

Die Veneris. XVII. Aug.ⁱ M.S. Cogli. F.J.

* petente

Mutatio Monete

Anno Dñi. MCCLXXIIII. die lune v.ᵒ ex.ᵉ novembri incepit currere nova moneta, mutata per Ven. Prem̄ dictum Raymundum Pathām Aquil.

De compositione D. Pathē Raymundi cum Comite, et Iustinopolitanis.

Ît. facta fuit compositio sub certis articulis, et pactis int̄. Dnūm Raymundum Pathām Aquil. ex una, et Nobilem D. Albertum Comitem Goritie, et Iustinopolitanos, et eorum fautores ex altera anno Dñi MCCLXXV. die. IIII. ex.ᵉ febr.ᵒ in Civitate Austria in Palatio Pathāli —

De innundatione aquarum Natisse

Anno Dñi. MCCLXXVI.* die XI.ᵒ intr.ᵉ septembri fuit Natissa ita magnus, quod fuit extra ripam, et ultra ripam usq. ad murum cimiterij S. Petri, et ēt ascendit per ipsum murum, et destruxit plures domos ab interiori vie versus Natissam existens, deferendo quid quid invenit, destruxit indiferenter omnia molendina, et portam, et murum posterriule factum in defensionem Civitatis. Ad pontem ascendit usq. ad supremum gradum, et tantum de sumitate maioris saxi pedis pontis Civitatis remansit aliquantulum, quod aqua non trascendit —

Die. VI M.S. Cogli F.J.*

De Caristia.

Anno Dñi. MCCLXXVI. in novembri vendebatur S.F. dn̄r. et etiam plus, mil. XXII. dn̄r. Surcum XIV, et etiam. XVI. Ît. die Sabbati penultima Ianuary vendebatur F. XXXVI dn̄r, et tantum seligo, et plus. Surcum XXIV. et XXXVII. surcum XXVIII dn̄r. Ît. ascendit F. ad. L. dn̄r. mil XL. surcum XXVIII dn̄r, et plus. In principio Marty die Sabbati VI.ᵉ intr.ᵉ martio finalr̄ positum fuit F. pro XL. dn̄r, et seligo, et faba pro. XXXVI. mileum pro XXVIII. dn̄r in manu solvendo — surcum pro. XXIIII.

De Mansionarijs Civitaten. pro ālibus mansionariorum.

MCCLXXVII. die Veneris ān. incoavit, scilicet XII. intr.ᵉ febrvario in Capitulo Civit̄is Canonicis cum Decano generalr̄ congregatis, comūniter, et generalr̄ per eos indultum, et constitutum fuit, quod ex tunc prebenda cuiuslibet Mansionarij, pmō anno post illius decessum pro Anima ipsius rēderet Capitulo Civitatis ad emendum proprietatem pro Anima eius p̄nitibus in eius anniversario solito more —

De

De mutatione monete.

Anno. MCCLXXVII. ind.e V. die VII. intr.e martio mutata est moneta, que habebat Pathē imaginem interius, et turris exterius. que valuerat XIIII. ueron. in monetam valentem, seu positam XVI. veron. hn̄tem interius imaginem S. Marie cum filio, et exterius Aquilegia. Itꝫ eodem anno die VII. intr.e Aprili fuit proclamatum ex parte Pathē, q̄d ex tunc daretꝫ tantum pro XIIII. veron. et illa nova, que tunc currebat differens à priori in duabus crucibus parvulis interius, et exterius —

De parte fontis apud Solarium

Anno Dn̄i MCCLXXVII. die VII.o intr.e Aprili inceptum fuit fodere, et construere fontem apud domum Comunis primo —

De Castro edificato per Venetos apud Marzilanam in aqua marina.

Anno MCCLXXXIV. ind.e XII. die III. vel IIII. exeunte Iunio, venerunt Veneti primo ad edificandum Castrum apud Duinum iuxta Marzilanam, et S. Iohēm in mari longo à terra plus iactu machine, vel baliste —

De morte Rubei Senescalchi R. Pathē.

Die Sabbati. VII. intr.e octobri interfectus fuit Sonescalchus R.di P. Dn̄i Raymundi Pathē Aquil. per Raynardum, Uarnerum filios D. Fran.ci Orzono, et Iacobum, et forte alios Civitaten. Quare dirute fuerunt domus d.i Iacobi filij Marquarducij de ultra pontem: et locus, sive terra Civitatis per d.m Pathām fuit supposita interdicto * secundum cuiusdam sue constitutionis tenorem, edite Aquilegie in suo Synodo gn̄li —

De ingressu Predicatorum ad habitandum in Vtino.

Anno Dn̄i. MCCLXXXV. ind.e XIII. die ultimo exeunte Iunio, ingressi sunt primo Vtinum Frēs Predicatores ad habitandum ibidem, et primo celebraverunt publicè in eorum loco Missam —

lapis m̄ primus Ecclē edificande impositus fuit ultimo die May.

De salesatura viarum Civitatis.

Anno Dn̄i. MCCLXXXV. die lune XIII. intr.e Augusto incepit Cōe Civitaten. facere salesari, sive facere aptari vias Civitatis incipiendo à porta pontis cum dacio Civitatis —

De militia D. Iohīs de Zuccola

Anno Dn̄i. MCCLXXXV. in festo oīum Sanctorum D. Iohēs de Zuccola cum Fran.co de Orzono facti sunt milites per D. Albertum Comitem Goritie apud Civitēm in prato iuxta Stini-ruellam, D. Raimundo Pathā Aquil: nolente facere eos milites, eo quod fecerat Franciscum p̄d.m denunciari excomunicatum occasione mortis Sonescalchi sui, qui interfectus fuit in Civitate, ut super cui militie interfuerunt Virsingen. Feltren. et Concordien. Episcopi, et Albertus Comes Goritie, Girardus de Camino, de Prata, de Porcillis, Castello, Spegimberch, Villalta, Glemona, Pramperch, Cuçan, Vtino, et alij Dn̄i ferè de Castris foryulij universis, et etiam Theutonici quam plures: quare curia duravit octo diebus lutu * et Curiales interfuerunt benè quingenti —

De electione Prebendariorum Petri de Orsaria, et Nicolussij Civitaten.

Anno Dn̄i. MCCLXXXVI. ind.e XIIII die lune. II. intr.e septembri in Cap̄lo maioris Ecclē S. M. Civitatis Austrie per Dn̄os Bernardum Decanum, et alios Canonicos Civitaten. tunc ibidem vocatos, et congregatos solito more, p̄mō sunt electi, sive creati Petrus de Orsaria nepos Dn̄i Martini d.i Cast.o et Nicolussius f. q. Meynarducij de Civitate ad dicendum singulis diebus horas B. Marie in Ecclā maiori Civitatis apud aram. videlicet quod vesperas dicere debeant dum vespere pulsantur ap: vesperas com̄unes dominorum: et post matutinas Dn̄orum, sive com̄unes im̄ediate dicere debeant de B. Maria matutinas, p̄mam, tertiam, sextam, et nonam. Qui magr̄ Pizolus in suo testamento ordinavit, et statuit de bonis suis erui redditus trium marcarum ad usum Curie Prebendarijs sup̄d.s qui prebendarij illas prebendas habere debeant usq. ad XXV. seu XXVI. sive usq. ad XXVII. annos sue etatis à nativitate ipsorum, et non ulterius. Quare tunc alijs conferantur sub dicta conditione, et forma. et insuper tali conditione, q̄d si non facerent, et non dicerent, ut deberent, seu vitam ducerent inhonestam, Decanus, et Capitulum ipsos privari valeant prebendis prefatis, et alijs ad hoc idoneis illas conferre. Itꝫ q̄d masi, seu possessiones redditvum d.rum prebendarum ēē debeant sub protectione, et regimine Capituli, et specialitꝫ in Officio Clavigeri Capituli. Qui redditus memoratos debitis, et congruis temporibus conduci faciant in damtrum Canonicorum, et ibidem illos d.s Prebendarijs per illos, qui eosdem redditus solvere debuerunt, assignari faciat, et persolvi —

De mutatione monete.

Anno Dn̄i. MCCLXXXVII. ind.e XV. die lune. X.o intr.e Martio in Civitate Austria fuit ex precepto R.i P. D. Raymundi Pathē Aquil. voce preconis publicè proclamatum, quod moneta, que publice pro nova currebat, deberet dari, et accipi pro nova usq. ad diem Iovis vicesimum intr.e Martio, et ex tunc pro antiqua tantum —

De exercitu in Istria contra Iustinopolitanos.

Die Dn̄ico p̄d.o anno. VIII. intrante Iunio, ivit uen. Pathā Raymundus à Civitate ad Montemfalconem; Vbi eodem die convenit

ad eum

ad eum maxima multitudo militum, equitum, et peditum de toto Foryulij, Carnea, et Cadubrio. Ita quod a. XVIII. annis super usq. ad septuagesimum annum oēs pscripti fuerunt, preter servos, et homines ministerij. et de Civitate, Vtino, Glemona, et alijs burgis sex homines descriptis pscripte etatis miserunt unum peditem: de Villis vo decem miserunt unum peditem ad dictum exercitum D.Comes Goritie cum sua gente, et oēs fautores D.Pathē, et Dñi Comites de Istria, et Sclavonia: et D.Meynardus Dux Carinthie, et Comes Tirolensis misit in auxilium Dñi Comitis Gorī tie frīs suj, et Eccle Aquil. Ven.P.D.Epūm * cum multitudine maxima militum equitum, et peditum. Pred.s exercitus ronsavit, ed destruxit vineas Iustinopolitanorum, et eorum labores, et subsequenter obsedit Castrum Mucon; et cum non posset illud hre, illo relicto reversi sunt. Et pervenit exercitus ad Montemfalconem die lune in vigilia B.Marie Magdalene, scilicet. XI.° exeunte Iulio.

De Dño Briso Epō Tergestino

Anno Dñi. MCCLXXXVII. die Sabbati XII. exeunte Aprili fuit Brisa de Top Canonicus Civitaten. confirmatus in Epūm Tergestinum per Ven.P.D.Raymundum Pathām Aquil.

De captione Mavani per Venetos

Anno MCCLXXXIIIIIII. die Mercury. XIII.° ex.s Iunio, captum fuit Mavanum per Venetos: die m VII.° intrante Iulio subsequenter relictum, et spoliatum fuit per Venetos, et occupatum per D.Artvicum de Castello–

De confirmatione Sororum S.Clare.

An. Dñi MCCLXXXVII. ind.s XV. die Dñico. XIX. intrante Octobri, auctoritate Cardinal. qui preest ordini S.Clare per D.Petrum visitatorem Sororum ordinis S.Clare, et psente f. Ministro ordinis fratrum minorum, confirmate sunt sorores S.Clare apud Austriam Civitatem: et datus est eis habitus et regula S.Clare–

De Ecclipsi lune.

An. Dñi. MCCLXXXVII. ind.s XV. die XII. exeunte Octobri in nocte sequenti luna XII. secundum aureum numerum, fuit Ecclipsis lune circa mediam noctem, et visa lune fuit sanguinei coloris–

De impositione. XX. solidorum impositorum cuilibet manso, et rote molendinorum in Foroyulij.

Anno Dñi. MCCLXXXVII. ind.s XV. in mense octobri impositi fuerunt per D.Raymundum Pathām de voluntate, et assensu Cleri, et laicorum de Foroyulij. XX solidi cuilibet manso, et rote molendinorum in Foroyulij pro assoldandis equitibus, et pedi: tibus contra Venetos, et Iustinopolitanos in subsidium Tergestinorum, et quorumdam de Istria fautorum Eccle Aquilegen.

De Abbatissa Monasterij S.Clare.

Anno Dñi. MCCLXXXVIII. die V intr.s februario venit Civitatem ad Monasterium S Clare pro Abbatissa ipsius loci Ven. Dña de Mediolano neptis Dñi Raymundi Pathē Aquilegen.

De Venzono investitio Duci Carinthie

Anno Dñi. MCCLXXXVIII. die Iovis. XIX. intr.s febr.o investivit D.Raymundus Pathā Nob. virum D.Meynardum Ducem Carinthie de Venzono ad rectum, et legale feudum Eccle Aquilegen. quod emerat à Villelmo de Venzono pro M. et D. marcis, ut dicebatur–

De impositione VII. solidorum

It. impositi fuerunt. VII. solidi pro quolibet manso, et qualibet rota molendini, et fulugni, et pro marca mobilium solvenda sub pena dupli die Dñico. VII. intr.s Novembri anno pscripto.

De captione Castri Mugle.

Anno pscripto die. IV. sive V. intr.s Novembri Castrum Mugle fuit captum per Venetos, sive datum eis pacto. Locus m Mugle inferior prius eis datus fuerat per interiores eodem anno.

De statuto debitorum.

Anno Dñi. *. MCCLXXVII. ind.s V. die Iovis, v.o exeunte Maio in Civitate Austria in Palatio Pathāli, in generali colloquio Dñi Raymundi Pathē Aquil. cum Prelatis, liberis, * dictmanis et Nuncijs contractum, statutum, et ordinatum fuit, quod quodcunq. debitum non requireretur infra quindecim annos ex tunc peti non possit, et debitor.

De pace inter Dnūm Pathām Raymundum, et Nob. Comitem Goritie Albertum.

Anno Dñi. MCC*XXVII. ind.s V. die Mercurij, IX. intr.s Iunio in Civitate Austria in Palatio Pathāli, fuit per Dños Valtēperholdū de

Spegnemberch, Iohēm de Zuccola, Pathām, Vgonem de Duino, et Henricum de Pisino Comitis Alberti arbitros, pronunciati arbitrando inter eos firma pax, et concordia perpetua —

Quando Raymundus Pathā iuit ad Imperatorem

MCCLXXVII. die Sabbati. XI intr.ᵉ Septembri arripuit Raymundus Pathā Aquil. iter accedendi ad Illrēm Regem R.ᵘᵐ Rodulphum in Carinthia exiens de Civitate, et vadens Vtinum ad colloquium, die tunc crastina hītum ibidem — reversus est in Vtinum die. IX. intr.ᵉ Novembri. Notandum quod die lune proxime subsequenti fecit D. Pathā sententialit. amputari Norando Not.ᵒ de Faganea, eo quod ut ipse Norandus confessus est sine tortura, se ad petitionem Dñi Rantulphi de Villalta ex parte Dñi Federici de Cauriaco, D. Rantulphi, et frūm de Villalta, Mathiussij de Glemona, et Dnōr de Tricano sub sigillo illorum de Villalta scripsisse quasdam litteras, que mittebantur per quemdam Nuncium Lombardum, qui cum litteris captus fuit, et confessus Dño Archiēpo Mediolanen. qui erat inimicus D. Pathē, notificando ei, qua die idem Pathā arrepturus erat iter eundi ad Imperatorem Rodulphum, et quod D. Comes Albertus Goritie, quidam liberi, et ministeriales de Foroyulij mittere intendebant suos Ambassatores ad d.ᵐ Imperatorem contra d.ᵐ Pathām, et exortabatur eundem Archiepūm, quod mitteret illuc ēt suos Ambassatores contra eundem Pathām —

De captione Castri Tulmini.

Anno Dñi. MCCLXXVIII. die Martis. V. intr.ᵉ Aprili circa meridiem acceptum, seu captum fuit Castrum Tulmini sub hac forma. Ires erant Custodes in Castro, unus quorum infirmabatur, et quatuor cum saccis intus ferentes arma occultè ascenderunt, quasi vellent emere bladum, et exportare, quod vendebatur, et cum venissent ad portam Castri, et invento ibi solo Custode illum eiecerunt de porta, et clausa porta, alio Custode superveniente, et volente deffendere locum, occiderunt illum, et sic obtinuerunt Castrum —

De Rege Boemie interfecto.

Anno Dñi. MCCLXXVIII. indᶜ. VI. die Veneris VI. exeunte Augᵒ interfectus fuit Illustris vir D. Ottacarus Rex Boemie à suis in exercitu, seu conflictu, qui fuit inter ipsum ex parte, et Illrēm Regem R.ᵘᵐ D. Rodulphum ex alia, nondum coronatum à Dño Papa in Imp.ᵉᵐ —

De Terremotu.

Anno Dñi. MCCLXXIX. die VII. exeunte Aprili in festo S. Georgij serò in crepusculo semel, et iterum circa mediam noctem hora matutinali Frūm, fuit terremotus tantus, quod quedam Castra ceciderunt, et mortui sunt, qui interfuerunt —

De mutatione monete.

Anno Dñi. MCCLXXXI. die VIII. intr.ᵉ Iunio mutata fuit moneta in Foroyulio, ita quod ex tunc nova tantum cucurrit. —

De impositione lapidis S. Silvestri.

Anno Dñi. MCCLXXXII. die VIII. exeunte, impositus est primus lapis Ecclē S. Silvestri edificande in terra, que * Maio. diruta fuerat per D. Iohēm, et Vodolricum de Portis frēs, et eorum fautores: et fuit impositus per Frēm Fulcherum Epūm Concordien. licentia D. Raymundy Pathē —

Quando primò venit aqua fontis in Curiam Pathālem, et apud Solarium.

Anno Dñi. MCCLXXXII. die III. exeunte Augᵒ scil. in nocte precedenti venit primò aqua fontis, apud Solarium, et in Curia D. Pathē —

De Verra Istrie cum Venetis per D. Raymundum Pathām, Comitem Goritie, et Foroyulienses, et alios.

An. Dñi. MCCLXXXIII. in principio Martij incepit D. Raymundus Pathā Aquil. cum D. Alberto Comite, Tergestinis, et Muglensib impugnare Iustinopolitanos, et Venetos Verra, quia Veneti detinebant iniustè Iustinopolim, et alias Terras Istrie, et iura spectantia ad Ecclām Aquilegen, et ex tunc fuerunt clausi portus Venetis per D. Pathām in suo districtu, et per Paduanos, et Tarvisanos in suis —

Itē. eodem anno. die. XI.ᵒ intr.ᵉ Iulio in Civitate Austria in Palatio Pathāli in colloquio generali per D. Raymundum Pathām Prelatos liberos, Ministeriales, et Comunitates Foroyuly electi fuerunt. XXIIII. videlicet. VI. pro Clero VI pro liberis. VI pro ministerialibus, et VI pro Comunitatibus, ut quid quid per illos tractaretur, et mandaretur super facto d.ᵉ Verre, et pacis attenderetur, et observaretur, qui ordinaverunt die tunc crastina, quod pro Verra facienda, et defensione, et honore, ac bono statu Ecclē Aquil. et fautorum eius de quolibet manso oīum indifferentē solvi deberent. XX. solidi * quod postea et stabilitum fuit, et solutum —

De tregvis.

Que guerra concordata fuit anno Dñi. MCCLXXXV. et pronunciatum in Civitate die XI. Martij, seu proclamatum, quod omnes irent securè Venetias, et quo vellent —

De transmutatione frūm minorum in Civitatem.

Anno Dñi. MCCLXXXIV. indᶜ. XII. die Iovis * XIII. intr.ᵉ Ianuario in octava Epiphanie, quidam frēs minores circa sex, * III. intr.ᵃ &c. M.S. Castli F.J. vel plures Conventus Civitaten, qui morabantur extra Civitatem apud Ecclesiam S. Francisci venerunt circa horam vespertinam imò post, et ante crepusculum primò ad habitandum in domo, et Curia D. Voldorici Cadubrini Prepositi S. Petri de Carnea, quam emerant ab eo Priorissa Sandrina, et Sorores S. Petri quondam de Poloneto habitantes apud S. Panthaleonem: pro qua domo, et Curia, et etiam non pauca pecunia per ipsas Sorores d.ᵉ frībus pōsolvenda eedem Priorissa, et Sorores emerunt pro se ad habi-

habitandum in domo, et Curia D. Voldorici Cadubrini Prepositi S.P. de Carnea, quam emerant ab eo Priorissa Sandrina, et Sorores S Petri quondam de Poloneto habitantes apud S. Pathaleonem: pro qua domo, et Curia, et etiam non pauca pecunia per ipsas Sorores d.is frībus psolvenda eedem Priorissa, et Sorores emerunt pro se ad habitandum locum dictorum frūm, ubi ipsi morabantur apud S. Franciscum iuxta Civitatem cum Eccl̄a, Claustro, edificys, viridario, et pertinentijs suis integrē in eodem: et hec facta sunt consensu, et auctoritate ven. Prīs D. Raymundi Pathē Aquil:

De receptione habitus S. Clare.

Consecratione, et inductione dictarum Sororum.

Anno Dñi MCCLXXXIIII. ind.e XII. die IIII. init.e Iunio in Octava Pentecostes, pntibus Ven. Frībus Dnīs F. Fulcherio de Zuccola Epō Concordiensi, D. Vlorno de Civit. Epō Tergestino, et D. * Epō Petenen. et alijs quampluribus, R. Pr̄, et Dnūs R. Dei gratia Pathā Aquil. dedit habitum regule S. Clare pmō Priorisse Sandrine, et alijs Sororibus olim de Polonefo, et consecravit easdem, vid. Priorissam Sandrinam, Floren. Aldam, Sadam, Reginam, Adaleytam, Catherinam, Agnetem, Pet̄, Benvenutam Hilicūam filiam Glirisūti, Bernardinam, et easdem primō inclusit ibi —

De penitentibus nudis se verberantibus.

Anno Dñi. MCCLXXXX. in festo S. Andree venit pmō D. Asquinus Decanus Aquil. cum penitentibus nudis se verberantibus Civitatem, et statim Civitatenses inceperunt se etiam verberare; ita quod infra octo dies fuerunt de Civitate se verberantes bene. L. et per totum Foroiulij in Civitatibus, Castris, et Villis idem factum est, et infra. XX. dies. Initium huius verberationis dicit̄ fuis se Perose. Anno pdicto fuerunt oēs discordie sedate, et ēt inter D. Pathām, et Comitem Goritie; et in tantum quod innocentes, et inculpabiles cum nocentibus, et culpabilibus penitentiam postulabant, et tam in nocte, quam in die per Eccl̄as circumeuntes, et per terras, quibusdam velatis capitibus, et personis, ne cognoscerentur dorso, et spatulis usque ad cingulum discopertis, ubi se affligebant verberando * sanguinis; quibusdam v.o in strabulis tantum flentes, et Dnūm deprecantes incedebant. Mulieres se in crepusculo in Ecclesijs convenientes idem faciebant, et quedam occulte in domibus suis. —

Quando fuit facta Campana S. Silvestri.

Anno Dñi. MCCLXXXX. Magr Iohēs Tergestinus tempore Dñi Alberti Sacerdotis, et Conradi q. Aridolphi Caneparij Eccl̄e S. Silvestri fecit Campanam pd.e Eccl̄e de voluntate, consensu totius Comunis Cure Eccl̄e anted.e IIII. die intr.e Martio in suprad.a Eccl̄a ante tertiam —

De captione D. Vodolrici de Mimilano

Anno Dñi. MCCLXXXX. D. Comes de Goritia cepit D. Vodolricum de Mimilano in quadam Eccl̄a, que est sub Cormons. XII. intrante Martio —

De Tricesimo

Anno Dñi. MCCLXXXIX. ind.e II. die. XIIII. intr.e Martio venit vir nob. D. Al: Comes Goritie de Carinthia Tricesimum, et cum magna multitudine hoīum, equitum, et peditum. In nocte v.o tunc subsequenti combusta fuit tota Villa Tricesimi cum Eccl̄a, et curtina sibi adiacente agente Dñi Comitis. Manē m facto cum sua gente fuit versus Aquilegiam, et permansit in Villa Cervignani usq. ad festum S. Georgij: gens cuius iuit depredando per Forumyulij semper, donec in Villa suprad.a permansit —

De nudis se verberantibus.

Anno Dñi. MCCXC. die octavo intrante Aprili, quidam Civitatenses decem, vel duodecim inceperunt pmō se verberare apud Eccl̄am S. Pantaleonis clam, et paulō post multi in Civitate se verberare ceperunt in nocte: Deinde inceperunt crescere, et processionaliter verberantes pdicti iverunt Glemonam ad quamdam indulgentiam, et venerunt per Vinum Civitatem: deinde ceperunt se verberare per totum Forumyulij. Mulieres v.o in nocte se verberabant.

De Heremita S. Stephani.

Anno Dñi. MCCXCII. Alsubeta neptis Dñe Lucardis fecit sibi fieri Heremitorium prius apud S. Stefanum, in quo ipsa intravit, et fuit clausa per Magrūm Iulianum Thesaurarium Civit: Eccl̄e in festo assumptionis Sancte Marie anno prescripto —

De captione Terre Caprularum.

Anno Dñi. MCCXC. ind.e III. die XII. intr.e Aprili in aurora Cursones manu potenti invaserunt, et ceperunt terram et Civit. Caprularum subitō, et eam despoliaverunt oībus bonis, et ceperunt potestatem cum filijs suis, et alios quamplures hoīes, et omnib bonis terre pdicte oneratis totam terram igni concremarunt, quibus peractis moto navigio suo cum multis lignis, que acceperunt in terra pd.a cum oībus Aquilegiam die venerunt —

De.

De transmutatione Festi B. Margarite.

Anno Dñi. MCCLXXXXI. R.P.D.Raymundus Dei Grã Aquil. Pathã transmutauit festum S. margarite, quod erat in festo S. Ermacore in octaua ipsius S. Hermacore, et ita ordinauit per totum Forum Iulij celebrari.

De captione Acri.

Anno Dñi. MCCLXXXXI. Saraceni manu potenti ceperunt terram acri. XVII° intrante maio: et ipsam terram, et alias terras uicinas, et Castra diruerunt, et ad terram prosternauerunt –

De Uerra Istrie cum Venetis per D.R.Pathãm, Comitem Goritie, et Foroiulenses, et alteros.

Anno Dñi. MCCLXXXIX. ind° II. Ven. uir D.R.Dei Grã.S.Sedis Aquil. Pathã in festo B.Marci Aquilegia exiuit cum sua gente, et iuit uersus montemfalconem causa eundi ad exercitum in Istriam. Eo die uenit ad eum D.Albertus Comes Goritie cum sua gente, que erat in uilla Ciruignani, nec non oẽs de toto Foroiulij a decem, et octo annis supra, et a septuaginta infra, et Carnea, Cadubrio, & Carinthia. in cuius subsidium, et iuvamen misit etiam Nob. Vir D. Meynardus Dux Carinthie magnam multitudinem hoiũm. Omnibus u° congregatis apud locum p̃d.m egregius uir D. Albertus Comes Goritie supd.s de consensu, et uoluntate D.Pathẽ p̃d.i fecit milites D.Henricum de Prampercho, et D.Nicolaum F.Baldachi de Ciuitate in Campanea, que est sub Castro superius nominato. Quibus u° pactis, ordinate fuerunt acies equitum pro se, & peditum pro se, nec non Rectores cuiuslibet actei. Hoc facto computate fuerunt acies, et Rector, siue Capitaneus cuiuslibet actei suos computauit oẽs, et reperti fuerunt in suma in toto exercitu quinque millia milites, et quinquaginta millia pedites; et motu inde exercitu fuerunt oẽs uersus terram, quam Veneti fecerant ante Tergestum, et ibi per multos dies steterunt, et sepè cum ballestris nocebant sibi inter se: Sed nunquam in campum ad prelium conuenerunt. Et interdum faciebant treuuas int̃ se, si possent concordari; et nostri intrabant terram Venetorum, et ipsi Veneti in exercitu nostrorum durantibus treuis conueniebant. Hoc facto una die D. Al: Comes Goritie supd.s ignorante Dño Pathã, et absque uoluntate ipsius separatus fuit de d° exercitu, et recessit; et tunc D. Pathã habito consilio Sapientum recessit uniuersalit̃ cum oibus de d° exercitu die. VI° intr.e maio, qia dicebat̃, quod ipse D. Comes uellet prodire exercitum, et ipsum D. Pathãm. Deinde celebratum fuit colloquium gnle Ciuit. XIII. die intr.e Maio, ut Tergestum in alimonijs subueniret̃. Cui colloquio interfuit D.Comes Goritie, Dñi Epi Tergestin. et Concordien. nec non oẽs nobiles de foroiulio. In quo colloquio statutum, et ordinatum fuit fuit, quod oẽs de Ciuitate, Castris, et burgis, et Villis a decem, et octo annis super, et a septuaginta infra ire deberent ad exercitum prelibatum. Qui D. Pathã iuit uersus montemfalconem. VIII. die intr.e iunio. Eodem u° die uenit ad eum Henricus fr̃ Comitis Goritie cum sua gente, & magna multitudo de foroiuly, et mouerunt exercitum cã eundi Tergestum cum curribus, et asinis multis defferentibus uictualia, et ita euntibus ipsis per stratam, que uadit uersus Tergestum faciebat strepitum, et rumorem ultra modum, et in nocte ignes copiosos per montes qiã frigus erat. Veneti, qui erant in Ciuitate illa, que erat ante Tergestum, cui imposuerunt nomen Romagna audierunt rumorem magnum, et strepitum à longe, quem exercitus faciebat timuerunt timore magno credendo quod exercitus esset maior, quam fuerat primus, et erat satis minor oẽs nauem intrauerunt, qui poluerunt, et multi in aqua submersi fuerunt per nimiam festinationem, et sollicitudinem, qia nec Pater filium, nec filius Patrem expectabat. Et ita die XVII. intr.te iunio fugierunt, dimissis illic multis bonis, que oĩa quasi Tergestini acceperunt, quia nr̃i multum distabant, quando illi fugerunt.

De pace int̃. Venetos, et foroiulenses.

Anno Dñi. MCCLXXXXI. die. XI. intr.e Nouembri in festo B. Martini preconizata fuit pax* int̃. D.Pathãm, et foroiulenses ex parte una, et Venetos ex altera, et per totum forum iulium sub certis pactis, & articulis; uidelicet qiã ipsi Veneti sine aliquo terrore dimitterent castrum de mugla, et burgum, et Castrum de hauquon, et omnia loca, que occupauerant, siue ceperant post inceptionem Uerre p̃dẽ. Alia u° loca, que prius ceperunt, debeant seruare ipsi Veneti usq. ad sententiam, siue definitionem D. Pape: et oẽs incarcerati ex utraque parte dimissi fuerunt, et oẽs portus fuerunt aperti –

*in Ciuitate Austrie.

De obitu Uen. Viri D. Fulcheri.

Anno Dñi. MCCLXXXXIII. ind° VI. Uen. Vir D.Fr: Fulcherius Concordien. Epũs obyt. XII. die –

De electione, & confirmatione D. Iacobi q. Ottonelli.

Int̃. prescripto anno Dnus Iacobus q. Ottonelli Can.cus Ciuitatis electus fuit in Episcopum Concordien. communiter̃ per omnes Canonicos preter quam per unum, qui elegerat Dñum B. Decanum Ciuitatis, qui postea renunciauit sue electioni, et in ipsum Dñum Iacobum consensit. IIII. die exeunte Aprili, qui postea confirmatus per Dñum R. Pathãm fuit in Vtino –

De consecratione D. Iacobi.

Anno Dñi. M CC LXXXXIII. ind.e VI.a Ven. Vir Dnūs Iacobus q. Ottonelli consecratus fuit in Epūm, et Pastorem Concordien. Eccl̄e per D. Brisam Tergestinum die. XII. ex.e Xembri sc̄. in uigilia S. Thome Ap̄li in Aquilegen. palatio. —

Ity. eodem anno in die S. Thome Ap̄li post Missam in capitulo Ciuitaten. Eccl̄e data fuit mihi Iuliano prębenda D. Iacobi per D. Oldoricum de Ragonia, et per capitulum pd̄e Eccl̄e Ciuit. et mansionaria mea pd.o die fuit data Iohī frī meo —

Ity. ego * Iohēs celebraui p̄mo missam nono die maio curente Dominica per C. anno Dñi. M. CC LXXXXIIII. Ity. eodem anno facta fuit fenestra apud maius Altare. XI.o die ex.e Nouembri, et fuerunt facte in S. Donato, & sub confessione in illis diebus ante quatuor, uel quinque. —

De Uerra illorum de Castello, & de Zuccula.

Anno Dñi. M CC LXXXXIIII. die. X.o intr.e Nouembri D. Artuycus de Castello cum Adiutoribus suis, sc. Dono federico de Varmo, Dño Simone Cucanea, illis de Pulcinico, D. franc.o de Riuarolta, & forsam alijs depredatus fuit D. Iohēm de Zuccula occone bonorum q. D. Valteri perfoldi de Spegnemberch, qia ipse D. Artuycus uolebat medietatem propriorum tam Castellorum quam et familie, eo qia uxor ipsius Dñi Artuyci tantum fuit D. Valteri perfoldo, quantum D. Iohēs de Zuccula. Uersaq. uice. D. Iohēs de Zuccula facta sua congregatione, uidelicet cum oībus illis de Villalta, de Prata, de Rifimberch, de Prampercho, D. Iohē, & D. Vtulino de Portis, et alijs quampluribus, et ceperunt depredare ipsum D. Artuycum, et suos adiutores pro posse simil̄. In adiutorio u.o ipsius D. Iohīs miserunt Tergestini beneducentos pedites, qui uenerunt in Ciuitēm, et iuerunt Zucculam. XI.o die intr.e Xbr̄i. et tunc die. III. subsequenti, sc. in festo S. Lucie ipsi pedites cum illis de Villalta, de Prata, de Prampercho, de Rifimbercho, et de Pyetra pelosa, et cum filijs D. Asquini de Uarmo, unusquisq. cum toto posse suo intrauerunt Villam fagedis, quam D. Odolricus de Cucanea exiret eis obuiam cum XI. et munitionibus eis patefactis, et reseratis intrauerunt una cum eo Villam pd.am et ceperunt Dnōs Thomasium, Varnerum Can.cum Ciuit. de Cucanea, Artuicum filium Dñi Franc.i de Saraual, uidoſum de Fagedis, et alios, & duxerunt eos ad Spegnemberch, et eos illi in uinculis tenuerunt preter Dnūm Thomasium, qui dimissus fuit precibus Cōunis Ciuitatis, nec non bonis securitatibus factis super hoc, quod partem adiuuaret in d.a Uerra. Deinde ceperunt oēs comburere domos Mastriorum, ulles roncare, et ēt hoēs capere, qui erant de parte, & facere oīa mala. Venit m̄ in subsidium Dñi Artuici de Castello, D. Gyrardus de Camino cum magna multitudine hoīum, equitum, & peditum, nec non et Curruum, et obsedit Castrum illorum de Villalta nōie Varianū. VIII. die intr.e Aprilis cum oībus illis, qui erant de parte, quod quidem Castrum cum machinis, et alijs edificijs expugnabant. Sed uidentes intrinseci, quod se defendere non ualebant, eis ipsum Castrum dederunt die. III.o subsequenti, tali pacto, quod sani, et salui ire deberent cum oībus bonis, que accipere uoluerunt de ipso Castro, quod ita factum fuit. Deinde die crastina D. Dietalmus de Villalta timens, ne ipsum Castrum diruerent, et ne sub Villalta uenirent ad runcandum, & destruendum, uenit ad loquendum D. Girardo de Camino, & dixit quia uolebat tractare de concordia, & pace si posset, et ita siluerunt partes, & fecerunt treuas. et fināl̄ fuerunt concordes hoc modo. In uigilia S. Georij, quia Castrum Variani restitutum fuit illis de Villalta, et illi, qui fuerant capti Fagedis, dimissi fuerunt, hoc pacto et habito int̄ eos, uidelicet quia D. Artuycus de Castello elegit duos suos amicos D. Leonardum de Brazzaco, et Fran.um de Riuarolta, & D. Iohēs de Zuccula elegit D. Henricum de Prampercho, et D. Quoncium de Ciuit. pro suis amicis. Et quod isti quatuor deberent uidere iura utriusq. partis usq. ad festum S. Petri, et si eos concordare non possent, deberent ipsi quatuor eligere unum quintum amicum, & si non possent in quinto amico eligendo se concordare, Tunc ille de Zuccula deberet facere restitui Castrum de Variano illi de Castello: et ille de Castello debebant, qui fuerant capti Fagedis similit̄ facere reddire ad Spegembergum, ut prius fuerant in carcere, et hoc sub pena. LX.a mār. de bono proprio ad usum Curie, deuenienda parti, qui pd.a obseruarent, si concordes esse non possent, ut dictum est: et de attendendis, et obseruandis oībus pd̄ictis, facte fuerunt bone securitates, per ipsas partes una alij. et instrum.a et facte fuerunt treue inter eos usq. ad festum Purificationis S. Marie sub pena mille mar. et oīa hec facta fuerunt super ripam Cormou, p̄ntibus D. P. Patha, et D. Girardo de Camino, et alijs pluribus nobilibus. —

De cassatione Canonicorum electorum Ciuit.

Anno Dñi. M CC LXXXXVI. ind.e IX.a Ven. P̄r, et D. Raymundus Patha die. X. intr.e Ianuario in Palatio Aquilegen: cassauit oēs electos, & receptos in Canonicos Ciuit. Eccl̄e, quia non erant confirmati per curiam Romanam, uel per ipsum Pathām —

De electione, coronatione, et renunciatione of. F. Petri in Papam Celestinum. V. electi.

Anno Dñi. M. CC. LXXXXIIII. ind.e VII. F. Petrus de Murone electus fuit in Papam Celestinum. V. die. XII.o intrante Iulio, cardinalibus existentibus apud Perusiam, et coronatus apud Aquilam Ciuitēm terre Abrucij. VIII.o intr.e septembri. Qui Papa Celestinus eodem anno die. XII. intr.e Xbr̄i renunciauit in manibus Cardinalium Papatui Neapoli —

De electione Bonifacij Pape.

De fossatu * Burgi S. Petri.

Anno Dñi. M CC LXXXXVII. die u.o ex.e Ianuario fuit inceptus fossatus Burgi S. Petri fodere.

Anno

Anno pd° Henricus f.D.Alberti Comitis Goritie disfidauit R.P.D.Raymundum Pathā Aquil. die.XIII. ianuario, cum esset Aquilegie Pathā pd! et fecerunt uterq. int̄ se magnum damnum –

De militia D.Henrici Co: Goritie, et aliorum.

Anno Dñi.MCCLXXXXVII. pma die Xbris R.P.D.Raymundus Pathā fecit milites D.Henricum f D Alberti Comitis Goritie cum quibusdam suis Theutonicis, et ē D.Tomasium de Cucanea, D.Henricum de Butrio, et D.Constantinum de Vti: no, in loco qui dicit̄. Pradatimis propē Villam Paderni super Vtinum –

* Constantinus Sauorgnanus cum Carsmano frē recuperauit Pathē Castrum Buiæ cum aqua lodre, fuit creatus
* miles super prato d'Attimis –

De rapresentione ludi Xp̄i –

Anno Domini.MCCLXXXXVIII. die * VII. ex.° maio, uidel. in die Pentecostes, et in alys duobus sequentibus die: bus facta fuit representatio ludi Xp̄i, uidelicet passionis, resurrectionis, ascensionis, aduentus Spūs Scti, & aduentus Xp̄sti ad iudīum in Curia D.Pathē Austrie Ciuit. honorificē, & laudabiliter per Clerum Ciuit. *vny. M.S capli F.*

De Uuerra Venetorum, & Ianuensium.

Anno pd°. die.VI. intr.° septembri, Veneti fuerunt deuicti in prelio super mare per Ianuenses: in quo quidem prelio fuerunt interfecti ex utraq. parte quamplurimi, sc. ex Venetis satis plures, & finālr Veneti subcumbuerunt in prelio, & capti fuerunt ex ipsis Venetis q̄plurimi per ianuenses p̄dictos –

De captione Castri Tulmini.

Anno Dñi.MCCLXXXXIX. die X. exeunte Ianuario, captum fuit castrum Tulmini per gentem D.Comitis Gori: tie in aurora diei –

De morte Raymundi Pathē

Anno Dñi MCCIC. die.VI. exeunte Feb.° in Castro Vtini Raymundus Pathā Aquil. obyit in Dño, qui rexit in Pathū. XXV. annos, uno mense & XVII diebus. Qui quidem deportatus fuit Aquilegiam, et sepultus in Capella per ipsum facta uersus meridiem [illegible] in ecclā maiori Aquil.

De electione D.Conradi Ducis Polonie in Pathām.

Ih̄. eodem anno die.V° intrante martio electus fuit in Pathām Aquilegen. D.Conradus Dux Polonie, unanimit̄. com munit̄, & concordit̄. per Capl̄um Aquilegen.

De Dño Henrico Comite Goritie electo in Capitaneo,
& de Uerra sua.

Ih̄. eodem anno. XIII.° die exeunte martio in Prato Campi Formij receptus fuit D.Henricus Comes Goritie in Capi taneum Forjulij. Qui D.Comes in mense Julij eodem anno congregauit exercitum copiosum, in cuius auxilium uenerunt D.Gerardus de Camino cum magna gente, et D.Comes Oymg cum magna gente, et ē quasi oēs Castelani, qui uenerunt cum oībus suis in Villa de Basalgella, que est propē Vtinum, credentes posse hre Vtinum, & cum ibi stetissent per ali quos dies, et aqua fuisset eis accepta recesserunt inde, et iuerunt Ruzolium apud Sauorgnanum. et oīa ina fecerunt ideo, quia Communitēs eundem D.Comitem non sinebant Ciuitates intrare. finalr facta fuit compositio, et pax in urgi lia Assumptionis per Comūnitēs, et per D.Iohem Philippi, qui erat Vic.s D.Petri Pathē C qui Pathā nondum uenerat) qd deberent dare eidem Comiti certam pecunie quantitatem, et ipse deberet desistere ab inceptis. Qui D.Comes, et sui cum oībus fauentibus sibi inde recesserunt. Sed antequam hec essent pacificata damnum fecerunt non paruum depredando, capiendo hoiēs, et ē mulieres uetulas, et paruos pueros, spoliando et quod est absonum dicere oēs Ecclās erumpentes quidquid ibi inueniebant inhumanit̄. deportantes –

Ih̄ an. Dñi.MCCLXXXXVI die.VIII.° intrante Aprili in Aquilegia Dnūs Gylo Archidiac.s Aquil. factus fuit, et re: cepius Vicedñus per Capl̄um Aquileg. et per D.Henricum Coēm Goritie Capitaneum, & per oēs forojulienses, hoc pacto, et conditione, quod ipse Vicedñus non debet dare alicui Castellano aliquod Castrum domus Aquil. in uerra, nec aliqu: am Castaldiam –

De Dño Petro Pathā

Ih̄. eodem anno uenit uen. D.Petrus Pathā in Forumiulij circa festum S. michaelis, in Ciuit. u° uenit in festo B.Luce Euang, confirmatus, et consecratus per Papam Bonifacium.VIII.m.anno p̄dicto in festo Natiuitatis S.Iohis Bapte. –

De ampliatione Fori Ciuit. per emptiones trium domorum.

Anno dñi.MCCLXXXXVIIII. in mense may Comūnitas Ciuitatis emit tres domos, que erant propē forum, & do: mum Martini longi ex altera parte pro ampliando forum, qā erat paruum nimis, et arctum: et ipsas domos diruerunt eodem anno in mense pd° may

De fulgure

Ih̄. eodem anno * in festo S.Iohis Bapte in aurora diei fulgur in turri maioris Ecclē Ciuit. et proiecit in terram crucem * MCCIC. *M.S. Capli F.S.*

cum Gallo, et cum lapidibus tenentibus ipsam crucem, qui ruperunt tectum Eccl̃e S. Iohis uehemẽtr: et tunc in ictu oculi ipsum fulgur intrauit Eccl̃am, et interfecit Iacobum Subdiaconum filium Pisi de ultro * ponentem, qui erat* monatus ante Altare S. Paulini in Choro, & de stellis, que sũt super Altare matus proiecit ad terram ultra. XII. et manuteria, que sunt circa Altare. et in Sacristia descendit, et rupit aliquantulum de muro Sacristie, ubi seruatur uinum, et cera, & de scalis unde illuc descendit̃, et ẽ fuit in Capella S. Laurentij, ubi simil̃ rupit de muro super Altare, & fenestram ui̯ freatn, que est post ipsum Altare, et de cruce matore, et ẽt de Choro uersus Curiam Pathẽ. et sciendum est quod plures de Dñis accidissel, sed in Choro non erant. qĩa in sero dixerant matutinas —

De Uerra int̃. D. Petrum Pathã̄, & D. Girardum Camin.

Anno Dñi. MCCC. in mense iunij D. Nicola nepos D. Petri Pathẽ dedit Dño Girardo de Camino locum Sacilli, et incontinente recessit d̄s D. Nicola ad terram suam, et D. Girardus tenuit ipsum locum, eo quod dicebat D. Petrum Pathã̄ uelle dare eundem locum D. Girardo de Castellis inimico Dño Girardi de Camino mortalr. Propter quod orta est Uerra int̃. Dnũm Pathã̄, fauendo eidem Cõmunitatibus, et paucis Castelanis ex parte una; et Dnũm Girardum de Camino, et Comitem Goritie quasi tum oĩbus Castellanis ex altera. in tantum quod destruxerunt totam terram foryulij, et uillã̄ combusserunt. Et in uigilia Assumptionis S. Marie positis insidijs nr̃e parti per eundem D. Girardum ultra fluuium Iuenze, nostri succubuerunt, et mortui fuerunt ibidem quamplures, & capti, int̃. quos mortuus fuit Dyetricus de Rubignaco, et Branca de Ciuitate, et in aqua mortuus fuit filius D. Nicolai de Budrio, et alij̃ quamplures, quorum numerus nescit̃. Pax uº reformata fuit, et preconizata eodem anno, quarto die ante festum S. Martini —

De aduentu D. Meynardi Comitis de Ortumburch in Ciuit.

Anno Dñi. MCCC. D. Meynardus Comes de Ortumberch, qui factus fuerat Capt̄ gñalis per D. Petrum Pathã̄ uenit in Forumiulij, uidel. in Ciuit. in subsidium Dño Pathẽ, & Aquil. Eccl̃e contra D. Girardum de Camino, comitem Goritie, & quasi contra oẽs Castellanos Foryulij. Xº die intrante Septembr. qui obsedit Villalfam in festo S. Mathei Ap̃li, et fecit eis magnum damnum.

De morte Ven. Patris Dñi Petri Pathẽ

Anno Dñi. MCCCº. primo. indc̃ XIIII. die Xº exeũte februario Ven. P. D. Petrus Aquil. Pathã̄ obyit in Castro Vitinensi, et sepultus fuit ibidem in Capella S. Marie —

De indulgentia Rome concessa per Papam Bonifacium.

Anno Dñi. MCCC. Smus Papa Bonifacius quartus, qui destruxit illos de Columna totalr̃, et Ciuitatem illorum, et Castra destrui fecit; concessit, et dedit oĩbus uere penitentibus, & confessis, qui limina Sc̃orum Ap̃lorum uisitabunt à festo Natiuitatis Dñi curr̃e MCCC. usq. ad annum unum, et ẽt qui habunt Rome continuis diebus XV. uisitando singulis diebus loca Sc̃a, indulgentiam oium peccatorum, excepto peccato usure. Ad quam indulgentiam iuit populus sine numero —

De electione Dñi Pagani, et D. Ottonis, & Uerra.

Anno Dñi. MCCCI. mortuo D. Petro Pathã̄, Caplum Aquil. conuenerunt de electione facienda in festo B. Matthie Ap̃li, et ellegerunt in Pathã̄ oẽs Canonici D. Paganum de la Turre nepotem q. D. Rymundi Pathẽ Decanum Aquil, exceptis D. Iacobo Epõ Concordien, et Gyllono de Villalta Archidº Aquil, et Odolrico de Gemo Canonico Aquil, qui postulauerunt D. Ottonem de Ortumbruch Prepositum * qua electione, et postulatione celebrata, tunc unanimit̃. elegerunt D. Vidonem de Villalta Canũm Aquil. Vitednum Snlem̃, qui D. Vitednus cum uellet Castaldias dare, sicut erat consuetudo, Cõmunitates Ciuitatensis, Vitinensis, et quidam alij̃ nolentes sibi dimittere, quia dicebant, se emisse à D. Petro Pathã̄ dc̃as Castaldias, et sibi solutisse pro ipsis, orta est inter Comunitates ex parte una, uitednum cum Castellanis ex altera. Quade causa combusserunt Villas, & depredati sunt oĩa ubicun̄. poterant recipere. Deinde eleuatus fuit Capt̄ D. Henricus Coc̃ Goritie per ipsum Caplum Aquil. et Castellanos die Vº intrãte Iulio eodem anno —

Int̃. die. XIIIº intrãte Iunio, Ciuitatenses cum gente Comitis de Ortumbruch intrauerunt uillam de Sagedis, et ipsam combusserunt, oĩa inde auferentes, & combusserunt totam Villam, et rontauerunt —

Int̃. sexto die sequenti iuerunt utinenses cum Theotonicis ad uillam * et ibi ceperunt multos homẽs, & depredati fuerunt totam Villam cum Curtina eiusdem uille, et ex tunc tota terra foryulij tam ex parte una, quam ex alia fuit destructa totalit̃. Que Uerra, et discordia in festo exaltationis S. Crucis tractatu D. maynardi f. D. Alberti comitis Goritie fuit pacificata, et facte fuerunt treuue eodem die usq. ad festum Circumcisionis Dñi futurum —

De grandi terremotu.

Anno Dñi. MCCCI. die. Xi. intrãte Iunio die Dñico in aurora diei fuit magnus terremotus, et circa nonam semel, et post uesperas ter eodem die, & in sequenti nocte, post mediam noctem semel. —

De grandi

De grandi tempestate.

In eodem anno in uigilia S. Vodolrici fuit in Ciuitate, & circa Ciuitatem tempestas tam magna, quia quasi destruxit oīa circa Ciuitatem, et fuit grossa sicut oua —

De aduentu D. Ottoboni Pathē.

Anno Dñi. MCCCII. penultimo die mensis marty Smus Papa Bonifacius VIII contulit Pathāium Aquil. D. Ottobono, tunc Epō Paduano, et Epatum Paduanum D. Paganino Decano Aquil. electo in Pathām, existenti in curia R.a super questione ipsius Pathātus. Qui D. Ottobonus uenit in forumiuly, uidelicet Vtinum. X.o die ex.e Aug.o in Ciuitatem uerò die VI. ex.e Aug.o

De turis, et scalis lapideis per Patham Ottobonum.

Anno Dñi. MCCCIII. uen. Pr, et D. Ottobonus Dei gra Aquil. Pathā fecit edificari, et construi in Austria Ciuitate turrim, cum scalis lapideis uersus Ecclām, et incepit in maio, et perfecit ipsum opus in Augusto, pdicto anno —

De igne in Ciuitate.

Anno Dñi. MCCCIII. die XII.o intrante Iunio circa mediam noctem exiuit ignis de domo Boni prope portam ponitis Austrie Ciuitatis de intus uersus orientem, in qua morabatr quidam Tuscus noīe Augustinus. et combussit oēs domos D. Bernardi Decani, et domos D. Henrici de Prampercho cum turri, que fuerunt Dñi Girardini militis, et illorum de Orzono, et oēs domos ab utraq. parte uie, usque ad uiam qua itur Pusterſulam, siue ad molendinum, et eundo uersus frēs minores oēs domos ab utraque parte duarum uiarum combussit, et domos D. Abbatis Rosatensis, et domos frum frum minorum cum oībus domibus curie site domos frum, que dicebatr curia Dñi Abbadotte —

De morte Musatti.

Anno Dñi. MCCCIIII. Musattus de Ciuitate Capi siue Castaldio montisfalconis, noīe, et uite D. Pathē Ottoboni, fuit interfectus per D. Rodulphum de Duino apud montemfalconem, ipso musatto uenante cum ancipitre die. iiii. septembr. et die V.o eiusdem mensis portatus fuit Ciuitatem, & sepultus apud frēs Predicatores, quia ipse D. Rodulfus inimicabatur eidem musatto cum quibusdam alijs ad mortem —

De representatione passionis Xſti, et ludi Dei, ut ita dicam.

Anno Dñi. MCCCIIII. facta fuit per Clerum, siue Caplum Ciuitaten. representatio, siue facte fuerunt representationes infrāscte. In primis de creatione primorum parentum, deinde de Annunciatione B. Virginis, de partu, et alijs multis: et de passione, et resurectione, ascensione, aduentu Spūs Scti, et de Anti Xſto, et alijs, et demum de aduentu Xſti ad Iudicium, et pdicta facta fuerunt solemniter in Curia D. Pathē in festo Pentecostes cum alijs duobus diebus sequentibus, pnte R. D. Ottobono Pathā Aquil. D. Iacobo q. D. Ottonelli de Ciuitate Epō Concordien. et alijs multis nobilibus de Ciuitatibus, et Castris Foryulij. die. XV.o exeunte Maio —

De morte illustris uiri D. Alberti Comitis Goritie —

Anno Dñi. M.CCCIIII. nob. uir D. Albertus Comes Goritie obyt Iunij, et sepultus fuit Rosatcis in uigilia natiuitatis S. marie: et facte fuerunt ibi magne oblationes in die sue sepolture. Dati fuerunt. XL. dnr. Aquil. uni cuiq. Sacerdoti.

De creatione duarum prebendarum per uen. Dominum Bernardum Decanū Ciuit.

Anno Dñi M.CCCIIII. uen. D. Bernardus Decanus eccla Ciuitaten. fecit, et de nouo creauit Preshiteros Anyzium die * et And.am f. Dñe Benuenute die. VIII. intr.o octobri suos prebendarios in maiori eccla Ciuitat. quibus dedit certos redditus, et prouentus, et eodem anno facta fuit sibi gra in caplo Ciuitat. per Caplum, quod eisdem pbiteris et suis successoribus non ponerent aliquas collectas: tali quidem conditione et pacto; quod pdicti prebendarij singulis diebus dicere teneantr. unus ad maius Altare sumo mane, et alter d.a Missa maiori in S. Iohē Baptā certas & determinatas Missas, ut in ipsius ordinatione plenius continetr. et quod ipsi teneantr. continuè interesse officijs canonicis —

De Niue grandi.

Anno * pscripto in festo B. Blasij incepit ningere in Ciuit. et fuit illa nix tam magna, quod non fuit homo qui dixisset se unquam uidisse in forojulio tam magnam: et fecit damnum ualde grande de arboribr et specialr pomiferis, et diruit plures domos: et specialr in Tulmino destruxit uillas, et domos qplures, ubi mortui sūt hoēs, et bestie satis multe. Que nix durauit in Ciuit. bene. XV. diebus in Aprili. — * MCCCV. M.S. Cap. Fl.

De captione Speymberch.

Anno Dñi. MCCCV. die ultimo Iunij nob. uir D. Rizzardus f. D. Girardi de Camino obsedit cum magna multitudine equitum, et peditum Castrum & locum Speymberch, in cuius subsidium, et iuuamen D Marcio Ferrariensis misit gentem suam

suam · et insuper Illustris uir D. Henricus Co⁹ Goritie Cognatus dicti D. Rizzardi p̄sonalī uenit cum magna gente bene parata; et nob. uir D. Meynardus Co⁹ de Ortumburch uenit ēt psonalitr̄ ad dictam obsidionem, qui erat similr̄ cognatus ipsius D. Rizzardi. Dux Carinthie misit ēt ibi gentem suam. Forojulienses quasi oēs uenerunt in subsidium ipsius D. Rizzardi. oīb⁹ ibidem congregatis, inceperunt machinis, balistris, alijsq. edificijs expugnare locum ipsum, et eis incontinenti acceperunt aquam, et ita obsederunt. eundem locum, quod inde nullus exire poterat. Quem quidem locum certis pactis, postmodum minimè obseruatis, ut dicebat⁊, eidem D. Rizzardo sponte dederunt. die. vi. Aug⁹.

De Uerra int⁊. D. Pathām, et D. Rizzardum.

In⁊ anno Dñi. M.ccc.v. R.P. et D. Ottobonus Pathā Aquil. exiuit Utinum die. vi. ex⁰ Septembr. cum gente sua, et gente D Ducis Carinthie. Qui Dux Carinthie pepigit fedus certis pactis habitis cum D. Pathā, uidel. quia Pathā concessit Duci loca sua, que sunt in Carinthia: et ipse Dux promisit iuuare D. Pathām, et Aquil. Ecclām pro posse suo. Qui D. Pathā iuit ad S. Vitum, et Ciuitatenses, et Utinenses, et pauci Castellani uenerunt ibi. Et p̄dicto die sc. vi. ex⁰ septembr. Religiosi uiri F. Albertus Vic⁹ Dñi, et Fratres Augustinus et Enoch eius socius, et nob: uir D. Zanatus miles, et familiaris Dñi cum filio suo uenerunt ad Sacilum, uolentes D. Rizzardum de Camino ex parte Dñi rogare, quod Sacilum, et Canipam, et alia loca Eccl̄e Aquil. reddere deberet, que reddere recusauit: et p̄dictos frēs, et D. Zanatum cum filio Ambassatores Dñi super p̄d⁹ cepit, et eos incarcerauit. D. u⁰ Pathā stabat ad S. Vitum, et gens sua, et Ducis aliquando ante Ualuasonum, aliquando ante Speyngberch, et contra inimicos diebus singulis equitabant, fām amicis, quām inimicis nocendo, et in miduna D. Pathā faciebat fieri pontem, unde posset ultra flumen Iuenze transfretare. Ex alia parte fluminis erat gens D. Rizzardi cum edificijs suis bene munita, et non p̄misit d⁰ pontem complere, nec in aqua ponere. Deinde facte fuerunt treue int⁊. D. Pathām, et D. Rizzardum usque ad festum Sc̄ti Georij, et in uigilia oīum Sanctorum D. Pathā rediit Utinum cum gente sua. —

De Uerra inter Ciuitaten. et D. Iohēm de Teyzano.

Anno Dñi. M.ccc.v. die Iune. vi. intr⁰ octobri, ueniens D. Paulus Capitaneus Tulmini de Tulmino, combussis massariorum domos D. Iohannis de Teyzano, qui erat contra D. Pathām: et ēt combussit domum Cammocij, qui est prope pontem alzide super ripam Natisse. Ob hoc D. Iohēs motus cepit Leonardum filium Luerardi de Ciuit. et quemdam calcificem de porta Brossana, et duos alios sub Teyzano, et accepit boues, & armenta, et Castros bene in magna quantitate macellatorum de Ciuitate, que erant in lynirueli in pascuis ipso die. Ciuitatenses statim miserunt huncios ipsi D. Iōhi, qui relaxaret hōies, et aīalia redderet. qui cum reddere nollet, eodem die, et ēt die sequenti Ciuitatenses combusserunt, et roncauerunt ipsum D. Iōhem usque muros Castri —

De captione D. Odolrici de Castello.

Anno Dñi. MCCC* die. iii intr⁰ Xbr̄i D. Walterus perholdus S. Iohis de Zuccula positis insidijs cepit D. Odolricum de Castello in strata alta, ueniendo ipsum D. Odericum de Treuisio, et capti fuerunt cum eo nisi duo ex suis, et duxit eos ad Ivus. Et in sequenti die duxit eos Zucculam. Cepit uerō eum, quod sui causa dicebat se prodidisse locum suum de Speyngenberch, et sibi dicebat fac mihi locum meum restitui, et ego dimittam te —

De captione Castri de Budrio

An. Dñi. MCCCVI. D. Nicolaus f. D. Henrici quondam de Budrio die X. Iouis intr⁰ febr⁰ cum gente D. Henrici Comitis Goritie ceperunt locum siue Turrim, et partem Castri Dnōrum Vodolrici, et Frūm de Budrio, electis Dñabus: et eodem die depredati sunt Villas circumiacentes, et sic muniuerunt eundem locum. die. VIII. Iunì sequenti gens D. Pathē cum Utinensibus, et Ciuitatensibus combusserunt Villam de Budrio: et roncauerunt eos usq. ad muros Castri, et his factis eodem die inde recesserunt —

De Villa de Triuignano.

In⁊. die. VIII. ex⁰ febr⁰ p̄scripto anno D. Nicolaus de Budrio anted⁰ cum gente D. Comitis, et ibidem presentibus Dñis Rodulpho de Duino, et Iohē de Villalta, et alijs multis, non casu, sed studiosè, et uoluntariè combusserunt Eccl̄am S. Theodori de Triuignano, ignem cum lanceis per fenestras ponendo: in qua Eccl̄ā combusserunt ultra. L. int⁊. mulieres, et pueros: et reperti fuerunt pueri parui quamplures super Altare combusti: Cetera uerò, uidel. corpus Dñi, Chrisma, et oleum sanctum, et alia ornamenta Eccl̄ē, que ibi fuerunt combusta, quis referat nisi cum dolore, et gemitu. et in festo B. Matthie tunc proxime sequenti, uidelicet exeunte febr⁰ D. Henricus Comes Goritie, et alij quamplures ex Castellanis fuerunt personaliter Triuignanum, et combusserunt turrim Eccl̄ē: et unus puer, qui erat in turri, non ualens descendere, proiecit se per fenestras, siue cancellos turris: et ita p̄dictis Dñis uidentibus, dissolutis membris, et separatis obiit. et duo alij hoīes inde similiter se proiecerunt. Postea combusserunt totam Villam —

De Orsaria

De Orsaria, et Premariaco.

It. pd.o anno combusserunt uillam Orsarie, uillam Premariaci: et duxerunt secum multos captos captos ex rusticis Budrium die. VI.o ex.e febr.o

It. XIII. die intr.e Martio uenit gens D. Comitis apud Vtinum, quasi iuxta portas: et Dnus Paulus Boiani, qui erat Vtini, currens post ipsis usq. Predemanum, et D. Casmanus de Vtino cum Vtinensibus, et cum multis peditibus, et positis insidys apud dictam Villam Predemani, ceperunt unum ex equitibus D. Pauli, et expeditibus circa. LXXXIIII. et mortui fuerunt circa. IIII. uel sex: et sic ipsis preliantibus ibi uix D. Paulus euasit, et ei fuerunt quamplures vulnerati, et ita terga uerterunt.

De combussione Ville Galani.

It. XV.o die intr.e Martio in uigilia S. Helari, Co.s Henricus cum suis sequacibus intrauit Villam Galani c.a tertiam, et uenerunt in Campum, qui est in capite Campi, ubi astituditur, ressiduus exercitus dispersus per uillam fam equitum, quam peditum combusserunt breuit. totam uillam, et carariam, et uadum, et roncauerunt maiorem partem ville usq. ad burgum –

De aduentu illius de Ouistayn, et captione Budrij.

It. an. pd.o die. XI. Aprilis, Nob. uir D. Conradus Ouistayn uenit in Vtinum in auxilium D. Ottoboni Pathe cum magna gente equitum. Qui D. Conradus erat Capit.s Ducum Carinthie. et de ipsorum uoluntate, et consensu uenit in in forum Iulij die pscripto, uidel. die Iune, et XIIII. die Aprilis die Iouis R. Dnus O. Pathe, una cum de Ouistain, et Comunitatibus, & paucis Castellanis fidelibus obsedit Budrium, et. III. die, sc. die Sabbati tunc sequenti summo mane expugnauerunt ipsum Castrum, et ante 3.am ipsum ceperunt, nullo Deo gratias, ex nostris ibi mortuo: et ceperunt Dominum Nicolaum, et frs, et multos ex gente D. Comitis. et fuerunt capti bene. C. et XXX. et plures, et ducti fuerunt Vtinum. Deinde D. Pathe dedit illi de Ouistayn ex Theotonicis quosdam, fecit duci in Carinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theotonicis, et supo pessimo nepote D. Asquini fecit recludi in Turri Glemone: alij quamplures utini remanserunt. et pscripto die Sabbati statim capto Castro, ipsum combusserunt, et misso pro magistris die Dnico funditus diruerunt: et D. Pathe. rediit Vtinum –

De Castello

It. anno pd.o R. D. O. Pathe cum exercitu suo exiuit Vtinum. X.o die ex.e Aprili, sc. die Iouis: et obsedit Castrum Portelli. et quia ille de Castello, sc. D. Odolricus erat captus per illum de Zuccula, ut antea dictum est, D. Artuycus nepos D. Odolrici et alijs Dominabus, uidentes quia se tueri non poterant, ad mercedem & grām Dni uenerunt: et Dnus posuit ibi banderam suam, et dimisit ibi aliquos de familia sua. Dnus Artuycius pd.s renunciauit iuri, seu compositioni, immo potius conspirationi facte cum D. Comite, et D. Rizzardo, et alijs Castellanis contra D. Pathām: et promisit nomine Sacramenti in perpetuum non uenire, nec facere contra D. Pathām, et Aquilegen. Eccl̄am, super hoc prestitis bonis securitatibus, et ita D Pathe reddit eadem die Sabbati utinum. et pd.s D. Artuycus uenit eodem die cum gente seruire D. Pathe –

* predicti cum uxore D. Odolrici.

De obsidione Castri de Uruspergo.

It. anno pscripto D. O. Pathe die. VIIII. ex.e Aprili misit uen. Fr. Albertum Vic.um suum gnlem Ciuitatem: et. VIII. die ex.e d.o mense Ciuitatenses obsederunt Castrum pd.m de Urusperch: et de antro de Tulmino uenerunt multi ad obsidionem pd.am Rustici de Villis, qui erant in Ciuitate propter Verram roncauerunt ibi ota, secum ferentes in curribus ligna Ciuit. aliquando bis, aliquando ter in die ibi reuertentes: et hoc durauit usq. ad diem. V.am maij: et recesserunt ab obsidione d.i Castri die. V.a maij propter treuas factas, ut inferius continet. –

De Treuis factis int. D. Pathām, & Comitem, & D. Rizzardum de Camino, & Castellanos.

Anno pd.o die. V.a ex.e maio facte fuerunt treue int. R. P. D. O. Dei gra Aquil. Pathām ex parte una, et Nobiles uiros D. Henricum Comitem Goritie, & Rizzardum de Camino cum Castellanis fauentibus eis ex parte altera usq. ad festum S. Martini, certis pactis sub pena. M. mar –

De recuperatione Sacilli.

Anno Dni. 1306. * in festo B. B. martyrum Geruasij, & Prothasij rehabuit R. D. Ottobonus D. G. Aquil. Pathe Sacilum in aurora diei –

De introitu Sororum in Monast.o S. Clare Vtini –

Anno. 1306. die. XI. intr.e Xbri. R. P. D. Ottobonus Dei gra sedis Aquil. Pathe consecrauit maius Altare pd.i monasterij edificati, et facti per Vcillulum de Vtino, et dotati Amore Dei, et pro suorum peccatorum remissione: et eodem die, pmo inclusit ibi quatuor sorores, sc. duas, que recepte fuerunt de monast.o S. Clare de Ciuitate, et duas de monasterio de Glemona –

Qualit. illi de Zuccula intrauerunt, et exiuerunt de Ciuitate –

Anno Dni. 1306. die. XIIII. intr.e maio post prandium hora dormitionis, nobb: uiri Dni Henricus de Prampergo, et Odolricus de Cucanea uenerunt in subsidium Dnorum Valteriperoldi, et Bernardi frum filiorum q.m D. Johis de Zuccula, et cum apparatu satis magno intrauerunt Ciuitatem hoc modo. Iacobus f. q D. Odolrici de Budrio, et Pertoldus de Fagedis.

Fagedis cum quibusdam alijs eis fauentibus ceperunt hora predª portam S.Siluestri, ptussis Custodibus, qui uidentes quod futurum erat, uolebant serare, et statim ascenderunt domum de Portis, et factis signis cum gladijs pmo super portam S.Siluestri, intrauerunt quidam, qui erant in Burgo S.Siluestri de familia D.Pauli Boyani, qui erat in inimicitijs illorum de terra, et stabat Zuccule. Deinde desuper turrium de Portis, et uidentibus illis de Zuccula, sicut antea tractatum erat, cum magno impetu descenderunt, et intrauerunt terram. Cum uº fuerunt in terra, D.Valferus perboldus cum Paulo Borano, et cum octo, uel X. hõibus iuerunt per infra muros apud solium: et ibi ballistatus fuit D. Candidus de Canussio, et cum nullum traheret se prope eos, ut forsam credebant, per eandem uiam redierunt ad suos. Apud domum D.Odolrici longi factum erat quoddam obstaculum, et ibi Nĩi cum eis ballistabant, et de domibus, et turri Philippi, et lauiseni fiebat magna defensio cum lapidibus, nec ulterius fuerunt permissi transire excepto D.Odolrico de Cucanea, qui cum Tomasutto eius familiari de Cucanea, qui banderam portabat, et forsan sex, uel octo alijs cum impetu uenerunt ad forum, et ibidem Thomasutus pdª fuit occisus dimissa bandera, et D.Odolricus rediit cum alijs ad suos per Preposituram. Frẽs Predicatores composuerunt inh partes, facientes treuas, ad hoc, ut recederent: et illi scientes per Nuncium, qui uenit de Zuccula, qui eis denunciauit, quod nobis ueniebat subsidium de Vtino, acceperunt treuas, et recesserunt cum magno damno equorum, et ẽt multi ex eis fuerunt cum ballistis, & lapidibus de tectis uulnerati, unde obierunt, sed nullus remansit in Ciuitate mortuus, nisi solus Thomasius supdª sequenti uº nocte acceperunt equos de Nevuas. Die uº predª statim D.Pathã misit gentem suam Ciuitatem, et sequenti die, et alijs drebus proiecte fuerunt ad terram domus pdictorum Dnõrum de Zuccula, et acceptum fuit qd erat intus, et mater ipsorum Dnõrum inde eiecta, et iuit Zucculam cum suis Domicellabus. Domus D.Walframi IIII. domus Pauli Borani, domus Iaconocti f.q.Bunini de Venzono, qui fuit cum eis, et turris D. Henrici de Prampergo fuerunt dirute. Domus q.D.Odolrici de Budrio non fuit proiecta ad terram, ideo qĩa pertinebat ad matrem Iacobi: ĩn quid quid intus repertus fuit, fuit acceptum. Insuper quia Simon f.Henrici D.Uuarette fuit cum eis, acceptum fuit illud, qd mater habebat in domo, absente Henrico a Ciuitate. et ẽt qĩa Philippus f.D.Conradi q.D.Philippi fuit cum eis, habitus fuit suspectus ipse D. Conradus, et per familiares D. de Geleso Gastaldionem, et Concilium fuit citatus, qui statim comparuit, et dixit qĩa ille filius suus non erat in grã sua, nec stabat cum eo; accepta uero eius excusa, ĩn hre uoluerunt domum eius, que est eundo Zucculam, et ibidem suam custodiam Ciuitatenses posuerunt. D. uero Pathã misit pro ipso Conraducio Utinum, qui statim fuit, et apud ipsum Dnũm stetit per aliquos dies. Videns ergo Dnũs ipsum inculpabilem, remisit Ciuit. mandans Cõmuni, quod sibi domum suam redderent, accepta ab eo securitate, quod illam inimicis non daret, nec eis fauorem, uel auxilium impenderet: quod et factum est –

De Gronumberch.

Anno pdº die penultima Maij, illi de Zuccula furtiue acceperunt Gronumberch ante diem; et ibidem ipsis existentibus, multa mala fecerunt. Qualr restitutum fuit illis de Portis inferius dicetur.–

Qualiter D. O. Pathã destruxit muros de Venzono–

Anno Dñi. 1309. die. 9. Februarij R.P.D. Ottobonus Pathã fuit Glemone; et eodem die Nob uir D. Conradus de Stunberch uenit sibi in auxilium: et: et XI. die dª mensis suadentibus illis de Glemona, et eorum inductu uoluit D.Pathã obsidere Uenzonum: sed uidentibus quod sibi non poterant ressistere, dederunt sibi. C. libras grossorum, et murum ipsius Venzoni diruerunt, et iurauerunt deinceps suis parere mandatis–

De obsidione Gramolani, et Zuccule –

Anno Dñi pdº dª D.Pathã cum exercitu suo equitauit die XIIII. dª mensis ante Grammoulanum, et ibidem illo sero pernoctauit: et combussit, et destruxit oĩa usque ad Castrum. Die sequenti, et eodem die post prandium ipso die Sabbati uenit Ciuitatem, et statim ipso die obsedit Zucculam cum sua gente, et Ciuitaten. propter discordiam supĩus expressam, et roncauerunt omnia bona illius de Zuccula in ipso monte Zuccule: et continue proijciebantur intus cum tribus machinis, et interdum ballistabant se ad inuicem. Tamen in illa obsidione nullus fuit mortuus, nisi unus de familia D.Pathẽ. D.uº Pathã cum foroiuliensibus, et D.Conrado de Stumberch existentibus in dª obsidione, significatum fuit, quod D.Rizzardus intrasset Forumiulij cum magno exercitu: quo audito D.Pathã cum exercitu inde recessit, reportatis machinis in Ciuitatem prius, et omnibus, que fuerant reportanda, die. 3. exª febª et tunc die sequenti fuit Vtinum. Tunc illi de Zuccula combusserunt Tolanum, Rubignacum, et ubicunque potuerunt super Ciuit. et roncauerunt braydas * q. aduocati de Iunis, Benedicti Stationarij, et Volri q. martini Zannule, et aliorum plurium: et uersa uice Ciuitatenses roncauerunt Braydam D.Pauli Boyani, Meynardi Merle, Iacobi de Budrio, et Iaconoti filij Bonini de Venzono, qui stabant Zuccule –

De destitione Cortine Sedelani –

Anno Dñi. 1309. die. XII. martij nobiles uiri D. Henricus Comes Goritie, et Rizzardus de Camino cum quibusdam de Castellanis, ut. de Speynbergo, Prampergo, Cucanea, et Zuccula obsederunt Curtinam de Sedelano, et cum pluribus machinis intus proyciebat. Tandem ipsam habuerunt certis pactis, & ipsam depredantes, quia multe uille ibi fugerant, turrim Ecclẽ proiecerunt ad terram, et ecclã, et postea cortinam combusserunt totam –

De destr:

De destructione Castri Sacilletti

Anno pd.° in festo B. Marci prescripti anni obsederunt Sacilettum, quo expugnato, & capto die. 3.° combusserunt, et turres, & alias munitiones oẽs proiecerunt ad terram, D Pathã Utini existente –

De captione Castri Sc̃ti Viti –

Itẽ. eodem anno p̃dicti Dñi obsederunt S. Vitum die. 3.° ex.° Aprili Aprili, et cum multis machinis intus proyciebantẽ. et cum se manutenere non possent die. XI. May eumdem locum D. Rizzardo dederunt –

De morte D. Henrici de Prampergo –

Anno Dñi. 1309. die pm̃a Aprilis, stantibus Dñis Henrico de Prampergo, et Valteropertoldo de Spengimbergo cum magno apparatu in destructione, et depopulatione ante Maniacum; et non existentibus illis armatis, subito fecerunt impetum in eos quidam Theotonici soldonery D. Pathẽ, sc. ille de Parisio, et illi de Pinzano, et ex eis multos occiderunt. Et D Valterpertoldus, et Artuycus f. D. Henrici de Prampergo fugerunt in Castro montrial: et insuper capti fuerunt quamplures, intẽ quos captus fuit D. Henricus de Prampergo, et ductus Utinum ad D. Patham; qui cum confessus fuisset multa mala fuisse tractata contra D. Path: am, amputatum fuit sibi caput in Foro Utinensi die. II. Aprilis, & sepultus apud minores sine officio, et extra Cemeterium. –

De recessu D. O. Pathẽ, et eius reditu –

Itẽ. pred.° anno. die. XI. may, sc die Dñico, R. P. D. O. Dei grã Pathã Aquil. recepit de Vtino, nisi tantum cum suis circa Nonam, et fuit Aquil.am quia significatum fuit sibi multa mala fuisse tractata contra eum per nobiles prescriptos, nec eum ibi benẽ esse securum –

Die uero. XIIII. pred.' Nobiles fecerunt Colloquium apud arivas, in quo interfuerunt oẽs de Foroiuly: et die sequenti fa: cta fuit quedam conspiratio inter eos, et iurauerunt omnes insimul facientes Vicedñum D. Varnerium de Cucanea, ordinan: tes ibidem, quod de bonis Aquil. Curie satisfiat D. Comiti de destructione Venzoni, et cum Ciuitatensibus. qui erant extra Ci: uitatem de destrtione domorum, et quod deberent reddire in Ciuit qui redierunt in Ciuit: die ultimo May. Et facta fuit concordia inter intrinsecos, et extrinsecos d.a die. De discordia habetẽ. superius. Et p̃d.° die. XV. May uenit Cognatus D. Henrici Comi: tis, et intrauit Villam Morteglani cum magna gente nomine babanie, ubi fecerunt multa mala. Cum m̃ D. Pathã cuncta p̃d.a intellexisset, qui erat Aquilegie, statim eodem die inde recessit, et fuit Placentiam obuiam D. legato uenienti, et fuit Bono: nie, et Ferrarie cum d.° D. legato pluribus diebus. Postea accepta ab eo licentia uenit Teuisium, et facta conuentione cum Dño Rizzardo, uenit Vtinum die. V. octobris cum paucis de suis: sed D. Odolricus de Cucanea associauit eum –

locuste fuerunt in partibus Histrie, et Tulmini cum magno damno. 1309. de mense Iuny –

Qual.r D. Rizzardus succubiit in Vtino –

Anno Dñi. 1309. D. Rizzardus de Camino uenit Vtinum. 2.° die post festum B Martini cum magna multitudi: ne equitum, et hospitabatur in Grazano: et erant cum eo illi de Prata, de Porcillis, de Spengimbergo, de Cucanea, et aly Foroiulienses quamplures, oẽs Nobiles de Taruisio, et eius districtu. fuit m̃ in tractatu cum D. Pathã pluribus diebus super pace reformanda de discordia, que fuerat intẽ eos, et uolebat quod D. Pathã faceret eum Cap.um gnlẽm in foroiuly: et ipsis existentibus in tractatu, et non concordantibus, p̃fatus D Rizzardus die Dñico. XV. exeunte Nouembri, tractatu, et inductu Magr̃i Nicolai fily Albinuti de Vtino, qui habebat magnam partem in Vtino ratione cuiusdam iure, et cons: pirationis facte ad inuicem, non dubitans quin h̃ret terram, post prandium armata manu intrauit Utinum per portam Grezani: sed grã, et auxilio Dei factum est, ut clausis oĩbus portis, excepta illa Grezani, quam dictus Magr̃ Nicolaus pro fecerat in Gurgite, timens quod acciderat, oẽs conuerterentur in fugam, et ibi remanserunt mortui. XIII. intẽ quos in: terfectus D. Valteruspertoldus miles de Spẽgimbergo, et aly fuerunt nobiles milites D. Rizzardi. Capti fuerunt ultra. C., et quemcumque capiebat, quia suus erat. Et de ipsis captis hũit D. Pathã in magna quantitate, et redimebãt se pecunia: et fuit talis qui redemit se mille mar̃. aly. CC mar̃., aly secundum suam possibilitatem, ita quod aliqui ex Utinensi: bus ob hoc mirabilr̃ sunt ditati. Equi boni, et magni remanserant intẽ. lesos, et illesos ultra. C. & L. et quicumq. aliquem capiebat suus erat, et gratia Dei procurante nullus ex Vtinensibus fuit lesus, sed q̃ solumodo mulieres per cancellos, et rustici de uillis fecerunt illam uictoriam –

Tunc Dñus Pathã fecit Ill. uirum D. Henricum Comitem Goritie Cap.um Gnlẽm in Foroiuly: Qui D. Comes congrega: to suo exercitu iuit ad recuperanda sup̃sta loca, que detinebat D. Varnerus de Cucanea pro expensis factis, ut dicebat qu: ando fuerat Vicedñus pro manutenendis locis p̃dictis; et pm̃o equitauit ante Tricesimum, et ipsum locum rehabuit sta: tim, sc. die. VI. ex.° septembri. Deinde. IIII. die sequenti habuit Artiniam, et die. III. sequenti habuit Tumecium, et sclu: sam d.s D. Comes, et omnia ista loca habuit pactis, quia dimisit desirentẽs ire cum bonis, & personis, que possent por: tare –

De impositione. VIII. dñr̃ pro foco –

Anno dñi. 1310. R P. D. O. Pathã imposuit in Forum Iuly. 8. dñr̃ pro quolibet foco, et rota molendini pro subsidio eundi ad Conc.um Gñle ordinatum per Papam Clementem apud Vieñam, cui pecuniam, sc. partem sibi contingentem sol: uit Caplũm Ciuitaten. de mense Feb.° die –

De Montefalcone. –

An. pd.° in mense feb.° iuitcum exercitu suo D. Comes ante Montemfalconem, et Castrum obsedit, et durauit ibi in ob: sidione circa. XV. dies, quem locum detinebant illi de Cucanea, ut predictum est de alys: quem quidem locum detinentes, ut irent securi, dederunt Dño Comiti, quia non habebant alimenta, die ultimo febr̃. –

De Villaltã

De Villalta.

Anno pd° cum eēt D. Comes cum exercitu suo apud S. Danielem, D. Odolricus de Villalta, qui erat de parte D. Rizzardi cum promisisset sibi uicissim ipse, et aly de Villalta non intromittere, nec dare locum suum alicui, nec sibi nocere in locis suis, et in Villalta sub certis penis. Sed apud locum Iuaniz quemlibet quem uellet. Intromiſit bene centum pedites, quos sibi misit D. Rizzardus, quem locum D. Comes statim obsedit cum suo exercitu, et Comunitatibus et Castellanis: et fuerunt mortui in illa obsidione quamplures, et maxime de sollonerijs missis ibidem per D. Rizzardum. Tandem uidens D. Odolricus, quod se manutenere non posset, ut iret securus, quo uellet cum suis locum suum die. III. ex.° martio tradidit Dño Comiti: in quo loco inuentum fuit tantum bladum, quod est incredibile, et alia uictualia, et inde omnibus asportatis ubi placuit D. Comiti, et Vtinum, fecit dirui ipsum locum, et D. Odolrico pd.° dedit D. Rizzardus Castrum nouum, qd habebatin pignore a D. Comite supd.°

De Cauoriaco

Anno pred.° statim diruto Castro supd.° ut pdictum est, D. Comes obsedit Cauoriacum, et ipsum locum habuit, et Villam die, g: Aprilis, et fecit ipsum dirui, et fossata destrui.—

De Cucanea

Cum esset adhuc D. Comes in destructione Cauoriaci, D. Odoricus de Cucanea uenit. XV. die exeunte Aprili in nocte in Cucaneam, et unum locum furatus fuit D. Adalpretto, ipso existe infirmo, et portato apud Pertistans. Conuenerunt ñ, et facte erant bone securitates, quod Dñi Thomas, et Adalpretus debebant ipsum locum custodire, nec Dñi Varnerius, et Odoricus frēs debebant ibi uentre, nec inde debebatur nocere alicui. et statim cum D. Odoricus habuit Castrum, combussit totam uillam de fagedis, et die sequenti uenit D. Comes cum suo exercitu in Villa Zerati, et statim ibi aliquibus diebus postea secessit in Pouoletto. Sui uero equi omnia blada uillarum circumiacentium comederunt, et destruxerunt, et ibi depredabant, et expoliabant tam amicos, quam inimicos. Qui D: Comes inde recessit, et fuit Goritiam die. VIIII. Aprilis—

De Babanich cognati D. Comitis aduentu—

Venit Ill. Dominus Iuan Cognatus D. Comitis Goritie cum magna multitudine babanis circa. vi. centos, ut dicebatur, die. XIII. ex.° Maio in Forumiulij sub Vtino in Villa Cusinachi in auxilium D. Comitis contra D. Rizzardum de de Camino, et suos Fautores—

Itē. XII. die ex.° Maio R. D. O. Dei grā Pathā, una cum D. Henrico Comite, et Babanitz, et Foroiulensibus exierunt utinum cum magno exercitu, et transierunt Tulmentum in destructione inimicorum suorum, et exibuerunt prelium D. Rizzardo, qui erat in Sacillo cum suo exercitu, sed noluit acceptare. Vnde cum non possent transire fluenzam, fuerunt ante Ualuasonem, et fecerunt ibi satis magnum damnum, sed cum nihil possent proficere, inde recesserunt. et iterum uenerunt ante Cucaneam in festo B. Quirini die. IIII. Iunij, et proijciebant cum machina in Neboyse continue, et factis multis, et actis edificijs, propter quod qui erant ibi intus, uidentes quod se manutenere non possent, in uigilia S. Iois, et Pauli de nocte imposito igne in d.° loco recesserunt, antequam accenderetur ignis, et iuerunt in Cucaneam, et ita combustus fuit Neboyse, et postea paucis diebus elapsis habuit Cucaneam—

De Verra, et discordia orta intē. D. O. Pathām, et Dnūm Henricum Comitem.—

Anno Dñi. 1313. cum sicut dicebatur D. Pathā, existente Comite Cap.° fecisset cum Duce Austrie, et cum Paduanis, et Tarusinis quamdam iuram contra Comitem pd.m ideo qiā loca eccle Aquil. uidel. Iosp. ansperch, Montem falconum, Tricesimum, Arihenam, Sclusam, Tumecium, Faganeam, S. Vitum, Sacillum, et Canipam occupauerat, uolens loca pd.a de manibus eius eripere: et Dux Austrie in Tulmino debebat mittere Epūm de Gurgh cum apparatu suo: quod intelligens D. Comes statim cum gente sua adijt Tulminum, et comburri fecit totam uillam, existente in Curia Tulmini Ottobono nepote Dñi Pathē: et ipsam Curiam obsedit die. 13. Septembr. Sed cum locum non posset habere, nec intrinseci aliunde habere auxilium, finalr concordauerunt taliter, quod irent securi cum personis quo uellent: et sic D. Comes habuit locum ipsum, et Castrum die. VI. octubr. et dimisso ibi D. Paulo de Ciuit. pro Capit.° rediit Ciuitatem die. VII. pd.i Mensis—

De preda facta ante Vtinum—

Anno pd.° die. VIII. octobr. totus exercitus D. Comitis, ignorantibus Ciuitatensibus, iuit ante Utinum, eo quia fauebant, et inducebant aliqui D. Pathām ad faciendum Verram D. Comiti cum quibusdam Castellanis: et subito facto insultu ad oēs portas amālia non modica accepere, et ēt homines ceperunt quamplures—

De aduentu Babanicz.

Dein anno pred.° die. X. octobr. D. Iuan Babinitz uenit in auxilium D. Comitis, et steterunt ante Utinum per plures dies, deuastando Villas circumiacentes, et totaliter destruentes—

De Castro de Piris.

Eodem anno, quia D. Federicus de Pyris, et de Susans adiuvabat D. Pathām, et in Utino factus fuerat Capit.° D. Comes incontinenti iuit ante Castrum de Piris: et ipsum die. II. Nouembr. cepit, et funditus diruit. Postea ante Susanis equitauit: et quia D. Federicus fuerat vulneratus, et iacebat ad mortem, tradidit sibi locum, quod

comissum

comissum fuit D. Wicardo de Petrapilosa: Sed postea fuit sibi restitutum cum magna securitate, quod non faceret contra Comitem –

De concordia inter Dnūm Pathām, et Comitem –

Paucis diebus elapsis facta fuit concordia inter eos; ita quod D. Comes factus fuit Capit^{s} per V. annos, et omnes redditus Pathā tus, & garitum habere debeat; ita quod Pathā nihil habebat agere, nisi accipere à D. Comite. III. millia mar. in determinatis tax. et sic omnes iurauerunt sub Comite tanquam sub Capit^{o} ut ne possent Castellani retrogradare, omnium filios accepit obsides, et eos duxit Goritiam –

Anno. 1314. orta iterum discordia inter D. Pathām, et Comitem, et quia D Comes detinebatōia loca, seu fortalitia Eccl̄e Aquil. quod nolebat D. Pathā, nec esse in pactis habitis int̄ eos dicebat. Finalit̄ post multa tractata, et concilia super hoc habita, conue= nerunt ipsi D. Pathā, et Comes die. XII. ex^{o} Septembr. in pratis int̄ Ramanzachum, et Grillonum apud Turrim in hoc pactum, et concordiam, uidel. quod à proximo futuro festo Purificationis B. Marie in antea D Comes debebat restituere Castra, que detine= bat: et D Pathā debebat hr̄e garritum, et omnes redditus, et prouentus in se, sicut unquam hūit aliquis Pathā. et tunc ibidem fe cit eum Capit^{um} ad uitam suam dando sibi pro salario centum mar. in mense Et sic facta bona concordia int̄ eos, D. Comes eod^{o} die arripuit iter cum magno apparatu equitum in auxilium Ducis Austrie, qui uolebat obtinere imperium contra Regem Boemie, et dicebatur quod quicunque preualeret in bello inter eos faciendo, debebat esse Imperator, quod bellum In̄ non fece= runt, et erat ibi tanta sterilitas, quod exercitus D. Comitis septem diebus nihil comedit, nisi rapas · redyt n̄ D. Comes die. *

De morte D. Ottoboni Pathē.

Anno D. 1314. R. D. Ottobonus Pathā die. X. ex^{o} Septembr. arripuit iter ad D. Lucam de Flesch Ianuensem Cardinalem uacante sede Papali per mortem Sm̄i Pape Clementis, eo quia d^{s} D. Cardinalis citauit eum ad se unde per nonnullos sperabatur, quod d^{m} D. Pathām crearent in Papam: quod minimè factum est, quin ipso inde reuertente graui infirmitate detentus obyt anno Dn̄i. 1315. die. 13. Ianuarij in Comitatu Placentie in Castro de Arquar, et ibidem fuit sepultus –

De morte B. Petri Prepositi, et electione D. Varneri –

Anno Dn̄i. 1314. obyt uen. D. Petrus de Piperno Prepositus Eccl̄e Ciuitatis die. IIII. Martij, à quo Capl̄um habebat ad fermam prepositturam, et prebendam Ciuit. pro. CCC. Florenis soluendis eidem anno in Natiuitate Dn̄i Venetijs, uel Padue boni auri. Eo uerò mortuo citatis, et uocatis, qui uoluerunt, debuerunt, et potuerunt comodè. Interim die. X. intr^{o} Iulio Decanus et Capl̄um conuenerunt ad electionem de Preposito celebrandam per formam scrutinij: et fuerunt electi Dn̄i P. Varnerus de Gallano, et Girardinus nepos D. Pathē non in sacris ordinibus constitutus. habens uoces tot unus, quot alter Can^{ci} Ciuit. De= mum mortuo Pathā, ut dictum est, D. Girardino existente cum eo, D. Guarnerius adyt D. Decanum, et Capl̄um Aquil. supli cans, quod confirmare dignaretur electionem de eo factam. Qui uolentes per formam iuris procedere, ipsum D. Girardi = num per litteras, et eorum nuncium iuratum citauerunt, nec non per edictum fam in Eccl̄a Aquil. quam Ciuit. Qui D. Girardinus ultra terminum diutius expectatus, et cum ipse, nec aliquis procurator pro eo compareret ad obycien. contra D. Varnerum, uel electionem. p̄d^{i} Dn̄i, Decanus, et Capl̄um Aquil. ad quos uacante sede confirmatio pertinebat, inuenientes electionem factam de D. Varnero canonice celebratam, et ex paritibus Dn̄orum Bernardi Decani, et totius Cap̄li, tam illorum qui elegerunt D. Girardinum, quam D. Varnerum precibus inclinati, D. Varnerum in Prepositum Ciuit. Eccl̄e gratiosè, et be= neuolè confirmauerunt die. II. Aprilis anno Dn̄i. 1315. qui quidem D. Varnerus adyt Ciuit. et benè, et gratiosè receptus à Clero, et populo die. V. Aprilis fuit installatus per D. Odolricum de Strasoldo, qui fuerat datus ad hoc Nuncius per Capl̄um Aquil.

De electione D. Gilonis in Pathām.

Anno Dn̄i. 1315. die Dn̄ico uidel. Reminiscere. XVI. intr^{o} Feb^{o} mortuo D. Ottobono Pathā, conuenit Capl̄um Aquile= gien. ad electionem de Patha futuro per formam compromissi celebrandam: et compromiserunt in D. Guillm Decanum Aquil. et Dn̄os Ludouicum, et Philippum Canonicos Aquil, qui unanimit̄, et concordit̄ elegerunt D. Gilonem, eorum Archidiaconum, et Canonicum in Pathām, Dnūm, et Pastorem, qui arripuit iter ad Curiam pro confirmatione obtinenda die. XIIII. intr^{o} Ap̄li anno p̄d^{o}

De confirmatione D. Henrici Comitis Goritie in Capit^{um}
et de Uerra orta inter eum, et quosdam.

Anno p̄d^{o} die * ex^{o} ianua^{o} cum ueraciter scitum fuit de obitu D. Pathē factum fuit in Ciuitate Colloquium gn̄ale, in quo colloquio confirmatus fuit D. Comes per eos omnes, qui hoc facere habent, in Capitaneum usque ad aduentum futuri D. Pathē: et ità omnes iurauerunt sub eo –

Stante uero tota terra in bona pace, et tranquillitate die Iune. VI. ex^{o} maio facta fuit in Utino quedam iura, et conspi ratio contra D. Comitem: in qua iura fuerant Utinenses, Glemonenses, Dn̄i Odolricus de Cucanea, qui factus fuit Capit^{s} in Utino, Artuicus de Prampergo, qui factus fuit Capit^{s} in Glemona, illi de Villalta, Federicus de Susans, illi de Coloretto, de Mels, et multi alij Castellani: et eodem die D. Artuicus cepit Arthenam, Buiam, que loca tenebant̄. per D. Comitem. Habitatores de S. Daniele, et de faganea dicta loca acceperunt in se, et ita multiplicata sunt mala in terra. qui D. Comes congregato ꝯ modico exercitu fuit ante Glemonam, et runcauit eis segetes, uites, et arbores, et eis intulit magnum damnum –

De Castro de Susans. –

In festo SS. Geruasij, et Prothasij cum d^{o} suo exercitu fuit ante Castrum de Susans, et intulit intrinsecus statim bel= lum, et ipsum Castrum habuit ipso die circa completorium fratrum: et captis tribus filijs D. Federici cum alijs pluribus,

D.

D. Federico existente tunc in loco pd.° quia erat Glemone, acceptis mobilibus, et exportatis, que intus reperta fuerant, die sequenti ipsum Castrum funditus fecit dirui –

De Castro de Colloreto.

Diruto Castro p̄scripto, statim obsedit ipse D. Comes Castrum de Colloreto: et cognitantes Dñi se non posse tenere de dicto Castro, se subtraxerunt dimisso loco bene munito farina, et uino, et alijs neccessarijs, nec non bonis ballistis, et uiris non paucis. Demum ipse D. Comes ipsum locum habuit, affidatis tantum̄odo personis, que intus erant, die. vi. exeunte Iunio: et ipsum funditus fecit dirui, acceptis prius bonis intus repertis –

De Castro de Mels.

Die. X. ex.° Iunio idem D. Comes cum toto exercitu suo obsedit Castrum de Mels, et duravit obsidio usq. ad. XIIII. diem ex.° Iulio tali pacto, et conditione, quod Castrum de Buia, quod fuerat acceptum, D. Comiti eidem restituerunt: et steterunt illi de Mels dare illis de Coloreto pro damnis habitis. c. & L. mar. quia dicebant illi Coloreto, quod causa illorum de Mels habuissent damnum quod habuerunt, et se D. Comiti opposuissent.

De Morucio –

In festo B. Margarite cum toto exercitu D. Comes obsedit Morucium: et die. IIII. sequenti uenerunt ad concordiam in hunc modum uidel. quod illi Dñi de Morucio iurauerunt parere D. Comiti, sicut Capit.° usq. ad aduentum D. Pathē: et Castrum debere custodiri per D. Winther nōie D. Comitis usq. ad unum annum. Facta compositione, et concordia de Morucio, sequenti die obsedit Villam, et cum uideret ibi nihil posse proficere, inde recessit: et die * Augusti uenit in Villam Reane, et Zumpite, et accepit aquam Utinensibus. Postea die. XIII. cum toto exercitu suo uenit ad Villam Orsarie, et ibi fecit cum suis, et circumquaq. damna magna. Utinenses uero statim cum recessit, miserunt aquam –

De concordia inter D. Comitem, et Utinenses, et Glemonenses, et Castellanos. –

In festo decollationis S. Iohīs anno pd.° facta fuit concordia inter Dnūm Comitem ex parte una, et utinenses, et Glemonenses, et Castellanos de uerra supd.ª ex parte alia in hunc modum. *

De briga facta in Ciuitate.

Anno Dñi. 1315. die Dnico. 13. intr.° Iulio post cenam in hora completory Fratrum, Henricus f. q. D. Iohīs de Portis cum quibusdam suis compluribus ex parte una, et filijs Virgilij Gūilli de Grusipach cum suis fautoribus ex alia, conuenerunt ad brigam apud domum Comūnis. Qui Henricus ibi statim fuit interfectus. Superuenit m̄ Federicus fr eius, et ipso ignorante de facto totaliter, exclamando pacem, fuit uulneratus, et mortuus fuit ante Campanam ignis: et quamplures uulnerati fuerunt. Ex alia parte fuit uulneratus Guillm de Grisimpach cum filio, et Nepote, et alijs pluribus. Guill.° uero Gallongani cum parte sua ascenderunt super Turrim D. Asquini de Varmo, ita quod per totam terram erat prelium maximum. Tunc D Federicus de Erbest ayn Mariscalcus D. Comitis cum Dñis de Portis amicis uersus dictam Turrim adeuntes, uolebant eos capere: Sed illi cum ballistis, et lapidibus se defendebant. Ad ultimum se d.° mariscalco tradiderunt: qui eos scil. Iohēm, et Guillelmum Galengan frēs cum uno filio, Virgilium cum tribus filijs, Raynerotum cum duobus filijs captiuauit in domo de Portis: et bona eorum fuerunt p̄ Theotonicos accepta. unus filius Gūilli pd.i qui fuerat in Ciuitate, die martis sequentis proiecit se per muros terre, uolens fugere, et apud pontem Porte Brossane fuit interfectus, ac per totam terram strascinatus. D. uero Comes Goritie uenit in Ciuitatem die Dnico tunc sequenti, et die Iune in uigilia S. Marie Magdalene fecit amputari caput Guillo Galengani apud domum Comūnis. Tunc D. Comes fecit duci Raynerottum, Virgilium cum filijs, et filium Gūilli pd.i Goritiam: unde multa mala creata fuerunt, et illi de Portis cum amicis suis obtinuerunt – *

Anno Dñi. 1317. Smus Papa Iohēs ad preces Regis Roberti dedit pathātum D. Cardino de la Iuze in festo S. Silue stronis Dñi 1318. die XII. ex.° Aug.° D. Cardinus Pathā uenendo Flor in forumiulij obyt et ibi sepultus est. –

Anno Dñi. 1319. Smus Papa Iohēs prouidit de Pathātu Aquil. D. Pagano Epo Paduano –

Anno Dñi. 1320. die. 12. Nouembr. fuit prelium magnum in Utino apud Domum Comūnis inter Dnos Hectorem, et Federicum fratres de Sauorgnano, et eorum amicos ex parte una, et Dnūm Sperantium, et Untilinum fratres cum amicis suis ex alia. Qui uenientes ad iniurias ceperunt dicte parties inter se acriter preliari: in quo d.° D. Hector per D. Sperantium fuit uulneratus, et Hermolianus, et Dionysius interfecti. D. Pathā existens Ciuitate statim cum sibi pd.ª notificata sunt, cum festinatione equitauit Utinum cum Ciuitatensibus. Qui Ciuitatenses una cum Utinensibus adierunt ad domos p̄dictorum Dñi Speranty, et Ventilini: et eas ceperunt; et ipsos frēs, et filium Dñi Thomasini, et alios quamplures circa. XXVI. interfecerunt, et eorum bona abstulerunt. Ita quod pars Dñi Hectoris obtinuit cum adiutorio Ciuitatensium –

Anno Dñi. 1323. D. Henricus Comes Goritie in festo S. Georgij hora uespertina tripudij uenit ei quedam infirmitas, de qua statim ex improuiso mortuus est in Teruisio, et ibi honorifice sepultus –

Anno Dñi. 1324. uenerunt in forumiulij m.ci Dñi Duces Austrie, et Carinthie cum maxima hominum comitiua facientes maximum damnum in forojulij –

Hic finit Chronicon Juliani.

Anno Dñi. 1327. ind.° X. in festo Natiuitatis Virginis M. in nocte circa mediam noctem fuit subito tanta aquarum abundantia, quod Natissa in tantum creuit, quod iuit per totum burgum porte Brossane usque ad portam Ciuitatis, et plures domos destruxit: et intrauit aqua per Cancellos Eccle S. Petri in d.° burgo, et *

Hic incipiunt Conscriptores.

Anno Dñi. 1331. ind.° XIIII. die. XV. intr.° Septembr. Dñi Progna de Zuccula, et Petrus eius fr una cum D. Iohe de Villalta, et alia non parua comitiua furtim circa horam matutinam Dnorum minoris Eccle Ciuitis per portam leprosorum apposuerunt scalas ad murum burgi pontis; et ij qui pmo intrauerunt burgum, fregerunt portas, et residui intrauerunt. *

Huc usq. ex Juliani Chronico, sive &c. in libretto.

In libretto D. Iohīs Iacobi de Venustis.

1345. Plures de Utino contra Sarasinos de mandato D. Pape absoluti à peccatis –

1343. Combustio Canippe Capli Ciuitatis, et multarum domorum –

1344. D. Pathā misit gentem suam sub Pinzanum –
De Colā et refectorio Capli in Ciuitate.
Eodem anno deditio Pinzani –

1344. De tractamento ad accipiendam Ciuitatem –

1345. D. Pathā iuit manzanum ad loquendum Comiti.

1348. Die. 25. Ianuarij circa horam uespertinam fuit terremotus magnus, qualis non fertur in aliquibus scriptis. Eodem quoq. anno iam incepta pestilentia –

Anno Dñi. 1364. ind.e ii. die 22. Septembr. D. Fran.cus de Urauspergo, ac de Villalta amissa Villalte parte circa an. Dñi. 1353. tempore Dñi Pathe Nicolai sese subdidisset Dñio Ducis Austrie, paucorum annor. facto interuallo uniuerse carnis debitum soluit, cuius filij Iohēs, Thulbertus, et matthiussius patrizantes, cum hominibus Ciuitatis guerram habentes, accipientes de montibus equos. *

1364. ind.a 2. egr Pnps D. Ludouicus de la Turre fecit ruinari funditus castrum Zuccule Dnorum de Spellimbergo –

Hucusq. Passerinus, seu quis quis alius. Descripta per me. Bellonum Not.um &c.

Que sequunt. ab eodem Bellono manu propria descripta sunt.

Marchia Carniole.

M.LXX. olim Excmus D. Henricus Ro: Imp.r Gerardo Pathē S. Aquil. Eccle, et ipsi Eccle donauit in perpetuum marchiam Carniole de ipsius D. Imp.ris regali proprietate, et potestate, in proprietem, et potestem cum omnibus suis iuribus, et honoribus –

1208. Otho. IIII. Ro. Imp.r ipsis iuribus, que Aquil. Eccla habebat in Marchia Carniole, sibi ostensis per R.D. Gulfre = dum Pathām Aquileg. prius ibi facta in eodem instanti spontanea ressignatione per D Ludouicum Ducem Bauarie de dicta Marchia Carniole, quam occupabat, eamdem Marchiam Carniole in perpetuum dedit, et concessit eidem Dño Pathē Aquil..

1220. Imp.r Fredericus Marchiam ipsam Carniole cum suis iuribus, et honoribus Rmo D. Ulcherio Pathē Aquil. semper pro se, et Eccla sua Aquil. tradidit, et concessit, et omnia iura, que d.a Aquil. Eccla habebat in pdictis confirmauit –

1261. D. Ulricus Dux Carinthie pro se, et Dño Philippo frē suo inter cetera dedit libere, et perpetue D. Gregorio Pathē quecumq. habebant, et hrē uidebantur circa syluas Porinor, in Cabo, et forotulij tam in Castris, quam in Villis, predijs, dominis, seruis, et ancillis, et alijs hoibus, possessionibus, et aduocatijs, et alijs bonis omnibus tam fundatis, quam non, ac omnibus bonis, et pertinentys eorundem prefer duas Villas, scil. Uigonuf, et Olcum, quas donauerat Abbatie de Milstath: et eidem D. Pathē promisit eluere omnia, et singula, que ei donauerat, ut super, et hoc pro damnis datis, et illatis ipsi Eccle Aquil.

Laybach.

Ite. constat restituisse eidem Dño Pathē eundem D Ducem oia bona, et Castra Eccle Aquil, ubicunque per eum forent occupata, promisisseq. reedificare Castrum Guardenochs, atq. dedisse & donasse Castrum laybach cum omnibus suis pertinentys, et Castris; uid. Gorzach, Orthimberch, Valchemberch; Ite. Iglom, et uroperch cum eorum iuribus, hoc siquidem modo, quod D.D. Dux, et Heredes sui legitimi ex legitimo matrimonio ex eo geniti laibachum cum Castris supradictis habita re debebant * recepisse ea ueluti Vassalli in feudo ab ipso D. Pathā, et Eccla Aquil. et sic ibidem fuit inuestitus ipse D Ulricus per ipsum D. Pathām de Laybaco, et Castris pdictis. iure feudi. Ceterum ipse D. Dux promisit, quod statim eo mortuo sine heredibus ex eo descendentibus, et frē eius similiter, quod statim laybacum, et Castra supd.a restituerent. ipsi Eccle qualibet deffensione cessante –

1261. D. Rotilinus Castellanus Castri laybacensis Nuncius tenute datus per D. Ulricum Ducem Carinthie, eidem Dño Gregorio Pathē de pdictis Castris laybaci, et Castrorum superius nominatorum Dños Beringerium Prepositum perpetuum S. Ulrici, et Ropertum de Budrio procuratores pro D. Pathā, et eius Eccla Aquil. * in possessionem induxit –

1262. Ill.s D. Dux Philippus electus Eccle Salsburgensis frē pdicti D. Ulrici Ducis ratificauit oia data, et concessa ut super per Ulricum frem suum –

1279. Ill.s Pnps D. Philippus Dux Carinthie defuncto iam frē suo D. Ulrico Duce Carinthie condidit suum ultimum testamentum, legauit Castrum, et Ciuitatem laybacensem cum oibus priuilegijs ad ipsum spectantibus; cum hoc quod si quis abstrahaeret eandem Ciuitem, et Castrum ab Aquil. Eccla, quod eidem Eccle duo millia mar. argenti debet elargiri et ipsa Eccla Aquil. utaly. libere in proprietate iure suo. –

1288. Meynardus Dux Carinthie in differentijs cum Raymundo Pathā Aquil. Pz quod super facto laybaci, et aliorum Castrorum in Marchia Carniole positorum, et tenebat nomine Exmi Regis Ro: Imp.is se remittendo ad eius ordinationem –

Treuen, et Tyuen.

1163. D. Ulricus Pathā una cum Frē suo D. Valfrado, et Matre eius Enna castra Treuen, et Tiven, quorum erant in proprietate, et possessione, cum uniuersis ministerialibus, alodijs, iurisdictionibus, et alijs quibusdam ad dicta castra pertinentibus in perpetuum contulit, et donauit S. Aquil.ri Eccle; uid. omnia que habebant circa lacum de ossia, et in Villis

de

de Treuen, Wilanith, Gaargach, Taerich.

1180. Federicus Ro: Imp.r confirmauit pred.a ipsi D.Ulrico Pathē semper per se, et Ecclā sua Aquil..

1214. Federicus Rex Ro: et Sicilie D.Uolcherio Pathē Aquil. pro se, & Ecclā sua confirmauit supīam donationem Castrorum Treuen, & Tyuen.–

1230. Idē D. Federicus. II.r Imp.r iam triumphans in Imperio confirmauit D.Ulrico Pathē eorum donationem Ecclesie * Castrorum Aquileiensi.–

1265. Inter Pathām D. Gregorium, et D.Ulricum Ducem Carinthie fecisse confederationes de se, et iuribus suis ad inuicem iuuandis, et defendendis in quibus pactis ipse D.Ulricus Dux Carinthie promisit eidem D.Gregorio redimere possessiones, et bona Ecclē Aquil. oblata dudum D.Ulrico Comiti de Sternimberch, uel alijs Personis in partibus Tyuen, et Treuen– ubilibet existentia: et hoc pro mille mar., in quibus idem Dux eidem Pathē erat obstrictus; et si pd.a eluere negligeret, extunc ipsi D.Pathē, et Ecclē Aquil. Castrum suum Nossenuos cum 60. mar. de redditu ad usum specialiţ. dedit, et promit quod D.Philippus frē suus ratificabit. et promisit quoq. idem D.Dux Ulricus eidem D.Gregorio Pathē, quod tam liberi, quam serui, qui priùs habitabant in Foro Guardensech Ecclē Aquil. compellet; et uenire ad habitandum faciet in d.o foro, et Castrum ipsum Guardensech incipiet perficere, et edificare facere de lignām castri noui. Quod dictus D.Dux construi fecerat in loco, qui dicitţ. afoler–

Loss.

1244. Ulricus Comes de Sternberch concessit in perpetuum Bertoldo Pathē Castrum, et prouinciam de Loss–

Itţ. in eodem anno pfatus D.Ulricus Comes resignauit Pathē Bertoldo omne ius suum in castro, et predio de Chemich cum suis pertinentijs, ueluti dudum Comes Guills cum frē resignauerat–

1335. Pathā Bertrandus inuestiuit Comitem Hermanum de Oriemburch prose, et frē recipientem de Castro, et Prouincia de Loss: qui Comes se obligauit Pathē, et Aquil. Ecclē seruiturum cum persona propria pertres menses cum xo. Elmis, et X. ballistarijs suis sumptibus, et expensis quandocunque semel, et pluries fuerit requisitus perpetuo in Uerris, et pro defensandis, et recuperandis iuribus Ecclē Aquil.

Windisgratz.

1251. Perioldus Pathā Aquil. donauit Ecclē Aquil. Castrum de Windisgratz cum foro, et prouinciam totam in perpetuum, quod suum erat cum omnibus alijs suis locis ad ipsam Prouinciam pertinentibus, tam in proprietate, quàm in possessione–

12* D.Pathā Raymundus tanquam uerus possessor Windisgratz, et prouincie pred.e constituit suum Capit.um in eisdem gnlem D.Henricum de *

1356. In conuentionibus factis inţ. Pathām Nicolaum, et Albertum Ducem Austrie, ipse Dux promisit Pathē exigere, et luere pro mille talentis dnī ueronen. Castrum, et Prouinciam de Windisgratz, alitţ. refitiet oīa damna–

Uenzonum

1288. Nob. D.Guills de Uenzono resignauit D.Raymundo Pathē Aquil. omnia feuda, que ipse habebat, et agnoscebat ab Ecclā Aquil. in Castro, et Villis, et alijs ptim Villis Uenzoni: qua resignatione recepta, idem D.Pathā mag.cum D.Meynardum Ducem Carinthie tantum, ita quod ad eius descendentes, uel suorum transire non debererde iure, quod idem D.Guillelmus habebat in pdictis castro, et villis Uenzoni ab Ecclā Aquil. inuestiuit–

1335. Pathā Bertrandus D.Ottonem Ducem Austrie prose et Dño Alberto frē suo recip. de feudis, que tenet ab Ecclā Aquil. inuestiuit. in qua gnli inuestitura expresse fuit exceptuata terra Uenzoni, quam idem D.Pathā sibi, et Ecclē retinuit habendam, tenendamţ.

1338. Ill.s D.Iohēs Dux Carinthie facta primitus inuestitura per R.D.Pathām Bertrandum in persona d.i D.Ducis Iohīs ueluti Vassalli Ecclē Aquil. de omnibus feudis, que tenet ab eadem Ecclā, idem D.Iohēs Dux, gener Ducis Henrici Carinthie, descendentes Mag.ci Ducis Meynardi supīoriati, cui primitus fuit infeudata terra Uenzoni solūmodo prose habenda, et non heredes, et &c. si quod ius prenōiatus D Iohēs, uel D.Henricus eius Socer habuisset in terra, illud expressè dedit D.Pathē, et exprē renunciauit–

1351 D.Dux Albertus promisit D.Nicolao Pathē Aquil. contra Ecclē Aquil. rebellantes non recipere in suam protectionem, neceis prebere fauorem–

Grauamina, et iniurie illate Ecclē Aquil. per Dnōs Duces Austrie; tempore Iudouici Pathē.

In primis recitatţ. quod inţ. cetera origo omnium discordiarum inter Ecclām Aquil. et Dnōs Duces Austrie est, quia antiquitus, et continue conati sunt, et conantţ. occupare iurisd.es, bona, et honores ipsius Ecclē in partibus Alemanie, et in forotulijs–

Itţ. consueuerunt ipsi Duces in Patria tenere Portusnaon, et certam partem Raganie, quod totum est feudum Ecclē supradţ. de quo legitime sunt priuati per ea, que fecerunt contra ipsam Ecclām, et incolas eiusdem, ac personas Pathārum,

et specialiţ

et specialr. Ludouici, pro ut inferius declarat.

Itẽ. quod D.Dux Rodulphus natus D.Alberti Ducis uolens totam patriam occupare cum magna armigerorum congregatione patriam inuasit, et Castra de Budrio, Manzano, et Monasterio Rosacensi occupauit –

Itẽ. factis infinitis derobationibus, interemptionibus, combustionibus, et alijs damnis Eccle p̃ciate, et incolis eiusdem, demumsuis promissionibus precedentibus secum duxit D.Pathã Ludouicum in Alemaniam sub colore litterarum affidantie cum pactionibus ipsum D.Pathãm conducendi ad imperatoriam Maiestẽm, in quam prefatus D.Pathã se compromiserat –

Itẽ. dum idem D.Pathã in itinere cum frẽ ipsius D.Ducis Rodulfi, Carrete ipsius D.Pathẽ cum omnibus, que superipsis erant, fuerunt derobate per Gentes ipsius D.Ducis, de quo ipse D.Pathã fuit expoliatus suo sigillo, et Eccle sue, litteris affidantie habitis ab eodem D.Duce Clenodeis argenteis, et aureis, alysque arnesijs suis, et familie sue, atq. pecunia non modica, nec non priuilegia, et scripture loquentes de iuribus Eccle amisse fuerunt –

Itẽ. dum D.Pathã pd.s fuisset ductus in Siuen tribulationibus non modicis cruciatus diu expectauit D.Ducem, qui Venetias fuerat, et cum in eius aduentu speraret, ut eum iuxta promissa conduceret ad D.Imp.es presentiam, ipsum ducens per dilationes temporis expensas grauiss.as incurrit, et ad tantam peruenit extremitatem, quod nullus de Siuen audebat aliquid emere, uel recipere ab eo necessitate cogente, uel suis seruitoribus, quos oportebat equos uendere pro sui, et suorum sustentatione: et tunc eundem D.Pathãm solum cum Custodibus carcerare fecit in quodam hospitio: familiam autem eius totam captiuatam fecit in curribus in Castro de Mellico prope Siuen –

Itẽ. dum idem D.Pathã detentus maneret in mortis articulo, ipse D.Dux pacta damnabilia cum ipso ad sui beneplacitum composita, et scripta petijt abeo sigillari quodam parvulo sigillo, quia aliud magnum erat sibi surreptum, ut supdictum est. D.Pathã ad talia pacta damnabilia noluit obbedire, nec consentire; et demum non ualens ab eo alit liberari, tanquam coactus huiusmodi pacta enormia sigillauit bullato premisso –

Itẽ. dum het pacta inuito ipso D.Ludouico Pathã in Ungaria sigillata fuissent, D.Rex Ungarie hec sentiens aliqualr noluit consentire, ut comunis Amicus electus inter partes: immo expresse dissensit protestando, et sibi confici faciendo instrumentum, quia in damnum Eccle maximum redundabant –

Itẽ. tractu temporis D.Dux pd.s gentes suas armigeras in copiosa multitudine in Patriam Foriulij misit, que cum fauore seruitorum Eccle Aquil. sibi aquisitorum contra tam incendijs, et crudelibus spolijs, et derobationibus submiserit; In fine Rex Ungarie pietate comotus Treguas fecit usque ad festum S.Martini tunc sequentis: que male pro parte Ducis seruate fuerunt –

Itẽ. ipsis Treugis permanentibus, idem D.Dux Castrum Eccle, quod uocatur urunperch, dicendo quod ipse emerat, quod emi non poterat, quia Eccle Aquil. feudum erat, indebite occupauit. In quo uidebant. falso monete, quia ibi reperte sunt stampe ferree monetarum Aquil. Eccle ℘ grauiorum imperialium, et aliarum diuersarum –

Itẽ. tempore d.rum Treugarum fiebant derobationes redditiuum mercatorum, et stratarum uiolationes, laycarum, et regularium personarum depredationes, combustiones pergentes D.Ducis, et alios persecutores Eccle Aquil uid.de Castris S.Pauli in marchia Tarusana, loci de prata, terre, portusq. Castri de Gruario, et terre medune, omnium locorum Eccle Aquil. excepto Portugruarij, quod est D.Epi Concordien. Suffraganei d.i Dñi Pathe –

Castrum de la foran in Carsis –

1362. Castrum de la foran in carsis positum fuit per D.Ludouicum Pathãm inuestitum nob.Nicolao de d.o loco iure feudi.

De Sedegliano, S.Laurentio, Grigiono, Iatisana, Iuntz.

1220. 5. ex.r octobr. D.comes Meynardus senior de Gorizia cum manu, et uoluntate nepotis sui Comitis Meynardi iunioris de Goritia pro. 400. mar. argenti, quas D.Pertoldus Pathã Aquil. d.o Comiti Meynardo seniori persoluit, de quibus ipse Comes se bene solutum clamauit, et exceptioni non numerate pecunie abrenunciauit, et pro Villa de Sedegliano, villa de S.Laurentio, et pro villa de Grillons, quas prefatus D.Pathã eidem Comiti Meynardo seniori in feudum contulit, ut eas quamdiu uixerit hñt debeat cum omnibus redditibus, qui ex eisdem villis prefato D.Pathẽ prouenichant, et quos ipse ad manus habebat; ita tñ quod p̃fatus non debeat, nec possit easdem villas impignorare, inuestire, nec aliquo modo obligare: alit. debeat ammittere omne ius. et insuper tota proprietas, quam idem Comes habet in Iatisana, libere, et absoluẽ debet esse Eccle Aquil, et pro. IIII. mar. Aquil. monete, quaridem Comes in uita sua annuatim percipere debet demuta Aquilegie dedit, donauit, et ponendi super Altare S.Marci ad proprium tradidit Aquil. Case Dei, prefato D.Patha recipiente datum nomine, et uice eiusdem Eccle Castrum de Iuntz cum omnibus possessionibus, et masnatis, omniq.iure, et iurisd.s iure proprietario ad d.m Castrum pertinente: et Castrum de Rofenstayn cum omni iure, et portum de Iatisana cum omnibus suis pertinentijs: et insuper omnem suam proprietatem ubicumq. sit, quam tunc uisus erat habere, exceptis Pristinico, Carporat, Blancara cum eorum pertinentijs: et excepta illa proprietate, quam D.Federicus de Porcillis a p̃fato Comite in feudum tenebat: et salua questione, quam D.Pathã cum eodem D.Comite habebat de quadam sylua. et ibi incontinenti p̃fatus D.Pathã inuestiuit p̃fatos Comites de omni supd.a proprietate ad rectum feudum, in quod eorum heredes tam femine, quam masculi in eodem feudo succedere debeant: et quod p̃fati Comites, nec eorum heredes, uel proheredes, nec debeant, nec possint p̃fatum feudum alicui inuestire, uel aliquo modo alienare; Hoc excepto quod uxoribus suis donationem propter nuptias ydem facere possint, ita quod si ipse ex eis liberos, non susceperit, non debent habere

eandem

eandem donationem, nisi quamdium ipse uixerint. Deficientibus m̄ masculis, et feminis supdᵃ proprietas pleno iure ad Aquil. Ecclām absolute deuolui debet –

Manu omniboni iudicis et regalis aule Not. Transumptum per Paulum q. D. Iohis de Mutina Notᵐ ex originali autentico. 1342. 15. july.

Hæc, Juliani Chronico subjuncta ab Antonio Bellono, unâ cum Chronico eodem ex autographo Belloni exemplari sunt descripta.

RAPSODIAE HINC INDE COLLECTAE A ME JO. JOSEPH LIRUTI NATALIS F. APPENDIX.

Ex antiquo Necrologio Tabularij Capli Civitatensis, incoepto ad initium saeculi. XIII. Excerpta.

θ Luvisinus de Castro Veneris. 1277. ad die. 2ᵃ. Janᵢⱼ pag. 1.
θ D. Gabriel filˢ D. Biaquini de Camino. 1251. ad Xᵃ. Janᵢⱼ ibid.
θ Ven. pr D. Ottobonus pie memorie Aquil. Patha. 1315. ad. 13ᵃ. Janᵢⱼ pag. 2.
MDXL. Obijt in Xpō Rmūs in X. pr D. Jacobus Nordius Epūs Urbinas, Abbas Zarre, & Decanus Aquil. & Civitatensis. ad. 14ᵃ. Janᵢⱼ ibid.
1542. Obijt in Xpō Rmūs D. Sebastianus de Rubeis Epūs Caprulanus. ad. 3ᵃ. Febᵢⱼ pag. 4.
θ Ven. pr D. Raymondus pie memorie Aquil. Patha. MCCLXXXXVIIII. ~~[struck through]~~ ad. 23ᵃ. Febrᵢⱼ pag. 6.
θ Ven. in Xpō pr D. Artichus de Castello Epūs Concordien. 1331. ad 16ᵃ. Martij. pag. 8. tᵒ
θ Fulcherius filˢ D. Nicolai q. D. Fulcherij de Savorgnano. 1341. ad. 16ᵃ. Aprilis. pag. 11. tᵒ
θ D. Ulvinus Epūs Tergestinus. 1285. ad. 6ᵃ. Maij. pag. 13. tᵒ
θ Nob. & sapiens Vir D. Santtus de peregrinis de Justinopoli in jure canᶜᵒ licentiatus, in temporalibus Vicˢ gnlis pathe Aquil. sumersus est in Stella, & Utini sepultus in Eccla S. Odorici. 1396. Indᵉ IIIJ.ᵃ ad. Xᵃ. Maij. ibid.
Hic Pelegrinus obit felix patha secundus. M.CC.IIII.ᵒ ad. 16ᵃ. Maij. pag. 14. tᵒ
θ Ven. pr D. Bertoldus Aquil. patha. 1251. ad. 24ᵃ. Maij. pag. 15.
θ Rdus pr & D. D. Bertrandus S. sedis patha Eccle Aquil. 1350. ad. 6ᵃ. Junij. pag. 16. tᵒ
θ Rdus pr D. Ambrosius de parma Decret. Doctʳ Epūs Concordien. 1393. ad penult. Junij. pag. 18. tᵒ
Obijt in X. D. Franciscus de Crema Excellmūs poeta, sepultus est apud predicatores. sub 1525. ad. 14ᵃ. Julij. pag. 20.
θ Nob. vir D. Nicolaus de Chanussio, qui praeclarum opus de restitutione patriae composuit, obijt. 1502. ad. 10ᵃ. Augusti. pag. 23.
Nob. Vir D. Tancredus Comes de Muthichiana gnlis Merescallus Rmi in X. pris & D. D. Antonij D. G. Pathe Aquil. obijt. 1399. Indᵉ VIJ.ᵃ ad. 18ᵃ. Augusti. pag. 23. tᵒ
θ Nob. miles D. Federicus de Randech Nepos Rdi in X. pris & D. D. Marquardi Pathe Aquil. ejusdem D. Pathe Marescallus. 1373. cadit die. 18.ᵃ mensis hujus. ad 25.ᵃ Augᵗ pag. 24.
Rmūs D. Nicolaus Donato Patha Aquil. obijt die. IIIJ. septembr. 1497. Et sepultus fuit in Choro ante Altare S. Bartholomaei. ad 2ᵃ. septembr. pag. 25.
θ Ven. pr Gregorius patha. 1269. – ad. 8ᵃ. Septembr. pag. 25. tᵒ
Rdus pr D. Johannes de Moravia Patha Aquil. interfectus fuit in Castro Utini die martis hora prime anno dni. 1394. ad. 13ᵃ. octobr. pag. 29.

θ Ven.

θ Vens pr Bonacursius Epus hemonensis. 1268. ad. 18a Octobr. pag. 29. t°
Nob. D. Catherina Forzate uxor Nob. ꝑ Federici de Tercento obijt. 1442. ad 3a Novembr. pag. 31.
Obijt in X. Rmo Dno Daniel de rubeis Epus Caprulanus. 1538. ad 3a Novembr. ibid.
Erat pestis anno. 1437. pag. 35.
Magr Herarth q. ꝑ Jancegli de Vigliaco civis civitaten. qui pontem majorem Natisse fecit, obijt in X. 1453. ad 16a Xbr. pag. 35. t°

Ex additis eidem Necrologio ad Calcem.

Annus. M.CCC.LXIIII. Indo II. mensisq. Septembr. XXII. dies &c. Cum nobilis Castellanus franciscus de Urauspergo ac de Villalta. amnissa Villalte parte circha an. dni. 1353. tempore Pathe nicolai fris Karoli. IIIJ. Boemi Romanorum Imp.is sese subdedisset Dnio Ducis Austrie, paucorum annorum facto intervallo universe carnis debitum solvit. Cujus filij Johes, Tulbertus, & Matheusius patrizantes, & cum hoibus civitatis hujus gueram hntes, Accipientes de montibus equos, passi a Civitatensibus licet invite tn debite multotiens castramentationes, & damna grandia, monetam falsam cudi facientes, tandem resignato Castro in manu Ducum Austrie abierunt. Et cuidam Capitaneo sub noie Comitis Cillie castrum comissum est. Sed o Deus quid diutius imoramur. Dum populus Utinensis auxilio patavino contra Spegnimbergum, & Zuchulam grave dampnum intulisset. Ac existentibus nob. Guielmo Bojano & Otobono Staccionario condam Cavalerij Civitaten. provisoribus, & Johanutto d° Spu Camerario Comune civitatis sciret Urauspergum latronum speluncam male fulcitum victu & gente, ad ipsum quamcitius cucurerunt cum solis suis vicinis & machinis. & habitis cum Capitaneo pactis. XII. dierum, si posset vi auferri exercitus. Anno Ind.e & die antescriptis ipsum Urauspergum regale & inexpugnabile castrum sine alicujus morte obtinuerunt, & ad terram funditus ruinari fecerunt ipsi Civitatenses. Quo et anno multitudo ineffabilis locustarum de Orientis partibus adveniens, fena & blada minuta comedendo quamplures Forijulij partes destrusit. Dum lignee canes sub muliebri palma linum morderent. Sctam Eccliam Aquil.e deo regente & gubernante per nobiliss.um & optimum virum D. Ludovicum de la ture Patham dignissimum cui vita bona sanitatem &c.

Egregius princeps Dnusq. Serenus D. Ludovicus de la turri divino auxilio fultus cum suorum fidelium solicita cura fecit ruinari funditus castrum Zucule dnorum de Spegnimbergo. Vigente nobili fortitudine illustrissime civitatis austrie generosorum grandis probitatis virorum . . . . . cum eorum comunitatis gente audaci primipili semper ferentes primiq. omnium aliarum terrarum locorum virtutis, ac gloriose fidelitatis triumphale perpetuum obtinent principatum. Dum Cristianorum natalicius dni. M.s CCC.s LX.s annus probaretur & IIII.s Ind.e VI. ac mensis Novembr. lux esset. XXIV.a

Anno dni. 1403. Ind.e XI.a die. VI. Septembr. fuit tam magnus terremotus in Diocesi Aquil.si quod multe domus ruerent per Forumjulium.

Johanes de Nimis Notarius.

Mille quadringentis triginta & quatuor annis.
Exussit vites quasi cunctas seva pruina.
Vicena & sexta tunc lux transibat Aprilis,
Montibus ex altis nix clare nulla patebat.

M°. IIIJ°. LXIII°. Dni Veneti obsederunt civitatem Tergestinam, in quo bello multi ex utraq. parte interempti sunt, & ex Furlanis qui et ipsi interfuerunt. De Civitate interfectus fuit quidam Gallus de Villa grandens. de Utino quidam magr Thomasius murator. de Purcileis dnus . . . . . tandem inter Sereniss.um Dnium Dnorum Venetorum & tergestini per R.m Dnum Card.lem Nicenum facta fuit pax. ex qua guera tergestini perdiderunt Castrum novum & Muscho.

Anno dni. 1499. die Sabbati in vigilia S. Michaelis mensis Septembr. Scander Bassa dux & prin-

ceps

ceps Imp.ⁱˢ Turcharum cum magno exercitu invasit hanc patriam Forojulien. & usq. ad Plavim fluvium discurrens, igne & ferro ōia devastando, interfectis partim & partim in captivitatē adductis undecim millibus utriusq. sexus hōibus, octavo die, per viam, qua venerat, illesus reversus est in regnū suū.

Anno Dñi. 1501. die Sabbati. 29. Jan.ⁱ ante lucem, Templū hoc Civitaten. pre vetustate consumptū quadraginta annis & eo amplius magnis expensis reedificatū & renovatū a fundamentis culmine ruit.

Pro Ven.ᵉ Viro D. Odorico de Glemona Aquil.ˢ Civitaten.ˢ & Utinen.ˢ Eccliarū Canonico & plebano perpetuo, qui in suo ult.ᵒ testamento scripto manu ꝑ bāplē de calistano Notarij Curie Archiepālis Januen. sub. 1246. Indᶜ. VIIII. secundū Januen. cursū die. 17. mensis Octobr. & ejus note sunt in Cancell.ᵃ Curie archiepālis, legavit Capitulis predictarum Eccliarū & plebi loca quatuor in Bancho Januen. Videlicet cuilibet Cāplo Ducatos Centum ac plebi totidē, Centū Ducati vero huic Cāplo (civitatis Forijulij) legati hñtur pro ejus anniversario fiendo, Instructio sub columna S. Laurentij. In S. Georgio loca quatuor. cum his verbis &c.

Ex Catapano Anniversariorū Cāpli Cividati excerpsit
Nicolaus Decianus circa annū. 1560.

In. 1385. & 1386. Fuit dirruta & demolita & destructa Villalta, & desolata per utinenses medio Venetorū. silicet D. Petri Mauroceni Cap.ⁱ & D. Francisci Zane & D. Jacobi Gradenici provisorum.

1365. tempore R. D. Ludovici pāthe fuit decretū in Parlam.ᵗᵒ die. 3. Aprilis, quod Castella Ursperg & Zuchula non reedificentur, ut patet manu ꝑ Albergetti Not.ⁱ

Ex Protocollis Notariorū.

Vivebat anno. 1262. D. Egidius Epūs Emonensis, frater Pacis de Aquil.ᵃ qui Pacis nupsit Margarite filie Pelegrini Meynardi de Venzono: ut in charta dotis dei. 2. Junij hujus anni manu Jacobi Nibissij Not.ⁱ Glemonē.

Ivō expendi, quas dedi ꝑ Beltrando & ꝑ Fantono, qui fuerunt Cividatū ad visitandū D. Papam Gregorium. XII. & steterunt diebus septem cū quattuor equis libr. 45. sol. 15. Ex quadā memoria inventa in Protocollo. 1373. Jacobi Capellarj Not.ⁱ Glemonē

1396. Indᶜ. IIII.ᵃ mense Augusti. Fantonus ivit ad S. Vitum Carinthie super pace tractanda inter Pāthā & Ducem Austrie: preterea iverunt causa hujus pacis dñi de Prampergo & D. Jacobus Arpini ut ambaxiatores Pathē ad S. Vitum Karinthie. VI.ᵃ Augusti. Reversi sunt Ambaxiatores de S. Vito factis treguis inter Pāthā & Ducem. Mense Xbri. Fuit Glemone Ambaxiator Ducū Austrie & Epi Burgen. sis — 1392. 26. Junij. Deliberatū fuit per Consilium Glemone, quod fieret Unio ad honorē Smi Patre, D. Pathe & libertatē & conservationē Aquil.ˢ Eccliē. & missus fuit Ambaxiator cum sigillo Cōmunitatis ad confirmandā dictā Unionē. 2. Septembr. ut mittatur Ambaxiator ad Pāthā, qui una cum alijs eat Venetias expensis unionis & Ligę — 1395. 6. Marij. Deliberatū fuit per Consᵘᵐ Glemonē, quod non mittatur Ambaxiator ad D. Cardᶜ Pilen, sed solū dicatur ejus Ambaxiatori, quod de nostra parte ringratiet eū de bona intentione, eo quod se vult interponere ad sedandā vertentiā inter D. Ducē Austrie, & Contratā — Ultᵃ Aprilis. Ut deputentur quatuor viri cū Provisoribus ad visitandū, & presentandū D. Pāthā in suo pmo adventu cum. 40. starijs annone. 15. Frumᵗⁱ Vini. 12. Congijs, duplerijs & confectionibus & quatuor vitulis, & ut eidē Pathē & ejus familie provideatur de lectis & de stabulis pro equis — Mense Septembri. Requisiti fuere Glemonenses a dnō. A. Pāthā, ut die S. Lucie, in quo primā novā Missā celebraverit Aquilegie, ut debeant interesse. Interfuerunt, & ei donārunt Cuppā argenteā — 1398. 13. Junij. Deliberatū fuit, quod Andreas Ruberti & ejus attinentes debeant arrestare quoscumq. mercatores subditos Ducis Austrie & Comitis de ortemburgo cum eorū mercimonijs. & hoc pro recuperatione Xfori Ruberti capti per prantilū servitorem Comitis servitoris Ducis, & hoc fiat nōie Comunitatis — D. Martinus della Villa Epūs Ceneten. dixit suā pmā novā Missā. 2.ᵃ octobr. & ea die nomine Cōmunitatis presentatus fuit — 1394.

11. Augᵗ

11. Augusti. Deliberatum fuit, ut mittatur juxta requisitionem Pathæ unus Ambasciator Cividatum super differentia tollenda inter Ducem Austriæ & Glemonenses —

Notandum est, quod Patha Johannes de Moravia mortuus & interfectus fuit Utini ante Castrum. sub. M. CCC. LXXXXIIII.to Ind.e II.a Die Martis. XIII. mensis Octobris, circa medias tertias.

1399. mense Marcio. Requisiti Glemonenses a D. Patha miserunt ad expugnationem castri Varmi viginti balistarios. Hæc oia ex libris partium, sive Consiliorum consilij Glemonæ annorum supradictorum manu Henrici de Tumetio Not.i & Cancell.i ejusdem Terræ —

Anno dni. 1474. Ind.e VII.a XI.o mensis Octobris in insto manu Boemi Not.i de Zegliaco Nicolaus Braida de Artenea Massarius cois & universitatis de Artenea noie d.i Comunis promisit dare & solvere provido p Jacobo Candussio de Liunacho Duc. 8. boni auri & justi ponderis occasione sue mercedis, eo quod dictus p Jacobus excusavit in Campo per unum mensem eandem universitatem, prout ibidem prenominate partes asseruerunt &c.

Anno. 1318. Ind.e I.a V.o Ral. junij. Castonus Patha se concordavit de Galea pro Naulo. 350. Florenorum auri de Florentia, qua a Massilia, ubi erat, cum. 40. familiaribus Neapolim transvehi deberet: ut ex pub.co insto originali in Membrana, acto Massiliæ, apud D. Abbatem Biniu Vic.um Flambri —

Ex veteri Codice Anniversariorum Eccliæ de Faganea.

D. Margirussa q. D. Laurei, & mater Thomasini & Laurentij, obijt. 1350. & sepulta fuit in Castro apud Eccliam S. Michaelis, quia Castrum Faganeæ erat obsessum per D. Meynardum Comitem Goritie.

D. Bertrandus Patha obijt. 1350. & interfectus fuit per exercitum D. Meynardi Comitis Goritie cum auxilio quampluriu Castellanorum in loco, qui dicitur Richilvetto.

D. Ludovicus de la Turre Patha. 1365.

Tres fratres Ducis insidiaverunt. 1361. Castrum Faganee cum. $\overset{m}{12}$. armigeris, & concordio facto cum D. Ludovico de la Turre Patha iverunt ad Imp.em

1419. Venit Vaivoda de Ungaria cum octo mille Ungaris, & insidiaverunt terram Civitatis, die Sabbati in die S. Catherine. Vid.t 25. mensis Novembris.

1411. Venit Pipo Florentinus a partibus Ungarie ad partes Forijulij cum. $\overset{m}{12}$. Ungaris, & die Sabbati 5. Decembr. combusserunt Cortinas Visandoni, Blesani, & Valeriani, & multa mala fecerunt — Die dnico. 6. dicti fuerunt concordes cum illis de Utino, & factum fuit magnum festum ibi — Die Lune. 7. dicti fuerunt Faganeam cum magno damno, tamen concordes die uno Martis. 8. dicti iverunt S. Danielem, & similiter operati sunt, & diripuerunt Cortinas Tombe, Mereti, & alias multas, multa mala etiam concorditer perpetrando — Die. X. transierunt Tulmentum, et illa die insalutato hospite recessit de terra Utini D. Tristanus, die vero Mercurij penult.a Martij intravit D. Tristanus in terram Utini hora nona noctis sub. 1412.

1420. die. 6. Junij fecit intratam in Utinum Comes Philippus, & D. Tristanus cum exercitu Ducalis Dominij —

1361. Obijt Dominicus fil.s Leonardi Sachi, Durighinus interfectus fuit per gentes D. Ducis.

Nota sub. 1361. Dicto die tres fratres Ducis insidiaverunt Castrum Faganee cum. $\overset{m}{12}$. armigeris, & in primo stornimo fuerunt vulnerati & interfecti circa. 40. personas de loco ipsius, & ibi steterunt per octo dies, & concordio facto hoc in Faganea, quod D. Ludovicus de la turre Pathā iret ad Dominium Imp.is cum dictis Dominis Ducis, prout ivit.

Ex Catapano, sive Necrologio Eccliæ Majoris Tricesimi, manu Ant.i Belloni Not.i descripto.

Pertoldus habitator dni Pathe Castri Tricesimi obijt circa annum. 1360. pag. 12

Item prædictus Pulinarus judicavit unum Congium Vini in die Veneris sancti post comunionem Corporis Xsti hominibus plebis Tricesimi super bona sua. pag. 22.

1426. ⊖ in X.o virtuosissima nobilissima ac honestissima Dna Maria de Castro Pagano, nata q. Nob. Viri D. Nicolussij de Laurenzaglia, & relicta q. Nob. & famosi militis D. Michaelis de Rebatta, quæ legavit &c. pag. 39. & 41.

Soror

Soror Cunæ heremita S. Pelay obijt in Xc. quæ legavit &c. pag. 62. to Vivebant ante annū. 1400 - Ejus servitrix obijt &c.

Anniversariū D. Thomasij de Castro pagano. 1356. pag. 69.

Die. III. junij Presbr Gaspar fuit, & habuit Beneficiū de ista plebe ex parte Capituli, et ex parte Communitatis Tricesimi. pag. 75. to

Obitus Martyrij pij Pathæ Bertrandi in Archiveldo sustinuit mortē pro Domo Aquil.ē pag. 82.

1364. Indc. 11. die. XI. mensis Augusti transiere per Tricesimū sor Locustæ, quod ipsę obscurabant Solem. pag. 118.

1218. Obiērunt in Xc. Tercentū minus quinq. Xstiani in Plebe Tricesimi, quorū corpora sepulta sunt in Coemeterio Eccliæ S. Mariæ, a die S. Bartholomæi usq. ad diē S. Luciæ &c. pag. 129.

Anno. 1452. Indc. V.a in crastino decollationis S. Joīs Bapte pbr Daniel Vicus plebis Tricesimi fecit fieri unū Viaticum &c. & sunt Reliquiæ Sctorum Nicolai, & Blasij. pag. 168.

Notū sit, quod Capellani de Cassaco, de Quals, & de Reana tenentur venire cū crucibus, et processione cum populo ad Eccliam S. Mariæ de Tricesimo ad benedicendū candellas in die Purificationis B. Mariæ, & ad benedicendū ramos Palmarū & olivarum. Ito ad scrutiniū puerorū in vigilia Palmarū, & ad fontes Sabbato sancto &c. ut continetur in Rotolo Plebani manu Pantaleonis Notis. sub. 1351. pag. 215.

Visitatio facta in Terra, seu oppido Trigesimi Aquil. Dioc. A. M. Rdo D. Nicolao Galerio J.U. Doct. Canonico Paduano, ac Protonotio Aplico de Mandto Illmi & Rmi D. Epi Parentini Visitatoris Aplii. anno. 1585. pag. 220. to

Martinus PP. V. univerat & incorporaverat Mensæ Capli Utinen. Plebanatū Tricesimi; pbr Joannes de Sinisio Plebanus ad sedē Aplicā reclamavit, effectq. ut ad hanc unionē rescindendā, Irē Aplicæ relaxarentur, quibus causæ cognitio demandata & delegata fuit Fortunato Epo Sarxenten. Ludovici Cardlis & Pathæ Aquil.s Vicio Gnli, qui die. III. Aprilis. 1460. Indc. VIII. suā tulit sentiā; Quod Plebanatus Tricesimi sit in potestate sua, & jurispatronorū, rescissa unione; dumodo in annuatim Plebanus pro tempore libras sol. 200. Utinen. Capło solvat &c. pag. 204.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ...

AD JOANNIS AYLINI DE MANIACO HISTORIAM PRAEFANDA.

JO.S JOSEPH LIRUTI NATALIS F. ANTONIO EX FRATRE NEPOTI.

Nisi secundŭ, tertiŭ saltŏ huic Historiolæ Joannis Aylini locŭ adsignandŭ inter vetera Forojuliensia nostra venerandæ antiquitatis Lipsanŭ MS.tŭ, tŭ vetustate scriptoris, tŭ rerŭ a se memorazarŭ causa, quas oculis proprijs hausit, & earŭ aliqua pars fuit. Hanc mecŭ liberalissimè, & humanissimè, more suo, communicavit V. Cl. Comes Franciscus Beretta, non uno titulo de Republica litteraria, & de me benemeritus, quam ex Apographo imperfecto, lacunisque lacero descriptŭ servabat ipse; eamq. ut obtigerat in Collectionē meŭ succentuariaveram. Ut autem eă aliquo modo sarcirem; quod ad calcē prostiti locis numeris notatis; fortuna mihi arrisit, cum MS.tŏ Bibliothecæ Fontaninæ, Cōmunitati S.ti Danielis legatæ, amicissima opera Hieronymi Fontanini Can.ci Aquil.s, Archiepiscopi Ancyrani fratris, quem honoris causa nomino, inspicerem; ibi enim apographŭ alterŭ videre contigit, integrŭ planè, diligenterq. duobus saltē ab hinc seculis, Camilli Manini Bernardini F. Equitis & J.C. Utinensis manu exaratŭ, cujus subscriptionē, ut MS.tŏ fidē conciliet, subjungo.

Camillus Manimus Historiæ studiosis.

Hæc ego è veteri quodă MS.tŏ libro ad literă descripsi, si quodă errata, malè signata, et parŭ, ut ita dică, orthographicè scripta inveniste, Amice Lector, precor negligentiæ meæ ne adscribito, & aliquid incomptæ illius ætatis, & corruptæ antiquiti condonato. Ex hoc autem varias lectiones, et defectuŭ supplementŭ in meŭ accersivi, ut sartŭ tectŭ, quoad possem, efficerē.

Joannes hic, ut aliquid & de hoc quoq. scriptore dicatur, honesta familia Manicensi ortus, avŭ, & proavŭ Notariatus officio (ut ipse quoq.) incumbentes habuit; quod officiŭ sæculis illis plerumq. non exercebatur, nisi ab honoratis, nobilibusq. viris, quibus saniori, imō optimo consilio tunc fides publica cōmittebatur. Quas barbaræ latinitatis contractuŭ instă conficere illi erat in more, ea lutea admodŭ in suă historiolă conscribenda est usus; quod nihilominùs gratŭ nobis esse debet, gratissimŭ procul dubio futurŭ, si chronologicæ seriei, & rerŭ narrationē ordinatæ scriptionē suă posteris comendasset.

Audio hanc Hist.ă e Mediolanen. typis per Cl. Muratoriŭ in lucē mittendă, eamq. quă ego ex MS.tis Fontaninis memoratis descripsi, donoq. amiciss.o Comiti Berettæ supralaudato obtulerā, parē pari quodammodo referens.

IOANNIS q. AYLINI NOTA.ii MANIACENSIS.

Fragm.tum Historię Belli Forojulen. quod patratum fuit tempore D. Philippi de Alenconio Card.lis & Aquil. Pathē

IN NOMINE PATRIS, & FILIJ, & SPIRITUS SANCTI AMEN. Anno à Natiuitate Dñi Nri Iesu Xſti. M.CCC.LXXXI. ind.e IV. die iouis. III. mensis ianuarij hora. IIII. noctis expirauit Rmūs in Xſto pr̄, & D. Dnūs Marquardus Scte Aquil. Eccl̄e dignissm. Pathā bo-
(1) nus rector Patrie Forjulij, & die lune sequenti. VII.o Ian.ii ductus fuit & sepultus in Aquilegia. Qui omnibus Nobilibus, pauperibus, viduis, orphanis, & pupillis semper fuit benignus, pius, misericors, et fuit natione Teutonicus, Bauarus de Auspurch Epūs Smē, & Bmē
Virginis de Auspurch, postmodum uocatus ad Pathātum Aquilegen. ad quem Nob et circumspectus D. Nichil de Maniaco missus fuit
(2) pro tota patria, ut instaret ei, quod Pathātum deberet acceptare, qā recusabat eum uelle acceptare propter magnas guerras, & scanda-
(3) la, que erant in Patria cum Dnīs Ducibus Austrie. Que guerre orte erant sub Pathā Ludouico de la Turre; et in ipsis guerris multi No-
biles de Prīa Aquilegen. Eccl̄e submissi erant Dnīs Ducibus Austrie, etiam contra ipsam Aquilegen Eccl̄am eiusq. fideles resisten-
tes, et guerram facientes. In qua quidem guerra rebelles erant Dñi de Spegnembergo cum omnibus eorum locis, et cum turri sita pro-
pe ferram Portusnaonis, Dnūs Andreas de Pulcinico, D. Plebanus de Strasoldo, D. Facina de Partistagno, D. Ioannes de Uruspergo,
qui tenebantur de fidelitie Aquilegen. Eccl̄e; Terra Auenzoni, & Nobiles de Ragonea, eranīq. fideles Dnōrum Ducum Austrie. Dnūs
uo.s Dux Austrie noīe Rodulphus grauem animum habebat contra D. Fran.cum de Carraria Dnūm Padue, eum intendens à Dnīo Padue e-
jycere; Et eo modo potentiss.us et Mag.cus D. Barnabas Vicecomes Dnūs Mediolani mirabilī aīum grauiss.m habebat ad destructionem d.i
(4) Dni Padue; ita quod ipse D. Rodulphus Dux Austrie fuit Mediolanum tractatum cum ipso D. Bernabove tam furialem destruct.m d.i
(5) D. Francisci, quam huius Patrie Fori iul. Quia D. Ludouicus della Turre erat Pathā, et contrarius d.i D. Bernabouis, et D Fran.cus confedera-
(6) tionem fecit cum ipso Dño Pathā. In ipso tractatu placuit Deo, et eius Bmē matri Virgini Marie, sub cuius alis hec S. Aquilegen. Ec-
clā defensatur, ut praui et impij infideles ipsius Aquil.s Eccl̄e corrigerent, quia idem D. Dux Rodulphus in mediolano motus transi-
(7) tum consumauit, & sic eius tractatus nocere non potuit. Sed tam D. Fran.cus de Carraria miserat suas gentes in Forumiulij Dnō Pathē, &
(8) obsederat Spegnembergum, ibiq. statuerat per plures dies ante terram. Et hec fuerunt in M. CCC.LXIV. in uigilijs S. Michaelis, hoc est
(9) insultatio guerre ipsius. Et non post longum tempus post inde D. Ludouicus Pathā mortis transitum consumauit. Et nob & egr. Miles D.
(10) Fran.cus de Sauorgnano factus fuit Vicēdnus Aquil. Eccl̄e, et processit bellicose ad guerram contra pīatos infideles, et alios subditos
(11) Dnōrum Ducum Austrie, & per Gentes Aquil.s Eccl̄e, et D. Padue multe afflictiones & damna data fuerunt gentibus ipsorum Dnōrum-
(12) Ducum Austrie. Nam illo anno Ciuitatenses acceperunt Dñis de Spegnemberg Zucculam, et D. Ioanni de Villalta uruspergum, que Castra
(13) illico diruperunt. Et dum. 700. lancee intrauerunt Patriam cum potente milite D. Walterpertoldo de Spegnembergo ad destruct.m ipsius pa-
trie per d.as gentes Aquil.s Eccl̄e conflicte fuerunt oēs sub Faganea, et uix ipse D. de Spegnembergo cum aliquibus fugam cepit in Spe-
(14) gnembergo, et alias grauiss.as afflictiones huerunt. Tandem grā Iesu Xſti, & eius Matris Virginis Marie ipsi de Spegnembergo postquam perdide-
(15) runt Castrum Truzi, & Castrum Zuccule, quod ad terram deiectum fuit per Ciuitatenses, se reddiderunt Aquil. Eccl̄e. Et D. Ioannes de Vil-
(16) lalta postquam perdidit Castrum uruspergi pariter per Ciuitatenses sibi destructum, et diruptum; illi de Strasoldo & de Fanna item se de-
(17) diderunt Aquil. Eccl̄e; illi de Venzono subiugati fuerunt, & ad ultima reducti, et facti seruitores Aquil.s Eccl̄e. Dñi de Ragonea fuerunt
redacti ad ultima nichil habentes uesci, propter quod se dicte Eccl̄e dediderunt Et terra Portus Naonis ad ultima fuerat redacta &
(18) nisi fuisset aduentus d.i D. Marquardi Pathē, qui uenit in. M. CCC.LXVI. in uigilijs Natalis Dñi, et per solum mensem stetisset, se Aquil.
Eccl̄e dedidissent. In cuius aduentu tractata fuit pax per d.m D. Nichilum de Maniaco inīt pdictos de Portu Naone, & d.m D. Pathām Aquilegen.
(19) Et isto modo coacti fuerunt pfatti rebelles sub ipso Dño Pathā, et oēs de contrata in fidelitate permanserunt. Cuius Anima requiescat
in pace. Amen. —

(20) Post v.o d.i Rmi D.D. Marquardi digniss.m Pathē Aquil.e obitum Rmūs in Xſto pr̄ & D.D. Philippus S.R.E Card.lis in Pathām Aquile-
gen. in comenda per Smūm in Xſto prēm, et D.D. Urbanum Papam. VI. missus fuit & acceptatus per Ciuitatenses, et alios quam plures de
Patria, cum quibus erant Dñi de Spegnembergo, illi de Sacillo, de Canipa, de Auiano, de Pulcinico, de Meduno, de Tulmetio cum parte Car-
nee (nam oēs non erant unanimes) illi de Cadubrio, qā D. Philipponus de la Turre erat Capit.s ibi, illi de Glemona, de Valuasono, de
S. Daniele, de Cucanea, D. Ambrosius ..... Concordiensis, & multi alij. Terra v.o Vtini ipsum D. Philippum Cardinalem in Co-
mēda acceptare recusauit. Propterea pfatus Cardinalis litteras suas misit per totam Patriam, et fecerunt unum Colloquium in
Ciuitate Austrie, ubi pdicti oēs uidelicet Ciuitas Austrie cum suis adherentibus ipsum habere decreuerunt in eorum Dnūm, &
Pastorem. Vtinenses v.o cum eorum sequacibus in Comendā hīe recusarunt, cum quibus Nos de Maniaco. Nam ad principium mis-
sus fuit per eius frēs, & Consortes pfatus D. Nichil de Maniaco Vtinum, qui ibi turauit, et promisit cum Vtinensibus, eum nolle ha-
bere in Pastorem, et Dnūm, nisi eēt erectus uerus Dnūs, et Pathā, uel quod pileum Cardinalatus non abiceret, & per consequens per
(21) futura tempora tanquam Pathā uerus in patria posset habitare, et sic libertas Patrie totalitī foret secura, dicentes: melius est, quod
Patria destruatī, quam libertas amittatur. Et isto modo in quacunque Ciuitate, Castro & Villa partes magne orte sunt de fratre
ad frēm, de Consorte ad Consortem, de patre cum filio, et non solum inter homines, uerum etiam inter mulieres tam ciuiles quam
(22) rurales, tam paruas, quam maiores; nec erat Ciuitas, Castrum, aut Villa aliqua, in quibus non eēt pars, aut dissidium. Et sup.
his per Vtinenses, et eorum partem missi fuerunt Ambaxatores sepius ad summum Pontificem, ut uerum Dnūm Pathām deberet
mittere in Patriam, more antiquitus obseruato, uel quod iste D. Cardinalis ejceret Capellum Cardinalatus. At D. Papa scripsit
(23) in contrarium, ut eum deberent acceptare. Et de hoc Vtinenses, et eorum pars non fuerunt contenti, et sepius miserunt ad Dnūm Ludo-
uicum Regem ungarorum requirentes pro eorum Capitaneis quamplures de fidelibus d.i D. Regis. Et sic finalitī orta fuit lis & discor-
(24) dia inīt ipsos Ciuitatenses, et Vtinenses, et eorum complices. Ideoq. Vtinenses multoties ibant cum eorum campo, et gentibus Ciuita-
(25) tum Austrie omnia destruentes, & sic magna scandala, & interemptiones hoīum, incendia domorum, captiones hoīum orta fuerunt,
et subsequuta, et alia grauissima, que quidem enarrare ora longum eēt. Et uere Vtinenses sepiss.e Ciuitatenses cum eorum poten-
tia superassent, sed tarde, et dure procedebant pro posse illorum, et aliorum de contrata ad destructionem ut bene poterant, &

potuerunt

potuerunt sepius. Ciuitatenses v° semper cum blandimentis, et uarijs voluntatibus, & uerbis blandis, cum uidebant se superari, mitte-
bant ad Utinenses eorum Ambaxiatores, dicendo unum & aliud, cum uidebant sibi tempus, faciendo et de illatis pro posse uendican-
(26) do. At Dnūs Franc^us de Carraria Padue Dnūs ostendens se huic sibi uelle interponere, tractatum hūit inţ. Utinenses, et ipsum Car-
dinalem, & Ciuitatenses — quod partes se in eundem compromiserunt, et sententiauit quod sub pena. 1000. ducat. quilibet obe-
dientiam faceret ipsi Dño Cardinali intra spatium dierum sex, & darent oīa loca, & fortalitia ipsi Dño Crdinali. —
Et occulte ipse Cardinalis promisit se daturum ipsi Dño Padue Sacillum, Portumgruarum, montemfalconem, Sclusam, & certa alia
fortalitia: et facta est illico eidem obbedientia, tam per Utinenses, quam per eorum colligatos, et per nos de Maniaco cum uerbo et consen-
su dictorum de Utino. Tunc ipse Dnūs Padue in Utino posuit penes ipsum Cardinalem Michaelem de Rabat suum familiarem in
Mareschalcum, quemdam frem de Padua in Vicarium, et oēs Officiales ad sui beneplacitum, et in Utino retinendo suos familiares
et Cavallarios, ităţ. quod in Utino multi erant, et instantes; et finaliţ. Utinenses, qui uidebant libertem patriam fere quasi in
totum amissam nolentes ulterius tolerare, discordiam hte ceperunt cum ipso Cardinale, non uidentes ipsum Dnūm, sed potius Do-
(27) minum Padue. Tunc iterum cum eorum sequacibus liga facta, ad guerram se posuerunt, & nos de Maniaco cum eis. At mortuo Dño
Rege ungarorum Utinenses tractauerunt hte ligam cum Ducali Dnio Venetiarum, et cum D. Antonio de la scala Dño Uerone. Qua li-
ga facta tunc Utinenses sentire voluerunt ab omnibus de contrata, qui cum eis uellent ee pro manutenendo libertatem Patrie, et qd
libertatem non amitterent. Cum quibus Utinensibus illi de Sacilo, de Canipa, de Auiano, de Cordouaio, de Spegnembergo, de Valuaso-
no, de S. Daniele se volentes promiserunt contra ipsum Dnūm Cardinalem. Tunc Duc: Do: Venetiarum incepit scribere gentes, et mit-
tere unum de Venetijs probatum deputatum ad regimen Terre Utini, et eorum partis, et Guerre, et Dnūs Verone unum misit,
qui pro eo gentes faciebat, et scribebat. Ciuitatenses v° ligam, et unionem fecerunt cum Dño Franc^o de Carraria Dño Padue, & Tar-
uisij, et ipse D. Padue ligam fecit cum D. comite Virtutum Dño Mediolani contra ipsum D. Verone, et ad eius destructionem; et D. Car-
dinalis fugam de nocte ceperat, et iuerat Paduam. Utinenses igitur cum eorum gentibus iuerunt ante Glemonam cum exercitu, et ter-
ram depugnantes, domos comburentes, uites detruncantes; et finaliţ. illi de Glemona se parti Utinensium dederunt. Et sic processum
fuit contra Tulmetinos, et se parti dederunt, quia in terra multi erant amantes partem Utinensium; et sic tota carnea letanter se
cum parte Utinensium posuit. Dnūs m Philipponus de la turre uno die, dum Castrum Plebis exiuisset uolens ire ad alium locum
captus fuit, et pientatus Utinensibus propter quod loca dare eum oportuit Utinensibus. Et isto modo guerra insultauit grauissima.
At Dnūs Padue hūit tractatum cum Dño Rizzardo de Valuasono, qui positus erat Capit^s in Terra Portusgruarij, abiecto Nob. Dño Al-
bertino de Spegnembergo, qui ibi fuerat Capit^s per d^m Dnūm Philippum de Alenconio. Et dum ipsi de Utino dubitarent de dicto
Dño Rizzardo, qui ut fecit, non staret constans parti, in uno die Prouisor Venetiarum equitauit cum Dño Doymo de Castello, et alijs
nobilibus ad terram Portus Gruarij, et uocari fecerunt ipsum Dnūm Rizzardum, ut ad eos ueniret. Qui cum uenisset ei requisiue-
runt Castrum Portus gruarij. Tunc dixit. Vos Dni beneueneritis; non displiceat vobis, de mane vobis dabo responsum. Et reuersus
in Castrum subito ille nequam equitauit in la motta, que erat tunc Dni Padue, et cum Dño Comite Ioanne a Barbiano Capitaneo
magne gentis peditum, et equitum uenit in Portumgruarium tam tacite, quod quasi isti expectantes responsum uix fugam rape-
re potuerunt; nec ciues Terre aliquid senserunt, et terram ipsam sic proditorie receperunt; Cum quibus gentibus idem Dnūs Car-
dinalis erat, veneranţ. dicte gentes cum magno furore contra Priam cum magnis bombardis, et pluribus diuersis artificialibus. Que
inde redeuntes, uenientes S. Vitum, ibiţ. castrum insultantes uno die, ipsum deuiterunt. Nam se parti inique dedit non obstantibus
gentibus, uidelicet lanceis. 80. que ibi per Utinenses in eius succursum misse fuerunt, que illico ex inde expulse ueneruni Uti-
num. Et exinde redeuntes dicte gentes Dni Padue, positis ibi eorum Capitaneo, Officialibus, et alijs uenerunt ante terram Spegnem
berghi cum eorum infinitis gentibus peditum, et equitum, curribus, bombardis, lapidibus, uictualibus, et alijs necessarijs. Qui
de Spegnembergo illico se parti dederunt sine mora ob timorem inducti, et exteriti, non tolerantes ictum solum lapidis, nec
ictum unius balestre; sed prius quam eas ad terram applicuissent, concordium cum ipsis huerunt satis uerecundum. in
qua terra erant ultra. 70. lancee Partis Utinen, et pedites in sufficienti numero pro eius defensione, et his non obstanti-
bus se, ut dictum est, statim reddiderunt aduerse parti Utinensium. Ad quod concordium fuit Nob. D. nicolaus de Fana,
pro quo miseranţ. Qui ostendens nolle se impedire de pfata guerra, fortificabat foueas cum Bertanessis fieri faciendo
et totam uillam Fane fortificabat, licet finaliţ. tota fuerit destructa. itaq. exclusis ipsis gentibus de parte Utinensi, in
terra Spegnemberghi pro eius defensione missis, nob. D. Nicolaus de Spegnembergo, qui multum dilectus, amatus, et honora-
tus fuerat per Utinenses, et eorum partem, quasi caput illius Partis, cum reuersus fuit Utinum, C nam concordio facto cum
ipsis gentibus, et ipsis de Spegembergo, reuersus est Utinum, quia moram ibi assidue trahebat) cum intrauit terram Utini in furo
re Populi interfectus fuit super plateam Utini, et pmissus quasi per totam diem. Tunc gentes pfati Dni Padue, cum qui-
bus erat pfatus Dnūs Philippus de Alenconio Crdinalis, uidentes se habere citra tulmentum precipua fortalitia, et loca, pre-
ferquam castrum nobile Montis Tardinei antiquitus nominatum, C hodie v° notatus Maniacum) et Sacillum, continuo Tulmen-
tum transierunt, & iuerunt subito ante Castrum Sauorgnani, ipsumq. statim habuerunt, non potenţ, sed quia ob timorem rusti-
corum, qui in multitudine magna in eo intrauerant, subito se dedit. Propter quod durante guerra, multi de parte contraria in eo
stantes Terram Utini damnificauerunt cum alijs locis circumstantibus. Ipse m gentes ueneruni ante terram utini, & uidentes eis
nichil .

nichil posse facere, exinde recedentes uenerunt ante Castrum S. Danielis: ibi. XV. diebus steterunt cum magnis Bombardis die, noctuq. intus trahentes, et ad eorum defensionem dⁱ Utinenses equites, et pedites miserunt. Quibus de S. Daniele potenter se defendentibus una nocte in dᵒ loco ignem iactauerunt, per quem multe domus combuste sunt illa nocte, et pro certo, nisi à Deo, eiusq. gloriosa Matre Virgine Maria, à quibus oīa bona proceduⁿt, et S Aquil. Eccl̄a defensatⁿ. auxilium ipsis de S. Daniele missum fuisset, locus ipse p̄ditus foret; sed cum dicte gentes ante ipsum locum uenissent de mense ⁊br̄is, pluuie magne à Deo misse sunt tam copiose, & infinite, ut oēs aque tam mirabilit. creuerint, sicut à memoria antiquorum unq̄m fuissent. Et per oēs dicebatur, quod Tulmentum, & oēs lecti aquarum nunquam in tanta altitudine fuissent, propter quod exercitus ipse non poterat alicubi misisse pro uictualibus aliquibus, et in campo tantam famem patiebantur, quod pro pane dedissent Ducatum unum, et nisi fuisset quod super Campos rapas in magna quantitate reperiebant, quas comedebant penitus, ex ipsis multi ex fame mortui fuissent. Dñi de Colloretto potenter se hūerunt contra ipsas gentes cum parte Utinensi, inimicos ipsius ledentes. Dñi Candidus, Zultus, et Leonardus de Ragonea obtimorem inducti, inuito Dño Ioanino, se parti isti dederunt, eiq. ministrabant victualia pro posse. qui D. Ioan̄inus Domum superiorem obtinebat ol. ꝑ Rossi, et multum partem Utinensium amabat, lacrimabilit. plorando opportuit finalit. fecisse, sicut fecerunt sui Consortes *non erat uerus amor, et sentientibus ipsis gentibus ipsum male contentum; nisi fuisset D. morandus de Brugnaria, et Michael de Rabat, qui inter ipsas gentes Dñi Padue magni erant, quia D. Morandus erat marescalcus, ipse D. Ioaninus missus foret Paduam, tanquam carceratus; qui statim recedens de ipso exercitu cum tacito, et secreto consilio p̄dictorum uenit Ragoneam domum suam; et cessauit interim pluuia, et aque diminute sunt. Tamen p̄fate gentes Tulmentum transiuerunt cum magno periculo, et multi in eo submersi sunt, et uenerunt in Zoppola, et Zeuraia, et Castegliano, in quibus Villis per plures dies moram duxerunt, nos de Maniaco sepissime inuadentes, et non solum ipsi de exercitu, verum et gentes de Turri, de Valvasono, de Spegnembergo, sepissime nos de Maniaco insultabant. Nos vᵒ de Maniaco ab oibus nos inuadentibus bellicose, et potenter cum fortiss.ᵘ nr̄is fidelibus Vicinis defendentes, ipsos, et ex ipsis sepiss.ᵐᵉ cum ad nr̄am uenichant destructionem offendebamus. uno die dum de exercitu ad nostram lesionem uenissent circa. 200. equites, de quibus circa. 60. uenerunt in Ciuitellam, totidem ad platiam, et tertia et maior pars ad platheam Maniaci famuli, hora meridieide Nr̄is. XVI. socij eunt̄es ad Ciuitellam prefatos aduersarios e` Villa expulerunt; ipsos extra Villam, et super Roia soluare uiriliter prosequentes, et ibi duo boni equi eis morti fuerant. Ad pontem vᵒ, siue ad platheam forte quatuor socij inuaserunt, qui intus de fortaliciis intrare satagebant, et ab equis iam descenderant, qui subito vix in equis ascendentes fugam in Platheam receperunt.

* quia inter ipsos consortes

Tunc maior comitiua de nr̄is uelocit. in iuuamine nr̄um uenientes prefatos inimicos de platea cum sagittis, balestris, et eorum armaturis vilissᵐᵉ depulerunt; et per similem modum 3ª societas de nr̄is p̄sequens pfatos aduersarios ad Platheam Maniaci famuli turpiter ipsos extra Villam expulerunt, et ipso die certi ex ipsis inimicis euntes in nr̄os triumphum non obtinuerunt, sed damnum et uerecundiam receperunt, ipsam Villam Maniaci Iuri combusserunt, et sic reuersi sunt ad Campum uerecundant. admodum. Indealia die reuersi sunt manè ad nos in crepusculo diei cum toto exercitu peditum, et equitum furtiuè de nocte euntes per lectum coluere in Vorada, et exinde uenientes per colles, et montes. Quos in de nocte sensimus per quasdam mulieres de Basagliela habitantes in domibus mei Ioīs Noⁱ q. Aylini, que ad Villam ipsam pro factis earum ibant, que dum essent in ipsa Villa, auditis tubis et sonitib ipsarum gentium, ipsisq. gentibus uisis, illicò uenientes Maniacum hora medie noctis nobis dixerunt, videlicet nob. et circumspecto Iuueni D. Iuchino q. Nob. Dñi, & egregij uiri D. nichili de Maniaco, q̄a Dnus Odoricus eius frater nimia vexabatur infirmitate, taliter q̄d à toto se uoluere non valebat; D. Baldassar moram trahebat utini cum filijs suis, tunc temporis Iacobum Iaide de Auiano cum Laurenzuto q Ioīs mote in domo sua tantumodò habebat, ꝑ Bartholomeus q. Dñi Odoriti erat super comitatu Tyrolis. qui D. Luchinus illico habita nova à dictis feminabus de aduentu dictarum gentium conuocatis vicinis, et à somno excitatis, ut quilibet eēt prouisus ad obuiandum insultui aduersariorum; Quia Villam totam reliquimus, et relictam habemus, et oīa nr̄a reduxeramus in castro dum ipse gentes steterunt ultra Tulmentum, et recolligentes minuta, et blada, ac vinum ipsum castrum nobilissᵒ impleuimus diutijs et in tanta copia quod per annos quinque, et ultra Castrum benè erat fulcitum oībus necessarys. Qui vᵒ utini cum surexissent, et per oram ante portam loci stetissent nihil sentientes se dormitioni posuerunt. De mane vᵒ in crepusculo diei, ut dictum est, dum nr̄i castrum exirent, et ad villam iam aliqui fuissent, rumor apparuit, ita quod in Villa, et in montibus insultatio nobis facta fuit; ipseq gentes uenientes super collem Grisolum cum balestris grossis de molinellis, et arganellis rochitas in Castro trahebant in tanta copia, quod aer ardebatur accensus; nec propterea aliquod damnum nobis intulerunt. Et licet multas super tectis iactauerint. in gr̄a Dei, et defensione bonorum uicinorum nihil nobis nocuerant. in ipso die Villam totam combusserunt, et pauca in nobiscum fuerunt lucrati. Illo die mortui fuerunt de nr̄is Candidus Bassini cum uno telo in capite, et de eis multi p̄ussi, et sic reuersi sunt ad eorum campum in Castiglio, et Zevraia. —

Nos m̄ de Maniaco non exteriti propter consumationem domorum combustarum animum robustum sumentes, et ad nocumentum inimicorum processimus, videlicet contra hoīes meduni, qui ad nr̄am lesionem uenire presumpserunt * cum felici Penello domus Maniaci sepiss.ᵉ ante portas Meduni euntes locum exterminando, et villicos capiendo, et bona ipsorum derobando, in tantum quod ipsi de meduno se uno die parti nr̄e dare uoluerunt, sed nullus fuit, qui signum concordij, et pactum recipere uellet, dum uno die ipsi de Meduno ex timore * nimio Caputium circumcirca ducerent pacta requirentes. Nostri vᵒ animum uoluntarium habentes non attendentes ad eorum

requisi-

requisitionem putabant eos illa die superasse; Et intra muros uillam totam cremauerunt, et campaneas, et grauiss^um damnum illis intulerunt et de eorum aīalibus, et uicinis capti uantes Maniacum conduxerunt. Et sic quasi oī die nostri ipsos insultabant, et damnum grauissimum eis inferebant. Et uno die dum ꝑ Batholomeus q. D. Odorici uenisset de Comitatu Tyrolis ipsos de Meduno insultauerunt, et ex ipsis quatordecim ceperunt de mense martij. 1386. qui dati, et pīsentati fuerunt Dñis Iuchino, & Odorico frībus, et quibus imposita fuit talea Ducator. 209. et duos alios habebant dī Dñi in carceribus, pro quibus oībus soluerunt dī de Meduno. 1000. libris solidorum, quas ego Ioēs Not^s q. Aylini de Maniaco recepi in Castro Mizze, pīte Dño Nicolao de Fana, et Duxi in Maniaco —

Nob. D. Baldassar ante principium ipsius guerre moram trahens Utini, duci ferit filios suos Utinum, guerra ipsa incepit in. 1385. in festo S. Crucis, siue in uigilijs ipsius Festi —

Astantes Dñi Padue stantes in turri nos de Maniaco inuaserunt nullam ab eis custodiam hītes de mane, cum uicini exirent ad opus, et ad uindemiam, et ipsa die fuit captus ꝑ Olvrandinus prope domum Zanetti della centa, sed per Brandilisium ipsius filium, et alios uicinos illicò fuit de manibus ipsorum redemptus, et erant pedites, & equites n° 60. cum uno Tamburino; Tamen aīalia aliqua secum duxerunt, et quemdam Indrigutium pauperem Nostrum uitinum, qui īn de eorum manibus fugam cepit — (28)

1386. Dnūs Bartholomeus q. Dñi Odorici uenit de Comitatu Tyrolis post ipsum insultum nobis datum, et reperijt nos de Maniaco ingratuibus guerris, et discordijs, specialī cum pīfatis de Meduno, et Arbe, campanile ad terram dejeceramus, et uillam cremari fecēramus. Post uº suum aduentum dictus ꝑ Bartholomeus potenter, et animosè procedens ad guerram sepiss^e cum socijs tam de contrata, quam Forensib^s ipsos de Meduno invadens eos bellicosè destruxit, et quasi oī die nīri per montes, et per planum eos infestabant, et destruebant, et adtantum deduxerunt, quod contentio grauis inter ipsos consortes de Meduno facta est, in qua discordia Ioēs grandis q. Dñi Francisci, et Ioēs parvus eius Nepos expulerunt ꝑ Iacobutium q. ꝑ Nicolussij, qīa ipse Iacobutius, & Thomasius q. ꝑ Filippi eius consanguineus condolebant eē cum hoībus maniaci in discordia, uidentes se nihil posse, nisi pati ultimam destructionem, ut eis apparuit imposterum. Tunc tractatum huērunt ipsi Iacobinus, et consanguineus de mense Julij cum eorum uillicis, et ipsos Ioēm grandem, et parvum expulerunt, et Castrum in se seruarunt ad honorem ligę Vtinensium, et miserunt Maniacum per succursum sociorum; quibus nos de maniaco ad sufficientiam misimus socios, qui cum eis habitabant habentes continuè castrum nīi socij in custodia. Et in pīfata guerra nīi de Maniaco finalitj. destructionem dederunt Ville Arbe arcas, archilia, uasa, brentas, et alia supellectilia Maniacum ducentes, et quod ducere non poterant, cremabant, nihil penitus dimittentes —

Et nota, quod regnante guerra inter nos de Maniaco, et ipsos de Meduno, hoīes Fane satis apertè, sicut nos sentiebant ire contra ipsos, siue per Villam Fane, siue à parte inferiori, siue per montes, sicut nos ire sentiebant, per signa fumi, uel nuncios eis notum faciebant; Et in hoc magna inimicitia regnabat inj. nos de Maniaco cum ipsis de Fana. Propterea ipsi de fana, et specialitj. Articus Bosdrani, et Corradus Palme (qui īn per nros aduersarios fuit interfectus, et sicut meruit mercedem suscepit) et alij circa bastiam ipsos de Meduno retinebant absconsos, ut hora aliqua nostros euntes fanam possent capere, et depredari; Itj. consentiebant, et consenserunt, quod quidam Boemus Volrici familiaris Dnōrum Iuchini, et fratrum uadens locum Dño Nicolao fuit captus in Ville Fane: Et sic per ipsos de fana nos de maniaco malè tractabamur; et multoties capientibus Nris captiuos prope Villam Arbe, et super Dñio ipsius Ville uel alia grossa, et minuta. D. Nicolaus habitans Mizze Maniacum suos Nuncios mittebat, rogando, ut relaxarent cum blandis uerbis, cui sepius complacuimus non propter fauorem ipsius īn, sed qīa gentes Dñi Padue stantes Meduni, in Valuasono, et alijs locis non requirerei ad nrām lesionem, sicut benedoctus in malitijs facere sciebat. Et penes se habebat quemdam Frem Christoforum Abbatem fane genere Romagnolum negtier contra nos de maniaco laborantem consilijs pene ipsum D. Nicolaum, et ad oīa nra nocumenta inuigilantem cum certis alijs rusticis de Fana, quos ipse D. Nicolaus deportauit * ad regimen Ville fane, sicut fuit quidam Pantia nicolussius de mielo, quibus eorum praua animositas ad regimen malè successit, ut inferius de ueritate narrabitj. Iste D. Nicolaus de consilio ipsius Abbatis, et deputatorum ultra annum continuè fecit fieri foueas circa locum, spinatas, spaltos, domunculas, et quod oēs de fana conducerent sua in Mizza, ostendens īn se de ipsa guerra nihil uelle impedire, neque cum aliqua partium ad lesionem alterius se uelle imiscere dicens: uolo stare pacifice, et cum nulla partium partem capere, sed si quis me offendet, me ab eis defendam, et pro mei defensione me^a fulcio, sed non ad lesionem alterius. Et īn consentiebat, quod quidam Thias filius Ieonardi Pagaiti stabat in Turri, et ueniebat in fana, et tanquam fur de nocte ueniens, nos de Maniaco, si poterat, ledebat, ostendens d^s D. Nicolaus condolere, licet nihil erat, ac dicens, si contingat eum ad manus meas peruenire, ipsum statim suspendam. Accidit īm, quod ipsum uno die cepit, eumq. posuit in carceribus, et uenit inde Maniacum dicens: Habeo in carceribus meis Thiam; uerè meis manibus ipsum suspendam. Et ipso die recessit, et iuit Fanam, et eum illesum abire permisit. Et uidentes nīi de Maniaco, sic fecisse beffas de nobis, et quod ipse procedebat plus ad damna nīa, quam primò, uno sero dum iste Thias uenisset ad domum Patris, certè nīi socij ipsum stantem intra toblato Patris super fenum inuaserunt, et pcusserunt fortiss^e, et frem eius, qui ad rumorem uenire uoluit, et plus frem, quam ipsum percusserunt, et putabant ipsum interfectum dimisisse; tamen liberatus ipse, et fr, sed exercitus se ad alienas partes transmeauit, nosq. quiete postmodum ..... permisit. Ita nos de Maniaco facilè, & apertè ledebamur in. 1387. in fine octobris. (31) Infine octobris Verona fuit recepta Dño Antonio della scala per D. Comitem Virtutum Dnūm Mediolani colligatum Dñi Padue, et in eodem anno die Iouis. v. 7bris Gentes Dñi Franc^i de Carraria Dñi Padue, Taruisiq. uenerunt ante terram Satili in obsessione ipsius, et subito fieri fecerunt pontes sub aqua talitj. quod circum circa ipsam terram gentes ibant per ipsos pontes tractantes cum bombardis in ipsius turribus, et domibus, at subitò in tanto timore inducti fuerant terrigene, quod se die mercurij ibi post sequenti. xj^o d^s mensis 7bris ipsi Dño Padue dederunt. In qua terra, ut presumendū est, et dicebatj. satis apertè, uoluntariè se dederunt, et non constricti, quia in numero gentium existentium, in obsessione ipsius

terre

terre non erant ultra duo mille persone inter homines armatos pedites, equites, et bubulcos, sed in terra erat maior pars hoīum animum hens cum Dño Padue; et ideo minor pars non potuit obtinere. D. Ioēs de Colloreto erat tunc Capit.s ipsius loci & requisiuit Ciues ad deffensionem terre, qui contra ipsius uelle terram exeuntibus super campo tractauerunt cum inimicis, et se parti dederunt contra ipsius uelle, qīa non habebat gentes penes se, ut ciues posset constringere, et uix ipse pactum hre potuit exeundi Castrum Sacili cum sua familia. Eo īpore per sumum Pontificem in Rectorem, et Gubernatorem Aquil.s Eccle missus erat D. Ferdinandus Patha Hierosolomitanus, et stetit circa annum in regimine, cui pars Utinensium obbediebat, et nos de Maniaco, et colligati eius. In crastino v.o die, uidelicet duodecimo d.i mensis homines Canipe, et Auiani portauerunt claues locorum Sacilum, seq. uilifer Dño Padue reddiderunt. Nam in Auiano erat & Corsetus cum suis Nepotibus, et filys naturalibus dl.q. Roscij, et Nicolaus, ac Marcus frēs q. Ingerossi instantes populo, ut se parti darent, et sic invitis Gaspardo à Porta, Melchiore q. D. Pidrussij, Franculino de Canino, et Simone q. Musini non audentibus contrarium dicere, se parti aduerse dederunt, in quibus locis modum & ordinem tenentes peruenerunt dicte gentes —

Die v.o mercurij. XVIII. dicti mensis ībris d.i gentes cum maiori numero, et cum gentibus ipsorum locorum supōrum, et de Brugnaria et de alys locis, et uillis districtus Taruisini putantes cetera oīa loca uincere posse, et fortunam prosperam eis non deficere cum infinitis curribus onerati bombardis, lapidibus iactandis, balestris, malleis ferri, victualibus et alys ingenys artificialibus notiis, de consilio, ut censuimus, ipsius & Gaspardi, et suorum de Auiano, et aliorum de contrata, qui uolebant nos de Maniaco suos fore similes in uerecundia putantes nos pauidos, et tremulos esse, cum potenti igitur manu, ut dictum est, dicte gentes uenerunt ante nobilissum Castrum d.i montis Tardinei antiquitus nōiati, hodie v.o Maniacum. Int quas gentes D. Iacobus naturalis D. Franci Dni Padue, qui dicebatur Comes Carrarie, erat caput seu Capit.s et cum eo multi boni hōies periti in armis, et de forojulio nequiss.s & infestiss.s D. Rizzardus à Valvasono. & posito eorum infelici campo, quidam trombetta tubam sonauit petens affidam, cui data fuit per nos de maniaco, et eo modo d.i D. Rizzardus, et cum eo quidam Ant.s de Verona, qui fuit, et erat Cap.s S. Viti uenerunt usq. ad Castellum sub porta Castri à latere uersus occidentem. Tunc requisiuit d.i D. Rizzardus, ut aliquis de Domo Maniaci eum, et socium audiret. Tunc ex deliberatione facta inter Dños Bartholomeum, Galuanum filium Baldassaris, Iuchinum, et Odoricum frēs, Olvrandinum q. Bartholomei, & aliorum fidelium uicinorum de Maniaco, ipse D. Iuchinus intimidus, et amabilis toti populo ipsum Castrum cum honorabili Comitatu suorum fidelium associatus exiens ad ipsius D. Rizzardi pentiam uenit, et aliorum, qui ibi uenerant pro parte d.i infelicissimi D. Comitis naturalis. Quem cum ipse D. Rizzardus, et eius socius multo cum honore excepissent, tractare cum ipso ceperunt, ipsum castrum requirentes ex parte dicti Dni Comitis filij d.i D. Padue, quod pacifice dari in eius manibus petebant, non tentata ipsius ui, et potentia, quodq. custodiendum, et saluandum dicebant nōie D. Philippi de Alenconio Cardinalis, quod si eidem darent, multa promittebant se operari uelle pro ipso D. Iuchino, frībus, et consortibus suis penes ipsum D. Padue, et quod hatet bene recomissos. Quibus dictis ipse D. Iuchinus iuvenis sapiens, et prouidus responsum fecit. Et primo honorem reddidit eis, qui hilares suam intentionem hre putantes illicō obtinuisse gaudentes, sumpserunt prestitum ei honorem. Sed tantibus ipsis in his uerbis multi de exercitu, cum fallacibus animis stimulantes, per riuum inter Castrum, et collem Grisolum armate cum pallis ferreis, sapponis, et malleis uenerunt usq. propè muros sub domo ol. Dni Iuisini, ubi dicitur Abbatia; ibi & Bartholomeus edificare fecerat stallam equorum sub domo prefata; nesciente D. Iuchino, et qui cum eo erant; et licet custodes nri stantes super muris bene uiderant, nihil dixerunt, quia tregua data erat inter partes non considerantes malitiam ipsorum, et eos fallacit; uenire; imō putantes concordium sequi int; partes. Finalī ipse D. Iuchinus, tanquam iuvenis sagax, et prouidus multum preuident;, constanti;. et robusto animo loquens ipsi infelicissimo D. Rizzardo, et eius socijs his uerbis allocutus est, et responsum fecit: Dni, Vos nuncios missos per uestrum Comitem, et Capitaneum una cum ipso uestro Capitaneo, et alijs suis sequatibus latere non tredimus, Nos de maniaco fore confederatos cum Ducali Dnio Venetiarum, et Utinensibus, et cum eis prestitisse nrum Sacramentum partes eorum nostro posse obtinere debere, et uelle. Nostre intentionis est prestitum Sacramentum nrūm, et promissionem nrām potenter uelle obtinere, nec uerbis nos permittere terreri. Ite ad Utinenses, uel mittite nuncios uestros: hec eis nota facite; et situt ipsi per uos coacti facere facient, uel disponent nos facere debere, sic nos promittimus indifferenter, et statim uelle facere, et faciemus. Si secus uos cum potentia uīa contra nos fideles partis nre facere tentabitis; potenter nos tueri uelle, et paratos reperietis fidem nrām pfate nre parti seruare animo constanti, et robusto. Nec credatis nos pauidos ee, nec aliud responsum posse de nobis hre, quam quod istud felicissimum Castrum nrūm pro nobis intendimus seruare, ipsumq. contra uīam potentiam tueri & deffendere uelle. Quod si à manibus nris ipsum subripere uoluerit, non uerbis sed factis ipsum uos in presto hre expedit. Et uos scire uolumus, quod oēs in castro nro inclusi sumus unanimes et non claudicantes, & disposit potenter ipsum castrum obtinere uelle ad honorem, et statum S. Aquil. Eccle, et partis nre pfate, et nostrorum. Dum hec agerentur, quamq. affidata esset inter partes, in ipsi de exercitu, tamq. hōies infidi non cessabant foueas facere pro eorum bombardis aptandis, et ad muros, ut ante scriptum est uenire —

Forte eo tempore acciderat, ut quidam uir honestus, et ualens nōie Ioēs peritus in armis, natione Utinensis, confessabilis. as. sotiorum, qui missus fuerat in succursum terre infidelium Sacilensium per utinenses, et rectorem Venetorum, qui in Utino morabatur trahebat pro Duc: Do: Venet; uadens per sub montes, cum applicuit cum sua comitiua Auianum, reperit Sacilum ee datum parti aduerse, et ipso de Auiano iam claues ipsius loci Auiani misisse per eorum Nuncios Sacilum ipsi infelicissimo D. Comiti; propter ea ipsi de Auiano eundem Ioem cum prefatis Socijs suis illicò se licentiauerunt. Qui statim uenientes per sub montes ob timorem inducti uidentes ipsas gentes talia loca fortiss.a uerbo tantum uincere, uenerunt in ipso Castro constanti, et fortissimo Maniaci, referentes gesta per infideles ipsorum locorum. Admirati multum fuimus nos de Maniaco, non tamen pauidi facti, nec à nostro proposito bono aliqualī moti; imō aium quisque nrūm sumpsit fortiorem in obtinendo uelle ipsum Castrum et

promissionem.

promissionem ipsam factam nre parti. Ideo rogauimus ipsum Ioēm, ut pro nra, et loci nri pfati defensione nobiscum eē
uellet; et si gentes ipse ad nos uenire presumerint, quod contra ipsas intendebamus nos potenter fueri, nec facere uellet pro ut pfati fece
runt, et nobis aquirere infidelium famam; eisq. promisimus soluere pro rata temporis, in quo nobis seruirent, eosq. benignē tracta-
re. Qui uidentes nos tali bono animo, et uelle, letanter steterunt nobiscum, et reperti sunt oēs boni, et utiles ad defensionem no
stram, et que eis promisimus fecimus, et letanter à nobis recesserunt . . . . . .
. . . . . .
(32) . . . . . .
cum inimici uidentes nihil contra nos posse operari, de mane die Sabati. XXI. mensis 7bris cum omni eorum potentia iue
runt ante * terram Spegnemberghi, et ut dicebant ipsi Dñi de Spegnembergo, parti se illicò dare parati erant, sed unus hūit dicere.
Non poluerunt Maniacum recipere, quia potenter se defenderunt, nos semper erimus uerecundati nos tam cito reddere; et isto uerbose
abstinuerunt, et ante terram Spegnemberghi steterunt diebus undecim trahentes cum bombardis, qui de Spegnembergo multoties se
parti dare uoluerunt. Sed D. Venceslaus miles, qui dubitabat uenire ad manus Dñi Padue, quia eum non amabat multum, operatus est, ut
se sui Consortes, et uicini non redderent; et nisi forent socij Forenses missi per Utinenses, et Rectorem Veneforum, se sine dubio dedissent
parti aduerse –

Interim vº apparuit grā Dñi nri Iesu Xñi, et eius gloriossime matris Virginis Marie, sub cuius alis ista S.Aquil. Eccla deffensatur.
Quida ñ nōie Anderlinus Trottus, qui ad modum societtis steterat ad damna ipsius S.Aquil. Eccle, missus per ipsum Dnūm Padue per
Uillas strate alte sub Utino eundo, ne ipsi utinenses cum suis gentibus se mouere auderent in succursum sue parti contra alias
gentes, que erant ante Spegnembergum; cum quo Anderlino erant Ciuitatenses Austrianales; in qua societate erant ultra mille equites, et
pedites multi, et fuerunt in Aquilegia, ibi robantes Eccle Sanctiss.as figuras, et cruces. apparuerunt ex hoc multa miracula. Nam qui-
dam de Tulmino fevens reliquias ibi recepias tota nocte equitauit putans iuisse domum, quia uiam bene cognoscebat, reperijt se ee ante
portas Aquilegie, et sic reuersus ad Altare ibi eas reposuit. Itē apparuit, quod quedam figura Virginis Marie, super quo derobata fu
erant ornamenta eius, se inclinauit cum capite, et sic hodie stat, ubi cum eleuato capite stabat. Apparuit ēt, quod unus connestabi-
lis, qui crucem unam in dª Eccla Aquilª receperat argenteam, quam ex eius superbia in Valuasono habitans super humeros ferebat,
quod rabie captus illa infirmitate mortuus est. Itē apparuit, quod quidam italicus, qui similiter crucem unam argenteam in Eccla pre-
fata receperat, ipsamq. uendiderat, et emerat equos, et se ipsum induerat cum argento, uermis eos oēs equos, qui erant septem, inuasit,
et ipse post pusillum ipus mala morte clausus est. Et publica uox et fama erat, quod Padue, Taruisij, et in alijs ciuitatibus multi, qui
fuerunt ad dessolationem ipsius Eccle morte subitanea moriebantur, aut rabie; aut in diuitijs penam patiebantur: et sic uox erat
aperta, quod ex peccato in ista Eccla comisso ista diuinitus eis occurrebant; et pro ipso peccato Dnūs Padue expulsus est de omni sua po-
tentia, ut inferius describetur. Itē cum pdictus Anderlinus uenisset de super utinum non dubitans gentes Utinenses . . . . . .
et super aqua nominata la Tor posuissei suas gentes in uillis, prope quas illi de Utino hntes eorum exploratores senserunt, ipsas nul
lam custodiā hare de potentia Utinensium, quia tempus erat multum pluuiale, et aque magne, et quia erant prope castrum Sauorgnani,
quod ipsi de Padua habebant in eorum potentia, et custodia, in quo erant multi pedites, et bellicosi hoīes multum offendentes Utinen
ses, et alios circumstantes; ideoq. gentes illius Anderlini in minori securitate stabant in ipsis Villis; tunc Utinenses habentes in capi-
taneum suarum gentium quemdam Nob. Comitem Theutonicum noie D. Conradum de . . . . . hoīem antiquum, in armis
multum sagacem, et expertum, qui intellecto de inordinatis modis retentis per ipsas gentes modum dedit, et ordinem eis dandi con-
(33) flictum; in equis et equabus portas exiuerunt, ipsosq. inimicos rapientes in domibus eos inuaserunt, et finalī die. ij. 8bris in
(34) supio millesimo eos debellauerunt. Et uix ipse Anderlinus cum aliquibus suis gentibus Sauorgnanum fugam rapuit, iran-
(35) siens aquam noiatam la Tor. Et sic ipse gentes inique per partem Utinensium fuerunt conflicte ex peccato, ut dictum est,
comisso contra ipsam Aquilem Eccla, in quo conflicto mortui sunt, et capti ultra . 300. persone; Et Utinenses, qui multum
in minori numero erant, redeuntes ad Ciuitem Utini cum ingenti gaudio, et copiosis diuitijs diuitijs, equis, armis, arnesijs
et carceratis uictoriam, et triumphum letabundum porrexerunt. Et ex ipsis gentibus in transitu ipsius aque, que magna
erat, nec respicientes propter impetum insultus, et nimium timorem in ipsa aqua submersi sunt –

Cognito m isto nouo, gentes, que erant ante Spegnembergum, ob nimium timorem inducti, de mane relictis oībus eorum
domicilijs in magna quantitate factis et lapidibus bombardarum fractis fugam rapuerunt, et in campo panem, uinum, et
alia uictualia permiserunt, euntes uersus Sacilum. Et nisi fuisset conflictio pfata data ipsis gentibus, ipsi de Spegnembergo in
crastinum firmiter se dedissent –

Prefatus m Anderlinus erat cum suis gentibus, que ei remanserunt, cumq. clandestinè Tulmentum transijsset, uenit per sub Val-
uasono, et hospitatus est in Cusano, et uenit cum alijs gentibus uersus montes ad damna dnōrum de Spegnembergo sub Villa Se-
quals, et Solimbergi, easq. que remanserunt combussit. Et inde uenit ante castrum Maniaci, et in platea relictis equis descen-
(36) dentes cumpluribus balistarijs, et archerijs uenerunt currentes usq. ad bivium ol. Antonij à Porta; contra quos glomerosa, et lauda-
(37) bilis comitiua nobilium Maniaci, uidelicet Dñus Bartholomeus, Galuanus filius Dñi Baldassarij, et Odoricus q. D. Nichili, relicto D.
Iuchino prudenti et sagaci ad custodiam castri prefati cum aliquibus ei deputatis ad inuasionem pfatorum inimicorum hostiliter
et sagaciter. et potenter se extendentes cum honorabili comitiua suorum fidelium uicinorum ipsos inimicos, quos iam uenisse psen-
* serant ad portam muri * tegetum filiorum ol. pfati D. Nichili super riuum, talī cum graui clamore, et bellicoso insultu inuase
runt, quod ipsi inimici, quia ad portas ipsius Castri se uenisse putabant, relictis eorum falsis cogitaminibus, coacti, et non uoluntarie

terga

terga dederunt nris, se usq. ad biuium pfatum reducentes, ibiq. fuit conflictio int. partes ipsas grauis, modo una pars extendens se contra aliam, et altera preualens aliam; finalr nri feruenti animo cum ballisteriis nris, arcubus, mazzafrustis, frandegulis, et lapidi bus ipsos talr infestarunt, quod ab inde recedere sunt coacti, eosq. duxerunt potenter usq. ad medium Burgum, et ultra. Qui uidentes nram potentiam preualere, cum eorum sagitariis, equos ascendentes uirilr recesserunt a nobis. Post hec vo gentes Dni Padue posite in locis suis, uidelicet in Sacilo, Canipa, Auiano, Turri, Meduno, et Bania montis regalis pedites et equites nos de Maniaco sepiss. (38) insultabant; ac in Valuasono, in Portugruario, in S. Vito ——— contra locum Cordouati, in quo Rodulphus potenter, et bellico se multa fecit contra inimicos nre partis cum sua comitiua; ante quem locum ultra quinq. uicibus inimicos cum bombardis, et oibus nocciuis instrumentis insultauit, intrans in foueas, et spaltos —

Finis.

Variantes Lectiones & Supplementum Ex MS^to Fontanino.

(1) Sequenti XIII.° Janr.
(2) Missus fuit per totã patriã.
(3) Lodoico.
(4) dicti D. Franci de Carrara dni Padue.
(5) Dux Austrie iuit Mediolanũ.
(6) Tam finale destructionẽ.
(7) Nocere non potuit huic beatissime patrie. Th D. Franci^us De Carrarie (6) misit.
(9) Et obsedit Spegnimbergũ, ibiq. (10) stetit per.
(11) Et hec fuerunt in M.CCC.LXVI. in vigilia.
(12) Eodẽ anno.
(13) Lancee intrarent Prĩã.
(14) Tamen grã Jesu Xsti.
(15) Castrum Turris.
(16) Per Ciuitatenses, & ipsi tunc se reddiderunt.
(17) Illi de Strassoldo, & D. Facina itel.
(18) Natalis Dni, si per solũ mensẽ.
(19) & isto modo correcti fuerunt.
(20) D. Philippus de Alençonio miseratione diuina Epũs Sabinen. S.R.E. Cardlis
(21) Totaliterq; foret perdita, dicentes.
(22) In quibus non esset pars, ut dictũ inter ipsas. & super his.
(23) Ut eũ deberent acceptare, & quod intitulatus erat in suo Sigillo = Philippus de Alençonio Epũs Sabinensis S.R.E. Cardlis Pãtha Aquilẽ & de hoc Utinenses.
(24) & eorũ complices. Tunc mortuo dño rege Utinenses tractaverunt ligã cũ Ducali Dnio Venetiarum, & cum D. Antio de la Scala Dño Veronæ. Qua liga facta tunc Utinenses sentire voluerunt ab omnibus de contrata, qui cum eis vellent esse pro manutenendo libertatẽ Patriæ, & quod iste Cardlis non foret receptus in Comendã, nisi ejceret Capellũ, vel quod alter verus Pãtha detur Aquilẽ Eccliæ, ut libertas non ãmissa fuerit. Cum quibus Utinensibus illi de Sacilo, de Canipa, de Aviano, de Cordavato, de Spegnimbergo, de Valvasono, de S. Daniele se volẽtes promiserunt contra ipsũ D. Cardinalẽ cũ Utinensibus. Qui Cardlis continuè moram trahebat in Civitate Austriæ. Tunc lites & discordiæ oriri coeperant in contrata, & Ducale Dnĩũ Venetiarũ incoepit scribere gentes, & mittere unũ de Venetijs probatissimũ Deputatũ ad regimen Terræ Utini, & eorũ partis & guerræ. & Dnus Veronæ unũ misit, qui pro eo gentes faciebat, & scribebat. Civitatenses verõ ligã & unionẽ fecerunt cũ D. Franco de Carraria dño. Paduæ, Tarvisij &c. & ipse D. Paduæ ligã fecit cum D. Comite Virtutũ dño Mediolani contra ipsũ dnũ Veronæ, & ad ejus destructionẽ. & in contrata Forijulij Utinenses cũ eorũ gentibus iverunt ante Glemonã cum exercitu, & Terrã depugnantes, domos comburentes, vites destruncantes, et finaliter destruentes se parti Utinensiũ dederunt. Et sic processũ fuit contra Tulmetinos, et se parti dederunt, quia in Terra multi erant amantes partẽ Utinensiũ, & sic tota Carnea lxtanter se cum parte Utinensiũ posuerunt. D. m Philipponus de la Turre uno die dũ Castrũ Plebis exivisset volens ire ad aliũ locum captus fuit, & præsentatus Utinensibus, propter quod loca dare eũ oportuit Utinensibus. & isto modo guerra insultavit gravissima inter ipsos, Civitatenses, et eorũ partẽ ex una, & inter Utinen. & eorũ complices ex altera. Ita quod Utinenses multoties &c.

(25)

(25) Civitatũ Austriæ eos fortissimè destruentes.

(26) Vindicando. & D. Rizzardus de Valvasono dũ positus esset Capitaneus in Terra Portus-gruarij, abiecto Nob. D. Albertino de Spegnimbergo, qui ibi fuerat Capitaneus per dictũ D. Philippũ de Alençonio, D. Franciscus de Carraria ostendens se huic liti velle interponere &c.

(27) & nos de Maniaco cũ eis. Propter quod ipse D. Paduæ suũ hũit tractatũ cũ D. Rizzardo de Valvasono. & D. Card.lis fugam de nocte dederat, & iverat Paduã, & dũ ipsi de Utino dubitarent de D. Rizzardo, quod ut fecit, non staret constans parti, in uno die Provisor Venetiarũ equitavit cũ D. Doymo de Castello, & aliis nobilibus ad terrã Portus-gruarij, & vocari fecerunt ipsũ D. Rizzardũ, ut ad eos veniret. Qui cum venisset, ei requisiverunt Castrũ Portus-gruarij. Tunc dixit, Vos dñi benevenneritis, non displiceat vobis, de mane vobis dabo responsũ. & reversus in Castrũ subito noctu ille equitavit in la Motta, quæ erat tunc Dñi Paduæ, & jam Johannes Ax Capitaneus magnæ gentis peditum & equitũ venit in Portugruario tãm tacitè, quod quasi isti expectantes responsũ vix fugã rapere potuerunt, nec Cives Torra nihil senserunt, & Terrã ipsã sic proditoriè receperunt, cum quibus gentibus ipse D. Card.lis erat. Venerunt q. dictæ gentes cũ magno furore contra patriã cũ magnis bombardis, & pluribus diversis artificialibus. Qui inde redeuntes venientes S. Vitum, ibi Castrum insultantes uno die ipsũ devicerunt, & se parti dederunt iniquè, non obstantibus gentibus, vidt. lanceis. 50. quæ ibi per utinenses, & in eorũ occursũ missæ fuerant, & quas illicò abinde expulerunt, & venerunt Utinũ. & inde recedentes dictæ gentes, positis ibi eorũ Capitaneo, & officialibus alijs venientes ante Terrã Spegnimbergi cum eorũ infinitis gentibus peditũ, & equitũ, curribus, bombardis &c.

(28) Fugã coepit, & venit Maniacũ. 1386.

(29) Fuit interfectus, & ductus cum uno altero in Fanna nomine Vignudissius per gentes Dñi Paduæ versus Turrim, & super via, vel extra mortuus fuit, & absconsus, quod de eo penitus sui nihil sentire potuerunt, & sicut meruit mercedẽ suscepit. (30) Prædicti verò Articus, & Conradus, & alij &.

(31) Permisit. Ita quod tacitè & apertè nos prædicti de Maniaco multũ lædebamur. & verè nostri juvenes pastores ibant propè locum Meduni, receperunt capita grossa boorũ, & vaccarum. 29. de pulveribus, quæ ipsi haberent. Ita quod ipsi de Meduno se videntes contra nos de Maniaco nihil posse facere, tunc acceperunt tractatũ habere antedictũ inter se ipsos dñ. Dñi de Meduno, propter quod, ut inferius describetur, hũisse guerrã, nobis destructi sunt dñi dicti de Meduno. Et in 1387. in fine octobris &c.

(32) Recesserunt. Sed redeuntes ad factũ iste honestus Johannes Contestabilis, loquente D. Luchino cũ D. Rizzardo, & ejus socijs, tanquã provisus, & talibus peritus, subitò hortatus est in Castro tãm hoiẽs, quã mulieres repedare, & ut quilibet ponat aquam super ignem cũ cinere intus, lapides ad muros, pro nrã defensione animũ sumant fortissimũ, & se in pavore non inducant pro jactamine bombardarũ, quia audito rumore ducorũ, vel triũ nullus alius curaret. Estote fortes animi, quia Virgo Maria Mater Dñi Nri Jesu xsti nobiscum est, pro qua nobis mittuntur iste malæ gentes nos offendere, ipsa Dña nra nobis juvamen porriget, & suffragiũ tale, quod nullus nostrum lasionẽ patietur, nec ipsi nos vincere poterunt. Per dictũ cujus visum est unicuiq. nihil de ipsis gentibus curare. & redeundo ad verba ipsius D. Luchini cũ ipso D. Rizzardo, obtenta licentia inter ipsos, tunc quilibet revertens ad suã partẽ recessit, & se reduxit ad suã partẽ, dicentes qui missi erant, citò vobis mittemus in Castro unũ de nris naranciis; quibus fuit responsum, & nos mittemus vobis de nris pomellis, quia sufficienter habemus in dando vobis, si quid de nro volueritis, & contingat vos ad nos venire, nos paratos vos velle recipere videbitis, nos non pavidos, sed voluntarios. & in recessu dicti D. Luchini vix cum suis felici & fideli comitiva suorũ vicinorũ portas intrare potuit illesus, ipsũ ex suos subito balistrantes. & qui sub muris venerant, & in stalla prædª habentes palos ferreos, magleos, saponos, murũ domus prædª olim D. Luisini incipientes fodere cum infinitis bombardis, & balistris copiosis tela trahentes, lanceas longas ultra altitudinẽ fectorũ transeuntes, ipsũ Castrũ satagentes, & putantes illicò habuisse, quia super domo illa nulla defensio facta erat contra ipsos, nisi ad fenestras, ad quas nullus poterat ibi stare propter multitudinẽ telorũ, pilottorũ, & lanceatũ. & nostri non propterea exterriti, animũ ut eis expediebat capientes fervidũ in defensione ipsorũ

subito

subitò murū & tectū fregerunt, & isti adversarij jā fenestra unā ferreā ipsius domus, quæ erat quasi ad terrā de una cruce ferri, evulserant. Tunc nīi fracto muro & tecto aquā calidissimā cū magnis saxis a muris jactantes, dē ipsis tolē fecerunt ultionē, quod ad fugā se per riparū exponentes, unus alterū non expectando, nec per viam, vel tramitē euntes, aliqui socios per pedes trahentes mortuos, & vulneratos, ex ipsis multi propter aquā calidā decapillati, cum lapidibus cruentati. Ipse verò D. Comes nequiter cum bene. 40. ex notabilibus suis hominibus armigeris, & ipse D. Rizzardus, ut postmodū retulit ore proprio, fuerunt percussi, ac ipse Antonius de Verona fuit percussus cū lapidibus tantū, qui Ant.s in percussione lapidis habuit dicere, hoimè, audientibus suis. & jam totus exercitus venerat contra ipsū Castrū putantes ipsū vincisse, eo quod viderunt illos fodientes murū, & unus veniens ad portā cū una hasta, super quā erat una lumera ferrea cū sagittis accensis, putans ignē in porta Castri infigere, unus de illis d.ī S. Bartholomei lapidē jactans, & in capite percutiens, ibi dormitionē coepit, alter ejus socius cupiens ipsū dormientē ad se trahere cū uno pavesio in brachio, per miserunt nostri ad dormientē venire, cum hora fuit, cū pomellis ipsū, ut meruit, honorarunt. & in ipsa hora tantus in exercitu mugitus equorū & hominū, quod tonitrua magna in aere tonantia possunt audiri; & in ipso Castro tot & tanta jacula, seu pilotti balistarū, et arcorum, quod de coelo videbantur cadere, non minus quā fuit pluvia; in quo conflictu mortui fuerunt numero. XVIII. & portati in curribus in Portunaone, & alibi, de quibus dicebatur mortuos fuisse ultra. LXXX. Qui verò ad eorū tentoria se reducentes, nunquā ipsorū aliquis ad ipsū Castrū venire ausus fuit. Nos verò de Castro sapissimè ipsos vocantes, ut ad nos velent venire, quia si non bene eos honoravimus in principio, ipsos intendebamus & melius honorare. Ipsi verò graviter indignabantur, sed non quod vellent reverti ad pugnam loū, cum bombardis jactabant lapides. Uno die jactaverunt lapides. 74. ex quibus, nec ex telis ipsorum nullus nostrum unquā lasus fuit, subvenientē nobis Virgine Maria. Tunc iverunt per montē Grisollum, & alios montes circumcirca ipsū Castrū omnes magistrati in armis, si possent ponere bombardas in nostra majori lasione, & descenderunt per Vuoveda, et nihil videntes contra nos posse operari, de mane die sabbati &c.

(33) Conflictū; Quia invitis Utinensibus, & Rectore Venetorū omnes gentes Utinensiū, tū forenses, quā terrigenæ in equis &c.

(34) Die prima octobris.

(35) Anderlinus cū Civitatensibus transiens aquā nominatā la Tor, & cum aliquibus &c.

(36) Archerijs Englesijs venerunt &c.

(37) D. Nichili consanguinei & fratres relicto &c.

(36) In quo Rodulfus q. D. Vidoli de Faganea erat Cap.s qui Rodulfus potenter &c.

FINIS.

GENEALOGIA DI QVESTO AILINO CON MEMORIE RACCOLTE DAL CONTE FABIO DI MANIACO.

Aylinus Sen.r Not.s 1277.

Ant.s Sen.r Not.s 1313.

Aylinus. II. 1340.

Joannes Not.s 1348

Ant.s 1383.

Joannes. II. Can.cus Utinen. 1447.

Nicolussius. 1370.

Ant.s 1385.

Del

Del Seniore Ailino è presso il Sig.r Conte Pier'ant.o di Maniaco il Protocollo dell'anno 1287. un frammento di quello del. 1280. e quello del. 1291. con alcune pergamene di lui. Nel sommario trius Aylinorus si vedono compilati i protocolli degli anni. 1277. 81. 82. 84. 87. 88. 89. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. e questo Sommario è presso d.o Sr. Conte; L'anno della morte di questo Notajo Ailino non è certo, benche si sappia esser egli già stato morto nel. 1313.

Ant.o seniore fig.o del sud.o Ailino viveva ancora nel. 1348. e di lui la Casa Maniaca conserva molte pergamene, e un Protocollo degli anni. 1340. e 1341. Il rimanente de' di lui Protocolli si crede perduto. Nel d.o Sommario si compilano i di lui Protocolli degli anni 1316. 17. 18. 19. 20. 22. e due frammenti del. 1308. e 1309. forse i pmi scritti da lui.

Giovanni 1.° che successe nel Notariato a suo Avo Ant.o cominciò a scrivere nel. 1348. Molte pergamene di lui si conservano in d.a Casa, e tre volumi di Protocolli. 1348. 1384. 1385. &c. Si credono perduti i Protocolli degli anni. 1383. 89. 90. 91. 92. 97. 63. 67. 82. 83. 86. 87. 88. 93. Non si crede avere questi scritto dopo il. 1393. Da questo Giovanni è scritta la Storietta, che si crede mancante, ne è stata trascritta dall'originale, che si crede perduto.

Le scritture di questi Ailino, & Antonio Notaj in Maniaco passarono nelle mani del Sr. Alvise Flacco Not.o in Udine; da questo nel Sr. Lodovico Venerio pur Not.o in Udine, come appar in Archivio. L'eredità di questo N.o Venerio venne poi nel Nob. & Ecc.te Sr. Alvise Othelio di lui Nip.e, dove possono essere di queste Carte fra le molte di diversi antichi Notaj, che tiene quella Casa –

AD JACOBI DE UTINO CAN.^CI AQVILEJEN. EPISTOLAM DE CIVITATE AQVILEJAE.

PRAEFATIO.

JO.^S JOSEPH LIRVTI NAT. F. JO.^I JOSEPH EX FRATRE NEPOTI.

Epistola nuncupatoria, quâ Epistolarem Historiolam hanc Aquil.^s mittit, vel dicat uni ex Grimanis Pātris Aquilejensibus Praesbiter quidam, fortè Vincentius Vulpis, primo fronte, mihi quasi fucum fecerat, & partum ipsius mittentis putabam, sed cum Epīae elocutionem illi historiolae parem non agnoscerem, horsi aliquantulum cuinam opusculum esset adjudicandum. Cum contigit, ut Jacobum Canonicum Aquil.^s Civem autem Utinensem, hujus auctorem epistolae dedicare a Cl. viro D. Philippo a Turre Adriensi Epō in Addendis ad suam de Colonia Forojulien. Dissertationem, ab eoq. nuncupata fuisse Fran.^co Barbaro Equiti, qui Patriae Forijulij Locumtenentis agebat anno. 1448. Hanc hausit ipse ex Codice MS.^to Reginae Sveciae N.º 1878. in Vaticana Bibliotheca adservato.

Quis hic Jacobus Utinensis, aut ex qua familia, forsan ignotum, nisi velimus cum Capodaleo in sua = Udine illustrata = eum ex gente de Simeonibus agnoscere, quem anno. 1485. vita functum etiam asserit. Quidquid sit, certè is est, quem Blondus Forliviensis in. X. Italiae regione honorificè admodum memorans eloquentiae ornatissimum appellat, ut ex hac quoq. epistola perspicitur. Propterea, nec immeritò, inter reparatores latinae linguae, si plura scripsisset & edidisset, locus ipsi esset adsignandus; praesertim cum in barbarie deformanda, & latina lingua in Forojulio porpolienda sabellicum praecesserit, quem in hac provincia antesignanum latinae linguae restauratorem antehac plures agnoverunt.

Epistolam hanc cum nuncupatoria in quodam MS.^to Codice, manu Nicolai Deciani Ut. Doct. & nobilis Utinen. clarissimi Tiberij filij circa annum. 1580. descriptam, mihi videre jampridem contigit, hanc qualemcumque fors tunc obtulit, cum aliud exemplar diligenter perquirenti non occurreret, nec apicem dubitacto huc transtuli; sed cum hanc eandem in Codice MS.^to Bibliothecae Guarnerianae, quae in oppido S. Danielis publicè custoditur, exactius recenti notitiae comparisset, cum erit commodum conferam, notandaq. corrigendaq, aut supplenda hìc aut calcem adijciam.

In manus incidit alter hujus Jacobi foetus, oratio latina scilicet, quam Leonardo Justiniano, doctiss.^o Viro, et tunc Praesidi in provinciam nostram venienti, dictam; hanc Epīae subjeci, ut quae de viri eloquentia Blondus scripsit, judex sub oculis Lector habeat, et dijudicet

EPISTOLA.

Iacobi de Utino Canonici Aquileiensis
circa annum. 1448. scripta ad Fran.cum Barbarum locumtem
Forijulij &c

R.mẽ ac Illm̃e Dn̄e Dn̄e mi semper Obseruandissime.

Iam à teneris, ut græci dicunt, unguiculis Vulpina Foroiuliensis domus deditissima huic Illm̃æ, ac celleberrimæ Grimane familiæ, omni diligentia, ac eius uirtbus in illius honorem coacta est insudare; et ego precipuè minimus seruorum Præsbiter V.s Vulp.s qui die, noctuq. nullo inspecto labore, aut impensa, ob debitam reuerentiam huius Illm̃i nominis minimè cesso ea scrutari, quæ optimi seruitores querenda erga suum tantum Dn̄um existimant. Et ideo cum nunc lepidum libellum eximiæ antiquitatis paucis elapsis diebus, alia studio se querendo, adinuenissem, in quo plurima quidem Aquileiæ monumenta, nec non ferè omnia iura ad Pathalem sedem spectantia; et precipuè forijulij extensiones, potestates, deinde census, redditusque eiusdē Eccl̃æ, ultimo locorum, terrarum, ac personarum conditiones, uelut in eodem aperte uidentur, et continentur. Primum mihi uiso, statim pro debita seruitute succurrit, pro iucundiss.o munere R.m̃æ Dn̄ationi uīæ tradere; et sic illum̃et cum omni debita submissione illi trado, et porrigo. Ex quo si ob temporum uetustatem aliquid utilitatis minimè capi poterit, de hoc ueniam peto; quoniam mihi animus minimè defuit, ut aliquid emolumenti illa caperet. Et si saltem preteriorum memoriam cum maximo gaudio inde capies, deinde omnia, aut maiorem partem eorum, quæ hactenus sibi incognita extitere. quam clara, quam lucida sibi omnia erunt, cuius optimæ gratiæ, ut deditissimus seruus seruorum, genibus flexis continuè me comendo. Addas hæc.

Num tibi fata uolunt superum prædicere sedes,
Quas merito scandis? utraque, magne, tenes
Iam floruit Grimana domus multos per iugiter annos,
Sed magis nunc florei Aegia scepira tenens. Vale.

C. licinius homo doctus, et pūrbanus, ut M.s Tullius refert, dicere solebat, ea, quæ scriberet, neq. à doctiss.s neq. ab indoctiss.s legi uelle: quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse, quam ipse. Grauiter sane, prudenterq. dictum. Quod cum ipse mecum accuratius considerarem, uerebar non parum, R.m̃e Dn̄e, ne ego, qui suasu, et impulsu tuo de nobilitate pariter, et antiquitate uetustissimæ Ciuitatis Aquileiæ, quantum mihi comperium est, scribere agredior, pro ridiculo apud singularem eruditionem tuam haberi incipiam; scio n̄ eui uiro scripta mea legenda trado, qui pro incomparabili doctrina sua, non modo rerum dispositionem, et locorum sedes, uerum dictionem omnem, et singula uerba, eorumque proprietates, ac minutissima quæque; postremò quidquid aspere, uel parum̃ dilucidè, aut non breuiter, uel minus probabiliter, aut non illustratè, uel insuauiter dictum fuerit, suo uero et recto iudicio examinabit. Hæc igitur me cum dum tacitus volverem, desistere ab incœpto, et ut poeta dicit, retroque pedem cum uoce repressi, satius ẽe existimans, quod suadebar, nil efficere, quod meas sordes suis politissimis studijs imprudenter ingererem. Tandem cum rem huiusmodi sæpius in animo meo agitarem, uicit consilium, ut potius ea qua possem facultate, quod à me flagitatum est, p̄ficerem, quam per silentium tuis honestissimis suasionibus uidear non obtemperasse; cum alterum promptam, et obsequentem uoluntatem, alterum ceruicem duram, difficilem, inobedientem, et fortassis superbam ostendit. Et quo facilius ad huiusmodi studium capiendum me audaciorem, concitatioremq. redderes, addidisti rem certam, admirandum opus scilicet illud pulcherrimum de re uxoria infra quintum, et uigesimum diem à se in iuuentute absolutum fuisse; cuius rei maior mea, quam reliquorum doctissimorum hominum extat admiratio; Poggius ñ Florentinus, Petrus Paulus Vergerius, Guarinus Veronensis, et ceteri quamplures, quos breuitatis gr̄a ommitto, elegantem illam dumtaxat, et emendatam orationem tuam suis ornatissimis literis admirati sunt: ego autem preter hæc, quam facile, atq. celeriter diuinum opus confeceris miror. Verum de executione satis. Nunc locus deposcit, ut ad rem ipsam ueniam; et Aquileiam olim nobilissimam, et præstantissimam latinorum Coloniam, nunc u.e uetustosam, sordidam, et omni cultu destitutam solitudinem inculti, et ignoti homuncio scribere incipiam –

Italiam infra se prouincias plures continere, qui de cosmographia scripsere, tradiderunt; quarum prima Venetia comemoratur, cuius termi nus à Pannoniæ finibus ad Abdām fluvium usq. protenditur. Cius Prouinciæ caput Aquileiam extare optimi affirmant authores. Sunt qui ab aquila Aquileiam denominatam uoluntˌ quidam u.o quasi aquis ligatam appellatam fuisse autumant, et utraq opinio satis uerisimilis. nam pro eorum signo Aquilam deauratam Aquileienses ferunt, et undiq. ea limpidissimis circumuenitur aquis. Admirabuntur fortasse aliqui cum Aquileiam, non Aquilegiam à me scribi uiderint, presertim cum iam usu inualuerit, ut cuncti ferè Aquilegiam scribere soleant; his, si qui erunt, ita respondendum censeo: Multa corrupta, et deprauata moribus quandoq. in ueram consuetudinem redacta fuere; legant Tritum Iuuium, Suetonium Tranquillum, Valerium Martialem, Iulium Capitolinum, Seruium Honoratum, qui oēs in suis emendationibus scriptis Aquileiam, et non Aquilegiam scriptum reliquere. Extant præterea marmorei lapides, ipsius Ciuitatis reliquie in quibus AQVILEIAM, vel AQVILEIENSIVM incisum legitur; Sed hoc satis de uero nomine: Nunc ad inceptum redeamus. Ingenti cupidine captus diligenti, et sagaci cura sum perscrutatus, ut cognoscerem, quatempestate, et per quos satis, ac fanta Ciuitas condita fuerit; ut sicut de initio Romæ, Capuæ, Patauij, aliarumq. multarum Urbium uera habetur

cognitio

cognitio, sic *Aquileiæ* origo à nobis non ignoretur. Nam Romam à Romolo conditam fuisse grauiss.ⁱ authores testes sunt: *Patauium uero ab Antenore locatum*, Maro noster suis Diuinis Carminibus decantat, cum sic inquit:

Ille Urbem Patavi, sedesq. locauit &c.

Capuam uerò à quodam Cappi principium habuisse testatur Suetonius, cuius uerba hæc sunt: *Tabulam emit de monumento, in quo dicebatur Cappis conditor Capuę sepultus*: Preterea urbes innumeras, quarum fondatores minime ignorantur. Quis m̄ Aquileiæ conditor fuerit, qui que illam ab initio habuere, non satis compertum habetur. Omissis itaq. Aquileiæ exordijs, quandoquidem nihil certi habere possumus ipsius claritatem quam altius potero repetam. Bello Macedonico, quod Senatus, Populusque Romanus aduersus Philippum Macedonem Regem gerebat, urbs Aquileia satis clara, potensq. fuit; id ex Titi liuij libris facilè comprobatur, quibus Macedonicum bellum lacteo eloquentiæ fonte descripsit; ut m̄ probabiliora quæ scribuntur fiant, maioremq. authoritatem dictis faciam, illius interseram uerba: *Romę magnam trepidationem litterę Fabij fecerunt, et maiorem, quod paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam cum uenisset, spem ademit, eum, qui in Gallia esset exercitus, in ligures traduci posse; quia bellum cum Histris eēt, prohibentibus Coloniam Aquileiam deduci*: Item paulò post: *Aquileiam Colonia latina eodem anno in agro Gallorum est deducta*. Iubet modo eos interogare, qui obstinato animo asserere non dubitant, Aquileiam cum omni agro Foroiuliano, neq. intra Italiam, neq. inter latinos haberi; Sed Rheno incolas omnes nr̄os, ueluti im̄anes quosdam Barbaros, in Germaniæ terminis secludunt, magis, ut dixi obstinatione quadam animi, quam uera aliqua ratione ducti; qui si modo adessent, liuium eis legendum traderem. Neq. opinor eos tam imprudentes esse, ut tanto uiro aduersari auderent, si modò quæ scribuntur intelligerent; sin m̄ fortassis parum p̄ciperent eius uerum sensum, ueramq. mentem huius historiæ partis, pro uirili mea luccidare contenderem. Ecce uiri boni dicerem Aquileiam Coloniam latinam in agrum Gallicum deductam fuisse; legitis? quid ad hoc respondetis, quid modo qui hæc dicere audetis? negabitis credo, uos Titum liuium legisse, unquam. Et si petam: quos igitur authores in delitijs habetis, quorum dicta probatis? respondebitis illicò, ni fallor, cronicam maximam Cartusiani fratris Millonis, et Abbatem Ioachinum sequimur, ij quidquid dicunt pro uero tenemus, eorumq. dictis quasi diuinis oraculis inhæremus. Si m̄ tale redderetis responsum, riderem sane uos, et tanquam delirantes mortales in sua pertinatia relinquerem, neq. prorsus nostra responsione dignos arbitrarer. Sed ad propositum redeamus. Aquileiam Coloniam latinam deductam in agrum Gallicum fatetur liuius. Galliæ m̄ duę sunt, una Cisalpina, altera Transalpina; huius Cisalpinæ finis contineri usq. ad Rubiconem flumen, author est Cicero, qui in Philippicis suis sic inquit: *An ille faciet, quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Gallię, educeret*. Hic fluuius Rubicon uicinus est Arimino &c. quem uide. In scriptis postea mecum de tali uetustate - inscriptionem in marmoreo lapide signatam, quæ petra maxima Romanorum Duces, suosq. Com̄ilitones ultra ipsum amnem armatos uetabat pertransire; Eam u.ᵒ ob sui eloquentiam hic inserere non erit iniucundum: ✱ *Iussu mandatuq. P.R. Coll. in P. Trib. milit. Tyro, seu militum armatus quisquis es - - - - - - - Centurio Turmae uel legionarie, hic sistito, uexillum sinito, arma deponito, nec citra hunc amnem* ✱ *Rubiconem signa ducito, exercitum, Comeatum uel traducito signis. Huius iussionis ergo aduersus precepta ierit, fueritue, adiudicatus esto hostis P. Ro: ac si contra patriam arma tulerit, penatesq. ē sacris penetralibus asportent. S.P.Q.R. sanctio Plebiscit. S.V.* ✱

In hac parte Galliæ Patauium, Mutinam, Parmam, nobilesq. plures alias ciuitates contineri idem Cicero profitetur, qui Prouinciam Galliæ, idest hanc partem Italiæ adeo miris extulit laudibus, ut nihil laudabilius dici possit; illius n̄ uerba honoris causa infra subijciam. Hic uerò inquit: *De uirtute, constantia, grauitate prouincię Gallię taceri non potest; est n̄ illa flos Italię, firmamentum imperij R.ⁱ P.ᵖᵃᵉ ornamentum dignitatis &c.* Sed quorsum tam multa de Gallia, ut illorum pertinaciam, ignorantiamq. refellerem, qui negant Aquileiam cum Forojulij intra Italiæ limites contineri; Nam ex dictis T. liuij, et M. Ciceronis satis probatum est, Aquileiam Coloniam latinam in agro Gallico positam, et Galliam eam partem Italiæ esse, quæ prodigitate sua appellata est flos Italiæ, ornamentum, et firmamentum R.ⁱ imperij. Tempore m̄ belli Macedonici in prouinciam Venetiæ transalpinos Gallos esse profectos, ipse liuius author est, cuius hæc extat sententia in. viii.ᵒ de Macedonico Bello: *Eodem anno Galli Transalpini ingressi in Venetiam sine populatione, aut bello, haud procul inde ubi nunc Aquileia est, locum oppido condendo coeperunt. legatis R.ⁱˢ trans alpes missis responsum est; neq. profectos ex authoritate gentis eos, nec quid in Italia facerent se scire*: Ecce adhuc modo fatetur Gallos, qui non longe ab Aquileia oppidum condidere in Italia esse; Sed nimirum de re notissima disputo. Quis m̄ locus ille fuerit à Gallis ædificatus cognoscere pulchrum eēt. Pulchra oppida, et plura hæc patria intra se, ut superius dictum est continet; uerum duo extant, quæ et magnitudine, et authoritate longe cæteris præstant: Utinum scilicet, et Austriæ Ciuitas. Utinum m̄ post ruinam Aquileiæ ab Attila initium cœpisse, annales nr̄i affirmant; Ciuitas u.ᵒ non modo utinum, uerum ēt alia oppida antiquitate uincit. ob id ergo conjecturari potest, oppidum à Gallis conditum Ciuitatem Austriæ esse. Hæc altiori, qua potui indagine à me perquisita sunt; nam eius temporis scriptores multum legisse me fateor, qui de Aquileia uerba fecerunt. sed satis profecto est, ea tempestate huiusmodi urbem celebrem fuisse; ex quo manifeste elicici potest, multò iam pridem suas accepisse primitias, quandoquidem bello Macedonico gloriæ claritate pollebat.

Quæ modo scripturus sum, etsi tempore propinquiora superioribus✱ sunt, tn̄ non adeo recentiora sunt, ut non suam redoleant antiquitatem, nam circa mille, et quingentos annos, hoc est, temporibus Cæsaris Aug.ⁱ, qui et Octauius appellatus est, Aquileiam suum splendorem retinuisse legimus, hoc ipsum apud Suetonium in Augusti uita excerpitur, cuius hæc extat sententia: *Reliqua bella per legatos administrauit, ut tn̄ quibusdam Pannonicis, atq. Germanicis, aut interueniret, aut non longè abesset, Rauennam, Mediolanum, uel Aquileiam usque ab Urbe progrediens*: ✱ non

Augustum

Augustum secum duxisse filiam eius Iuliam, tunc Tiberio nuptam, uerisimile satis est. Nam in Tiberij uita idem Suetonius inquit = *Primò cum Julia concorditer, et amore mutuo uixit, mox dissentit, et aliquanto grauius, ut ei perpetuò secubaret, interrupto communis filij pignore, qui Aquileię natus infans extinctus est* = Nec uerò mediocris utiq. honos Aquileiæ accedit, cum apud Suetonium optimum authorem dignoscitur Cæsarem Aug.^um totius orbis Monarchiam tenentem Aquileiam aliquando ex Urbe diuertisse, ibiq. filiam eius infantem peperisse, illustrem item fama diuo Traiano imperante Aquil.^am habitam fuisse, suo Carmine scribit Martialis, quem sub Traiano uixisse festis est Plinius; is itaq. pro summa eius gloria felicem Aquileiam nominat. Carmen proferam, quo ueritas magis elucescat

Et tu lædeo felix Aquileia Timauo &c.

Huc huc appello eos, qui Aquilegiam scripsêre; quod si ita scribi deberet, uersus Martialis suis pedibus non subsisteret. Dicam modo præclarum quoddam, et memorabile facinus, quod neq. apud exteras, neq. apud nostrates nationes, nisi à sola Romanorum nobilitate, aliquando factum fuisse legimus. Refert Iulius Capitolinus in uita duorum Maximinorum, qui R.^um Imperium suis libidinibus pessumdare conabantur, tantam fidem, et toleratiam Aquileienses pro Senatu R.^o aduersus Maximinum Imp.^em præstitisse, ut cum nerui sagittarijs deessent, crines mulierum abscinderent, ut ex eorum contorsione corda efficerent, quibus sagittas in hostes iactare possent; et ut huius tantæ rei fides roboretur, eiusdem historici uerba subijciam = *Præterundum ne illud quidem est, quod tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro Senatu fuerunt, ut funes de capillis mulierum facerent, cum deficerent nerui ad sagittas emittendas; quod aliquando Romę dicitur factum; Vnde in honorem matronarum templum Veneri Caluę Senatus decreuit*: Is uerò Maximinus cum obstinatior, atq. ferocior in obsidenda, atq. oppugnanda Aquileia in dies magis fieret, tandem occubuit, Nuntius uerò, qui ex Aquileia ad significandam Maximini mortem Romam fuerat missus, tanto impetu mutatis animalibus cucurisse refert, ut quarta die Romam uenerit. Mira certè uelocitas, satis ñ. fuisset, si nuncius ille ijs animalibus insedisset, qui ob nimiam uelocitatem Dromedarij appellantur. Neq silentio prætermittendum est, quod olim à uiro clar.^mo atq. doctiss.^mo audiuisse memini; ego ñ dum semel eundem salutatum iuissem, et is pro sua in me charitate benignè suscepisset, in eum incidit sermonem, ut diceret, authorem quemdam græcum, cuius nomen è memoria lapsum est mea, sese legisse, qui satis prolixe potentiam, et magnitudinem Aquileiensium descripserat et eam demum Urbem nobiliss.^um et frequentiss.^um emporium appellabat, ubi orientales, occidentalesq. pro cõmutandis, atq. emendis inuicem rebus assidue conuenirebant. Non ñ parvum duco Iustiniani testimonium, cuius authoritas et in græcis et in latinis codicibus non extat ignobilis, hoc est Luculli Cimonis uita probatur uerissime, quam ipse ex græco in latinum conuertit pura, et eleganti uerborum suauitate. Bene se habebat res, facta ni fallor, sunt fondamenta, quæ legentibus generosam uetustatem Aquileiensium satis probabiliter monstrant. Nunc locus deposuit, ut ad ea descendam, quæ nobis insinuent, quo tempore, et per quos Christi fides Aquileiensibus tradita, prædicataq. fuerit –

Omnes codices illi, qui de huiusmodi rebus pertractant, unanimiter sibi consentiunt, Euangelistam Marcum huius fidei disseminatorem primum extitisse, qui à Petro Apostolo dum Alexandriam mitteretur, Aquileiam aplicuit; et in ea cõmoratus dies non paucos, Deo uolente, multum profecit, multi ad agnitionem ueræ fidei, et diuinitatis prædicando perduxit; inter quos et scientia, et probitate pcipuus extitit Hermacoras, qui postea, discedente Marco, a Petro Aplorum Principe Prothopræsul in ea ora Italiæ, quæ Gallia Cisalpina nominatur, constitutus fuit. Tempore illo, quo Marcus Aquileiæ uersatus est, Euangelium Christi græcè sua manu conscripsit, ibidemq. reliquit ad firmiorem instructionem illorum, qui Christo crediderunt. Hoc Euangelium longo admodum æuo in sacris penetralibus Aquileiæ resedit; postea uerò hac nra tempestate, uel ætate ab Illmo Venetorum Senatu Venetias delatum, et in splendidiss.^mo illo B. Marci Templo reconditum summa quidem cum ueneratione obseruatur. Hoc Euangelium, qui illud uidêre, græcis litteris scriptum narrant, quod sine dubitatione credendum est; nam oẽs Euangelistas Marcum uidelicet, Lucam, et Ioannem græcè scripsisse certissimum est; imò nouum omne testamentum græcis litteris denotatum fuisse, assertio est Hieronimi, solo Mathæo excepto, qui Hæbraicè suum dictauit Euangelium. Paulus item Apostolus, cum ad Hæbreos scriberet, Hæbrea lingua usus est; postea uº Eplã illa a luca Evangelista in græcum fuisse conuersa –

Hermacoras igitur Romam profectus, et Epũs consecratus sacrum uelamen, et pastoralem Baculum à Petro Christi Vic.^o suscepit; Hic baculus in Aquileiensi Sacrario reconditus custoditur reuerenter. Quod sedes Aplica Baculo non utatur, hanc causam nri affirmant – – – – – – – – authore B. Thoma de Aquino; quemadmodum sũmus Pont.^x Nicolaus. V.^s mihi superiori anno enarrauit, huic nræ opinioni contradicens. Aiunt, ipsum Romanum Pontificem pastoralem Baculum in solemnibus non afferre, quoniam Triuentiensi Eccl.æ ab Aplica Sede fuerit transmissus. Multi præterea uiri prudentia, et sanctitate conspicui è beatiss.^mi Hermacoræ schola euasere, inter quos præcipuo fertur præconio Syrus Aquileiensis, et Ciuitatis Papiæ patronus, et custos optimus; fertur ñ. cum ipse à Magistro suo ad seminandum uerbum Dñi mitteretur, honorificè à Titinensibus fuisse susceptum, qui cum se uideret magno populi plausu, atq. concursu amplecti, ac uenerari, huiusmodi uerba protulit ipsius Aquileiæ desolationem uaticinans = *Delectare gaudijs urbs Papia, quia uenient tibi ab externis montibus exultatio, et nequaquam uocaberis minima, sed populosa in gentibus, et Ciuitatibus eris. Vę tibi Aquileja cum impiorum manus inieceris, destrueris, nec ultra ædificata consurges* = Cuius uerum præsagium sequula tempora declarant. Ab Attila Christi fidei sæuiss.^o hoste funditus, deleta usq. in hodiernum diem iacet inculta. Sub imperio Neronis Cæsaris, procurante Aquileienses Seuasto Præside, Hermacoras Forojuliensis patronus Sanctiss.^us una cum Diacono suo Fortunato pro Xti nole uinctus, et uerberibus crudeliter cæsus carceribus includitur, et subindè ambo securi percussi uitam finiere. Hæc pauca de multis gloriosiss.^i Prõni nri dixisse sufficiat; qui u.^o seriosiùs illius gesta scire concupierit, uitæ suæ opusculum legat, nameius exemplar extat Aquileiæ satis emendatè descriptum –

Multi

Multi m̃ et martyres, et confessores Xpi inclyti Aquileiensi Eccle præsiderunt, quorum si hic interserere uellem gesta, libel
li modum excederem. Chromatius in̄ omittendus non est, qui Nonus post Hermacoram conumeratur Pthā; hic B. Hieronimo coæta
neus fuit, et eius plura opuscula, et elegantes epl̄as suo nomini dedicauit; magno solatio Chromatij dignitatem Hieronimo fuisse
præfationes et in Tobiam, et in Salomonis prouerbia docent, ubi fatetur ipse Notarios, alq. librarios suos Chromatij, et Heliodori
opibus potissimum sustineri; Clero uerò Aquileiensi eidem Patri subiecto tantum tribuit, ut illum ob uitæ sanctitatem cœtus
Angelorum appellare non dubitauerit, et se suis precibus comendat impensius. Hoc tempore Ruffinus Presbiter Aquil.ę floru
it, haud contemnenda Christianorum portio, ut Cassiani uerbis utar. Hic autem tum græcis, tum latinis litteris optimè eru
ditus fuit; multa ex se reliquit scripta grauissime, et plura ex græco in latinum conuertit; ex quibus precipuè admirabile
illud extat opus Eccliæ historiæ, id ab eruditissimo uiro Eusebio Cæsariensi Epō græcè editum, à Ruffino latinis auris
condonatum, et Chromatio inscriptum fuit –

Vires Aquileiensium satis amplas, alq. magnificas usq. ad tempora Niceæ Pathæ, qui à B. Hermacora .xv.s numeratur extitis-
se legimus. Hac tempestate Italiam ingressus Attila sœuissimus Hunnorum Rex magno exercitu Aquileiam diutissime obsedit; qu-
am tandem, triennio exacto, expugnauit, eamq. à fundamentis disjecit, et solo æquauit. Hanc Aquileiæ desolationem copiosius in su
is chronicis prosequitur Eutropius, apud quem decidisse memini, constantiss.m mulieris facinus, quæ noiē Digna uocabatur; hæc
n̄ cum uirginitatem suam incorruptam usq. in diem illam diligenti cura seruasset, cernens inimicissimos hostes urbem ingressos, se
nes, juuenes, jnfantes crudeliter trucidare, timensq. ne in tali tumultu uirginitatem perderet, è turri in subiectum flumen se
dejecit, et ne seruatam perderet castitatem emori maluit –

Deleta Aquileia sequuti Pathē in incertis sedibus habitabant, donec Paulus Pathā metu longobardorum, qui Italiam ingressi
magnis cædibus illam affligebant, ad Graden. insulam cum omni Eccl̄æ Thesauro, et Sanctorum reliquijs subterfugit, eamq. nouā
Aquileiam uocitauit; ibiq. XII.o uitæ anno elapso, è sæculo migrauit ad Christum. Hac tempestate Patriarchatus Graden. cœpit ini-
tium; plures n̄ Pathæ, qui Paulo successere in insulari Oppido illo uita functi sunt. Designatus demum Pathā quidam Ioannes Ab
bas, pacatis Italiæ rebus, spirante Deo, ad propria remeauit; tunc confestim schisma insequutum fuit; nam Gradenses alium sibi
Pontificem delegere, relentis Sanctorum reliquijs cum thesauro olim ad eos delato.* uerum nec is Ioannes, nec eius successores * Aqui-
leiam instaurarunt, nec eius prædecessores Reliquias è manu Gradensium redemerunt, tametsi sæpius illud perficere erant conati.
Iacuit itaq. Aquileia in inculto, et neglecto solo, ipsiusq. denudato habitatoribus circa annos quingentos; tot n̄ colliguntur à Nice-
æ supranominato usq. ad Pathām Popponem. Is ille gloriosus Præsul est, qui sua uirtute, et magnitudine animi tanta, ac tam am-
plissima facta peregit, ut ad ea enarranda pro sua generositate, uel oratorem disertissimum, uel poetam insignem eflagitarent.
Hic uere suæ sedis locum reparare constituit, et hoc quod mente conceperat, re ipsa perfecit; omnis n̄ ille murorum ambitum, qui
modo spectatur, sua impensa erectus est; hic Atrium Pathāle construxit, sacrumq. templum, et proximam Turrim miro artificio à
fundamentis usq. ad summitatem compleuit; hic Monasterium, ubi Virgines Deo dicatæ se continerent, fieri iussit, et illud opulen
tiss.o ditauit; hic collegium Canonicorum statuit, eisq. satis amplas facultates donauit; hic in geminis concilijs, Romæ et Rauennæ
celebratis, pristinam Eccl̄æ suæ recuperauit dignitatem, delecto damnato Ursone quodam, qui falso titulo Pathā Graden. ap-
pellabatur; et in eisdem concilijs Eccl̄ā Gradensis adiudicata est Plebs Aquileiensis; Hic deniq. uniuersa bona, et ossa Sanct
orum ossa ueneranda, ac Euangelistam manu Marci descriptum in propriam sedem reduxit. Templum m̄ ab eo reparatum, et con-
dritum in honorem Mariæ Genitricis Dei, & B.B. Martyr. Hermacoræ, et Fortunati dedicauit; cui dedicationi Conradus Imp.r in-
terfuit cum duobus S.R.E. Epīs Cardinalibus, qui iussu Ioannis Papæ. XVIIII. duo corpora Sanctorum, uidelicet Marci, et S. Quiri
ni Martyris ex Urbe secum detulerunt; tradidit m̄ idem sum̄us Pontifex Aquileiensi Pathæ Metropolitanam Potestatem sup. XVII.
Epātus, qui huiusmodi sunt; Tergestinus, Emonensis, Petenensis, Parentinus, Pollensis, Iustinopolitanus, Concordiensis, Cenetēn
sis, Feltrensis, Bellunensis, Tarui'sinus, Paduanus, Vicentinus, Mantuanus, Tridentinus, Cumanus. Quam etiam potestatem Impe-
ratorijs decretis confirmatam usq. in hanc diem sine controuersia possidet: ita ut Aquileiensis Pont.x Metropolitana etsit, et habea
tur; metropolis n̄ Ciuitas ideo appellatur, eo quod caput, et quasi mater sit cæterarum sibi subiectarum Ciuitatum. Quæ Popo
Pathā eximius, et Aquileiensium Restitutor sua uirtute, constantia, pietate, et animi celsitudine pro S. Aquileiensis Eccl̄æ de-
core in uita peregit. Huius uerò sedis quanta sit authoritas, et excellentia leo Papa, non minus elegantia, quam uitæ sancti-
tate conspicuus, in Priuilegio illo, cuius exemplar à quibus Amicis meis superioribus diebus transmissum hūi, sua grauiss.a
et ornatiss.a oratione disseruit. Ipsius m̄ particulam, quæ ad dignitatem Eccl̄æ potiss.m spectat, prætereundum omninò non censui,
cuius talis extat sententia = Et ut omnibus *pateat Xtianis quanta te charitate diligamus ob amorem B. Marci Euangelistę pastoris nr̄i
glorios.mi Petri Aplorum Pncipis discipuli, qui uerę psedit Cathedrę, renouamus uobis, per pns priuilegium illud antiquum Sēti Hermagore B. Marci
Euangelistę successoris &c. à Dño Petro traditum, uelum peccatis nr̄is promerentibus, à paganorum seuitia conculcatum. uolumus reddat, et
Aplica authoritate iubemus, ut inter oēs Italicas Eccl̄as Dei, sedes prima post Romanam Aquil.ę cuius Deo auctore pręes, habeatur &c.* Hæc leo, ut præ-
dixi, in quodam Priuilegio Rodaldo Pathæ transmisso, qui Poponem antecessit ætate non parua. Sanè pietas dum hæc scriberem men-
tem subijt, mecum cum considero tantæ Ciuitatis amplitudinem in tantam solitudinem, et orbitatem ēē redactam, incredibilen̄ est,

quantæ

quantæ calamitati urbs, quondam potentissima, et magni decoris, nr̄is diebus sit subiecta; nihil speciosi, uel conspicui ex prisca illa uetustate dignoscitur; solum quædam fundamenta murorum supersunt, quæ ædificiorum molem insinuant; lapides quidam adhuc cernuntur uetustissimas inscriptiones continentes, quæ cum illam uetustissimam sapiant eruditionem, aliquas hic interponere, nobilitatis earum gratia, ac uetustatis, non erit insuare —

IMP. CAES. INVICTVS. AVG. AQVILEIENSIVM. RESTITVTOR. ET. CONDITOR. VIAM QVOQVE. GEMINAM. A. PORTA. VSQVE. AD. PONTEM. PER. TIRONES. IVVENTVT. NOVAE. ITALICAE. SVAE. DILECTVS. POSTERIOR. LONGI. TEMPORIS. LABE. CORRVPTAM. MVNIVIT. AC RESTITVIT —

Epigramma quoddam in sepulchro incisum —

M. STATIVS. SVRIO. AVRELIAE. SVRIAE. CONIVGI. CARISSIMAE. ET. EMILIVS. FLAVIVS. MATRI. PIENTISSIME. POSVERVNT.

Aliu est huiusmodi.

D. Q. MEMORIAM. AETERNAM. IVLIA. AGAPE. OBSEQVENTI. MARITO.

Accipe epigramma aliud uerecundissimum, et purissimum, dignumque Matronali quadam modestissima grauitate.

ANICIA. P.L. GLYCERA. FVI. DIXI. DE. VITA. MEA. SATIS. FVI. PROBATA. QAE. VIRO. PLACVI. BONO. QVI. ME. AB. IMO. ORDINE. AD SVMMVM. PERDVXIT. HONOREM —

Veruntamen hæc pauca ex plurimis dixisse satis est. Cœterum est ut iam modum dicendi faciam. Habes Rm̄e, ac Illm̄e Dn̄e hic quidquid de nobilitate, et antiquitate Aquileiæ, cæterorumq. Patriæ locorum à probatiss.is authoribus per me excerptum est. Missas n̄ faciam nugas penè infinitas, in quibusdam Chronicis scriptas, quæ cum impudentissimis mendacijs referta sint, ne referenda quidem illorum fuit opinio. Tuum modo erit, si minus eruditissimis auribus tuis impolitus, et incultus sermo satisfecerit, meæ ergate beneuolentiæ, non meæ temeritati tribuere. Id ut facias ēt atq. etiam oro deprecorq. Vale decus uerum, solatium, atq. refugium miserorum. Vale —

ORATIO

EJVSDEM JACOBI DE VTINO [Non jacobi, sed Johannis de Spilimbergo est hæc oratio, ut in Ms.tis Guarnerianis &c.

IN ELEGANTISS.VM & SAPIENTISS.VM VIRVM LEONARDVM JVSTINIANVM PRÆTOREM AQVILEJENSEM. M.CCCC.XXXII.

Ex Bibliothecæ Ottobonianæ Cod. Ms.to in. 8. sign. V. VI. 48. in quo sunt Orones Petri de Monte Episcopi Brixiensis.

Sæpe, ac diu mecum cogitavi, Clariss. & Sapientiss. Cives, maxima commoda, et egregia ornam.ta, quæ non solū Civitas Utinensis, verum universa Patria sit consecuta, postquam Rectorem, Gubernatorēq. nostrum suscepimus Illm̄ū illū, ac penè divinū Venetorū Senatū; Quod ex eo maximè natū esse scio, quia pro summa ipsius in nos Charitate semper eos Prætores Nobis dessignare curavit, a quibus justitia magnoperè colitur, et observatur. Præclarè quidē, ut solebat, dixisse Platonē legimus; beatas fore Respublicas, si a studiosis, vel sapientiæ fautoribus gubernarentur, Qui cum sint boni viri, ab iniquis hominibus minimè pessundantur, neq. ex pauperū sanguine quis se locupletari permittitur. Manet æquitas integerrima unicuiq., ut sacratissimæ loquuntur leges, jus redditur. Quas ob res, Prætor Magnifice, difficile dictu esset, quantū Populus Utinen.s hodierna die adventu tuo congratuletur. Neq. injuria; auditā enim, perspectamq. habet incredibilē animi tui sapientiā, quæ mihi in præsentia collaudanda est, non pro suorum meritorū magnitudine, quæ excellens ingeniū, aut magnum quemdā Poetā eflagitat, sed pro exiguis meis dicendi viribus; Et ex multis, ac penè infinitis solum pauca degustare mens est, nec ea, quæ notissima nobis sunt, docere potius, quam commemorare velle videar. Vos itaq., Patres, oro, ut mihi de Prætoris nr̄i gloria, virtute, et studio exposituro benignas, sicut coepistis, aures accomodetis.

Natus est æquiss.s hic Præses nr̄ ex Venetijs, urbe longè antiqua, et nobili, quæ

Profecto ante alias tantū caput extulit urbes,
Quantū lenta solent inter viburna Cupressi.

Quid de illustri familia tua dicā, quæ adeo nobilis, et insignibus viris clara in sua Civitate habetur, ut nihil ei deficere videatur, quin inter coeteras omnes opibus, et magnificentia plurimū floreat. Quare et genere,

genere, et Patria jure quidē, ac merito, Leonarde Justiniane, gloriari potes, sine quibus Themistocles ille Atheniensis, subtilis judicij, et summæ industriæ vir, claritatē sē nequaquā adepturū putavit. Magni facerē præclaras opes, quæ tibi plurimæ ex honestissimo patrimonio sunt; laudarē, et magnis in cœlū laudibus tollerē honestissimā libertatē tuā, splendidē equidē, et minimè perparvo in omnibus habitā; nisi propositi nri ratio, non laudanda omnia, sed memoranda sumpsisse esset. Item in te viro ornatiore magnæ in conservandis amicitijs diligentiæ; non minor in evitandis odijs cura; quos virtutē possidere intelligis, eos veneraris, eos amas, eos denīq. omni auxilio, consilio, charitateq. prosequeris: Quo factū est, ut tūm amicitias plurimas, tūm boni viri nomen sis consecutus. Taceo, quod a natura donatus fueris dignitate, præsertim cum illa ita nobis ante oculos sit, ut res declaratione non egeat. Videmus enim omnes quā liberalē formā, quām egregiā corporis dotem natura parens tibi præstiterit; adeo ut nullius membri maculā pateris, aut detrimentum. Quæ ex re unicuiq. perfacilē planū esse potest, quām modestē, quāmq. ingenuā vitam tuā per omnē ætatē duxeris. Mihi hæc, quæ modō enumeravimus, Colendissi. Patres, permagna videntur: verum quæ sequuntur, multō majora. Quis profectō est tām audax, tāmq. sui fidens, modo compos mentis, qui eximias Leonardi virtutes suis verbis ornare pone præsumat? Aurato lapillo mihi sanè hunc diē, ut olim Thracia gens facti
consueverat fare solebat, numerare, si laudabilis[es] officia tua mediocri saltē oratione perstringere possem. Verūm cum id quod possumus, non quod optamus nobis, ut ajunt, concessū sit; datis veniā, Prætor eloquentissi[me], si animi tui ornamenta exili, et tenui oratione cōmemorabo. Tuam in primis in regendis Magistratibus justitiam, quam hoc anno huic Aquilejensi Patriæ administraturus es, admiror, prædico, et quibus possū ad sydera fero præconijs, quam enim hujus, de qua loquor, virtutis officiū in te clarū, atq. excellens sit, testis est amplissi[ma] tua Venetiarū Civitas, quæ singularē mentis tuæ bonitatē considerans, te oratorem publicum summo studio creare curavit, et rectē sane; sciebat equidē tanti imperij Majestas, facilē esse a Justiniano justitiam observari. Quantū verō gratiæ, quantumq. tui desiderij cum veneratione apud omnes reliquerit, opēre prætiū est a coetaneis tuis audire. omnes benignè audiebas; honestū, non utile persuadere elaborabas, res agendas magna cum maturitate aggrediebare, ubi verō semel conceperas, incredibilē perseverantiā adhibebas. Facilitate tanta fuisti, ut sciēt in summo dignitatis gradu constitutus esses, infimis tamèn par esse viderēre. Finis non erit, si ea omnia singulatim pronuntiare voluero, quæ a te, vel dicta prudenter, vel administrata acutē sunt. Cæterum est, Leonarde vir doctissime, ut his pauculis contentus sis, et patere, obsecro, me dulcissimā illā tuā in parentes pietatē, charitatē in Patriā, fortitudinē in adversa consultō prætorire; tanta est enim earū laudū cumulus, ut initio dixi, et repetens iterū, iterumq. monebo, ut non solū meā, sed etiā copiosi oratoris eloquentiā anteire videantur. Sed quid ago! finē orationi meæ imponā, et ea, quæ sicut stellæ quædā in pectore nro relucent, missa faciam? fas non esse opinor. Redeā igitur, sed ea lege, ut quām brevissi[me] potero, solūm pauca de doctrina tua pertingam. Nam cum ego divinas studia animo, et memoriæ colligo, non video qua ratione priscis illis oratoribus, quos tantopere admiramur, æquandus facilimè non venias. Veteres olim, et præclari Oratores satis suæ gloriæ fecisse judicabant, si oratoriū munus adepti fuissent: Demosthenem illū, Græcæ linguæ Principē, dicendi facultate delectatum Philosophiam contempsisse legitur: fecit idē Isocrates, ut M. Tullius, Latini eloquij decus refert. Te verō hac ætate oratorem optimū, et Philosophū eximiū doctissimi hoiēs appellant; Franciscus Barbarus, Græcæ, et Latinæ linguæ peritissi[mus], cujus memoriā hæc nrā tempora semper cum laude, et gloria usurpabunt; te ea dicendi gravitate, et diligentia præditū esse testatur, ut nullū temerè verbū de tuo ore excidere, affirmare non dubitet. Petrum de Monte, subtilem planè Philosophū, et universi juris eruditissimū virū, Phīphia doctrinam te mirificè tenere, sæpenumero magnificis verbis dixisse memini. Sed quid plura? quantū in utraq. re, de qua sermonē habeo, elegantissimus sis, satis et exemplo, et testimonio omnibus esse potest luculenta illa, et magnifica oratio tua, in qua Caroli Tertii laudes adeo graviter, et copiosè scripsisti, ut nihil certè gravius, et copiosius scribi potuisset. Felicē olim Alexander ille magnus Achillē arbitratus est, cui laudū suarū Homerū tā egregiū præconē habere contigisset. Quod merito, atq. optimo jure in ipsū Carolū Tertium dici potest; magnificæ cujus facinora tam optimo, tamq. laudato oratore ornata, et celebrata fuerunt. Quæ cum ita sint, Vir literatissi[me], huic virtuti tuæ

recte

rectè quidē, et sumā cum ratione illud Virgilianū pollicari ponumus:

Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumq. thymo pascentur apes, dū rore cicadæ,
Semper honos, nomenq. tuū, laudesq. manebunt.

Nunc dicendi, Prætor aquissē finē faciam, si illud postremò adjecero, quod vehementèr populus iste omnium desiderat: Majores, minores, et universū denig. Civitatē hoc adventu tuo permaximā capere jucunditatem, cognosce, et se tuæ fidei, humanitatiq. omnes hi amplissimi Cives accuratè, et simpliciter cōmendant.

Dixi.

AD JOSEPHI SPORENI FORVMJVLIVM PROPYLEON.

Jo^{s}. JOSEPH LIRVTI NAT^{s}. F^{s}. BARTHOLOMAEO FEDERLI EX SORORE NEPOTI.

Utinensis Civitas, quæ sercentis plus minus ab hinc annis primas in nostra provincia meritò obtinere videtur, vicesq. Metropolis regionariæ sustinet, Pāthæ, Præsidisq. Locumtenentisq. sedibus, civiũ frequentia, atq. opulentia nobilitata, plures ab inito sæculi. XVI. doctos cives, & politioris literaturæ amantes tulit, qui ejus originem nobiliorẽ & antiquiorẽ expiscare, & scriptis suis asserere tentarunt, eã præsertim accusatione excitati, quam cũ Civitate ejusdẽ provinciæ gerunt, quaq. ipsi novitatem objicere solet, quam Blondus, & Volaterranus historicis, & geographicis libris eorũ editis orbi universo in propatulo posuere. Non una tamen ab Utinensibus hisce viris tentata est via, cum idẽ omnibus finis esset propositus; Sabellicus enim, qui facẽ omnibus prætulit, quemq. libentissimè secuti sunt Bellonus, alijq., Utini primũ & vetustiorẽ originẽ ab Attila & Hunnis, Aquilejensẽ obsidentibus urbẽ, accersit; quæ de causa Hunnium potius, quàm Utinum, ubiq. in historicis, & poeticis scriptis civitatẽ eã, aliope nõ nomine, appellat, ut majorẽ dictis suis fidẽ comparet; Wolfangus Lazius Vindobonensis medicus, cujus inventũ aliquibus utinensibus, & viventi cuidã docto viro præcipuè arrisit, Utinum in Iduno Norici oppido, cujus Ptolomæus in suis geographiis meminit, se nullo labore invenisse lætatur ~~nullo labore~~, transpositisq. litteralis duabus = Idunũ, Udinum; Amasæus vero hujus urbis originẽ, allusione nominis illectus, ab udinis populis, & Dudinis trahere est conatus; auctoritatiq. ejus, fideiq. se cõmisere aliqui ejus pedisequi, quãvis a Plinio, quẽ solus, quod sciam, ex antiquis horũ populorũ meminit, & a quo Amasæus fabulæ argumentũ sumpsit, dicicere potuissent, longissima intercapedine, intersa dissitos hos populos, Lyburnosq. Dudinos, Scythasq. Udinos fuisse, nec facilè in unũ cogi potuisse, ut Utini primordia conderent. Prætereo quos ætas recentior tulit, quiq. Forumjuliũ Utini, vade lapide recentiore, de terræ ortu celebrant; cum clarissimi nostrates, eruditissimiq. viri cõmentũ, impostura & impostore detectis, sat superque exploserint; nostriq. hujus Josephi Sporeni, quẽ habemus pro manibus, conjecturas non vulgares attingamus.

Nullus Utinensiũ urbis suæ originẽ antiquiorẽ, aut nobiliorẽ ipso asseruit, eã hic a Colonia Latina, in provinciã & Aquilejã deducta, agnoscit, ab Atinæq. Latij, latissimè sumpti, urbis Colonis, qui cum cæteris Latinis huc migravêre, eam conditã, nomenq. Atinæ, inde Utinæ, ipsi ab ijsdẽ impositũ. Quam assertionẽ, ut probè testatã, afferat; præsertim in tã longinqua antiquitate historicorũ fide & auctoritate, alijsq. monumentis fide dignis destitutus, aliorũ provinciæ locorũ nomina nominibus Latinarũ urbiũ similia protulit, quæ a Latinis Colonis inde transductis amore patriæ relictæ illis indita fuisse, a verosimili plurimũ non aberrat; quod

feliciùs

feliciter præstitisset; si Coloni illi ex Latij urbibus educti Aquilejæ concessissent, non Latinæ Coloniæ Civiu̇ Romanoru̇ (jure Latij, non civiu̇ Romanoru̇ jure prædita) Romanus Senatus hinc decrevisse constaret.

Cæteru̇ cum plura in nostro apographo desint (amanuensis fortè defectu) quæ Sporenus in his, quæ se præstaturu̇ promittit; ut ejus fidei aliqua ex parte liberem, continuatoris, vel supplementi vices aliquas; brevi tantùm indiculo, mihi imponere decrevi; Cum enim Locoru̇ provinciæ nominu̇ ætimologiæ, non solùm a Latinis urbibus, unde Aquilejæ Colonia deducta, aut se prolaturu̇ profiteatur; sed etiam quæ a Dijs patrijs arripuere, & a Colonoru̇ ipsoru̇ gentili, vel proprio nomine nuncupationem sumpsere; non omnia tamen præstitit. Primi enim promissi fidem, ut sibi videtur, implevit, sexaginta penè urbiu̇, & locoru̇ nomina recensens; sed alterius vix specimen dedit in tribus, vel quatuor nominibus, & tertij curam posteris, si ut nunc, res sunt, discutienda reliquit.

In hac ego obeunda provincia penitiorė indaginem respuo, nec ab obscoru̇ tenebris hujusce modi ætimologias eduere tentabo; olei enim sapiunt plurimu̇, nec meros hæc omnibus arridet; ideo si MSti defectu̇ in secundo promisso sarcire vellem, binos ego tantùm, vel ternos recenserė Vicos, qui a Dijs Varronis nomen accepisse videntur; a Belleno, vel Belino, Beligna, a Rubigo, Rubignaco; quibus, si placet, Medeam a Medeæ nomine derivȧ conjungerė. Tertiu̇ Sporeni promissu̇ feliciùs me soluturu̇ confido; tu̇ quia Inscriptiones Aquilejenses in lapidibus quadringentæ & amplius plures Romanas nomina, & cognomina mihi suppeditant, quæ conferre possim; tu̇ quia passim Romana rudera in Forijulij Vicis de terra emergunt, a quibus non conijcere solùm, sed scire datu̇ est, eos a Romanis civibus Aquilejensibus cum suis agris possessos, ipsisq. a dominis, & possessoribus ijsdė denominationem impositam fuisse. Numerosiorė quidė Indiculum hunc, quem subnecto, futurum sciebam, si a romanis nominibus, quæ innumerabilia ė Romana histȧ suppetunt, locoru̇ vocabula derivare voluissė; sed non omnes Romani cives Aquilejenses quoq. cives, & nostræ provinciæ incolæ fuere; quoru̇ vero nomina in nostris lapidibus, quibus tantùm meruti profiteor, sunt insculpta, eos nostros comprovinciales Romanos cives Aquilejenses pro certo habemus, a quibus Vicis datu̇ nuncupationė credere, nec incongruu̇, nec inverisimile est.

Scriptionis hujus auctor Joseph Sporenus Joannis Not.i filius fuit, fraterq. germanus Francisci Epi Sebastensis; vivebat anno. 1550. Utini, quo avus illius Marinus Sporus se receperat ė Scodra, Illyrii urbe, Turcaru̇ tyrannidė fugiens; vir, ut conjectare datur, in Latinis scriptoribus versatus plurimu̇, nec indoctus; an verò emunctæ naris, acrisq. judicij, & a quocumq. præjudicio liber; quod maximè historicu̇ decet; lecturi judicent.

MSti ex quo istud descriptu̇ Apographu̇, auctoris ætatė præfert; amanuensis tamen, non auctoris manus autographa in ipso agnoscitur.

Vici Forojulienses,
qui videntur denominationem sumpsisse a Romanis Civibus, quos legimus in antiquis Lapidibus Aquilejensibus.

Ab Antonijs - Ontegnano.
Alsijs - Qualso.
Albijs - Albana, Albarana.
Albinijs - Albina.
Aspamijs - Raspano.
Arrijs - Ara, Arrijs.
Accijs, sive Accianis - Azzano.
Archenijs - Artegna.
Aletijs - Alesso.

Barbijs - Barbiano, Barbana.
Basileis - Baseglia &c.
Byrronibus - Buri.
Bovijs - Buja, Bovada.

Claudijs - Claud.
Calvijs - Claviano.
Cornelijs - Coneglano.
Cassijs - Cassojano, Cassaco.
Cais - Gajo, Gajano.
Carvilijs - Cavrilis.
Calventijs - Calvenzano.
Cominijs - Camino.
Campileis - Campeglio.
Cavolis - Cavolano.
Castis - Casteons.
Claris - Chiarisà.
Chionijs - Chions.
Cæsijs - Cisis, Cesarolo.
Cruscillis - Crussò, Cusca.
Cæsernijs - Sernic.

Donnijs - Dogna.

Fanijs - Fana, Fagania, Fanigola.
Flavijs - Flavina, Flaibano.
Firmis - Firmano, Campoformio.
Fuscis - Fusca.

Galerijs - Galeriano.
Gavijs - Giavons.
Grapponis - Grupignano.
Gallis - Gallano, S. Gallo.

Julijs, Zugliano, Zuglio, Zeliaco.
Juventijs - Juvanitz.
Justis - Jutizzo, S. Giusto.

Lorentijs - Lorenzaso, S. Lorenzo.
Luceis - Luceriaco.
Licinijs - Lucinins.
Lucanis - Monte Lucano di Cignaco.
Laurijs - Lauariano.
Leontiis - Leonaco.
Lychnis - Lonch.
Liceis - Liez.
Livijs - Livinussul, Zivriew.

Mussijs - Mussons, Muzzana.
Marijs - Meriano, Mariano, Marignana.
Magijs - Majano, Mayas, Mageris, Mayanis.
Mutenijs - Metuno.
Manijs - Magniano.
Maniacis, Maniaco.
Musidijs - Musilio.
Melenis - Melona.
Melis - Melarolo.

Naevijs - Navarons, Nave, Navach.
Nalvijs - Nevola.
Nonijs - Naunina.

Orminis - Orgnano.
Oclatis - Oculans.

Philetis

Philetis - Feletto, Feletti, Foletano.
Primis - Primariâ, Primulâ.
Porcijs - Porcia.
Posijs - Pasiano.
Privatis - Privano.
Pintijs, vel Pintitis - Pinzano.
Praponis - Preon.
Peculis - Pecole.
Pontijs - Ponteac.

Quintijs - Quinijs.

Runchis - Ronchis.
Regontijs - Regonea.
Romanis - Romans, Romagna.
Rhenis - Reana.
Rufijs - Rufiano.
Ripanis - Rivago, Rive, Rivignano.

Servijs - Serviano q. nunc Cervignano,
Servarolo.
Sosijs - Susano.
Severis - Severiano Lat. nunc Savorgnano.
Seis - Siaco.
Stephanis - S. Stefano.
Sextijs - Sestiana.
Signijs - Signaco.
Soletijs - Soleschiano.

Thallis - Tallazaja.
Titijs - Titiano, Tissano.
Tapponibus - Tappojano.
Terentijs - Terenzano.
Taurinis - Tauriano.
Trebijs - Trevignano.
Tiberijs - Tiveriaco.

Valerijs - Valeriano.
Varijs - Variano.
Ursis - Orsaria, Orsago.
Vallijs - Valle.

IOSEPHI SPORENI VTINENSIS
FORVMIVLIVM
Liber Primus

Forumiulium Venetiæ regionem scripturus, quæ priuś à Romanis Aquileia dicebatur, mox etiam alia nomina sortita est, opere prætium esse opinor, si Pausaniam illum sequar uirum alioqui eminentissimum, qui à Romulo Amasæo Vtinensi (quem honoris gratia nomino) tum doctissimo, tum Eloquentissimo è græco idiomate in latinum uersus, totam græciam in decem regiones partitur, et singulas ita describit, ut minutioribus etiam rebus insistat, Enim uero cum Attica orditur, incipit à Sunio Atticæ promontorio, in cuius ora portus in uertice Sunidis Mineruæ templum est, inde ad Piræeum procedit, Qui antequam Themistocles ad rempublicam accederet, non nauale, sed curia fuit; Themistoclis sepulcrum ijs adiecti, cuius ossa ex Magnesia recepta in Patriam eius necessarij reportarunt; de tabula etiam Themistoclis meminit, Quam eius liberi reduces in Parthenone collocarunt; Iouis quoq; ac Mineruæ Fanum, eorumq; signa aerea, quæ in Piræeo spectantur, ponit; itq; Iupiter sceptrum, et uictoriam, Minerua hastam teneat; Leocharis opera his addit, Iouem, ac populum, aliaq; huiusce modi plurima, quæ propemodum minutissima sunt. In corinthiacis Cromionem urbem describit, cui à Cromo Neptuni filio nomen inditum est, ac quemadmodum in eo Pythio campres fuerit educatus; Aram præterea Melicertæ ponit, et uti eò puer à Delphine sit euectus, quem Sysiphus offendit, et humauit, et Isthmicos ludos in eius honorem instituit; certamen quoq; illud refert, quod narrant Corinthij Neptunum cum Sole de regione habuisse, ac utpote Briareus inter eos disceptator iudicium diremit; sequuntur hæc non nulla, quæ tam exigua sunt, ut ipsam prorsus superent exiguitatem. Omitto ea, quæ in Laconicis, Messenijs, Eliacis, utrisq; Achays, Arcadicis, Boeoticis, et Phocicis descripsit; Vbi sunt quædam adeo tenuiora, ut ea uix Pausaniam scribere dignatum opineris; Autor enim eminentissimus ità in eis describendis serpsit, ut chorographia potiuś, quam Geographia sæpe numero utatur. Nemini profectò ambigendum est Foro iulio urbes, oppida, et uicos plurimos inesse, quibus nomina diuersis rationibus indita sunt, à Deis n, à Populis cum latinis, tum barbaris, ab oppidis, et urbibus latinorum, qui huć colonias deduxere, à nominibus, seu cognominibus Romanorum, et à locis aliquot Vrbis Romæ uniuersæ Forojulij tractus denominationem habuit; Arborum quoq; appellationes loca non nulla excepere, aliqua urbium, et locorum totius Italiæ, Hispaniæ, Galliarumq; nomen adepta sunt. Ipsum itaque Pausaniam sequar, et minutioribus quibusq; insistam, ut nobilitatem huius regionis posteritati ostendam, et à quo unusquisq; locus, præsertim Vtina Ciuitas nuncupatus sit; de fluminibus item agam, et nil medius fidius prætermittam, quod ad descriptionem huius rei attinet. Opus sanè arduum, et difficillimum aggredior, Priscorum n. pauci de hac re uolumina edidere; qui uerò Aquileiæ, ac rerum Carnicarum meminere adeo discordes ac multos uides, ut Attilio Cæsaris ualeant comparari. Herodianus qui Aquileiæ oppugnationem, ac utriusq; Maximini cædem auspicatus est, unico libro hanc regionem complectitur, sed adeo parce attingit, ut solius Aquileiæ nomen inserat, nec alius Ciuitatis, Oppidiue, aut fluminis faciat mentionem. Iul. Capitolinus Æmonæ urbis, Aquileiæ, ac cuiusdam loci, cui nomen Arzia est, multa congessit. Pomp. Mela Tergestè, Aquileiam, et Concordiam enumerat, et à quo Aquileiæ urbs allingitur, Natissonem Fluuium, Timauumq; Ptol. flumina hæc forojulio, et Carniæ ascribit Natisso, nem, ac Tiliamentum; Ciuitates autem mediterraneas tres, Forumiulium Coloniam, Concordiam Coloniam, et Aquileiam Coloniam, Iulium insuper Carnicum inter Italiam, et Noricum locat. D. Antonius Augustus in itinerario post Iulium carnicum, et Aquileiam Tricesimi meminit; à Plinio Silis Fluuius, oppidum Altinum, Liquentia, Romatinum, Tiliauentum matus, minusuè, Anaxum, Varamus, Alsa, Natiso, et Turrus inter amnes Carniæ annumerantur, at Timauus lapidiæ attribuitur. Idem Plin. Aquileiam, et Concordiam, et Altinam, et Celinam, et Carnon urbes fuisse Carnorum ait, et in Venetia collocauit; Strabo autem Aquileiam extra fines Italiæ, Carniam uero extra Venetiam posuit, et de Timauo, et Natisone ita meminit. Vnde scriptorum tam uariæ opiniones prouenerint, equidem ignoro; meo tamen iudicio unica potest ratio afferri, uel quod Prouinciam nunq; uiderint, et suopte ingenio hanc molem fabricauerint, uel ab imperitioribus regionis relatum habuerint. Duo ex recentioribus de situ Forojulij uolumina edidere, M. Antonius Sabellicus Prior, et Ioannes Candidus posterior, externus ille, hic ex nostratibus, ille de uetustate Aquileiæ, hic Commentaria opus inscripsit. Paulus Diaconus de gestis longobardorum aliqua de hac re, sparsim tamen, ac incompositè congessit; Blondus idem, ac Volaterranus effecere, alij q. plurimi, quos si Naso lector emuncto perpenderit, multa enim uero in eis reperiet, quæ aut somniata uideantur, aut quid puerile aliquod redolentia; Timauus hos innuit, quem ipse Blondus ait Palauium Ciuitatem præterlabi, ac Brentam nuncupari, cum Timauus Carnorum sit, et Carnos ab Iapidia disterminet. Fallitur idemidem in Natisone fluuio, quem narrat secundum Ventionis oppidum ferri; Quo etiam errore Paulus Iouius deceptus est, Cum Ventio ad Tiliamentum sit. Volaterranus similiter hallucinatur Timauum Venetiæ finem esse attestatus, Iapidia siquidem Venetiæ pars est, ut Seruius in tertio Georg. Comentario memoriæ prodidit. Cum igitur in hac Forojulij palestra scriptores, quasi Athletæ pugnam ineant, Consentaneum est, ut ego instar Entelli Dareta cæstu aggrediar, et quod Patria in primis expostit, me (ut Decius) pro illa deuoueam. Primò itaq. ostendamus quo usq. limites Forojulij protendantur, ac errores cum Sabellici, tum Candidi, et aliorum eliminemus; postea quibus nominibus prisci hanc regionem dixerint, et quibus neoterici uocent, disseramus; postremò eius uicos, urbes, ac oppida enumeremus, et quo flumine alluantur; aliaq;, id genus, longe minutiora, ut reuerà ipsum Pausaniam uideamur imitari.

Magna sepenumero inter scriptores Controuersia est, cui potissimum regioni oppida, et Vrbes asscribendæ sint; Quod. n. in Hetruria locat, esse alius in Liguria contendit, nec de oppidis, et urbibus id tantum legimus, uerum etiam de montibus, et Ionio mari: Iustinus ex Trogo, Pisas Italiæ urbem Ligurum esse attestatur, Dionysius uero Halicarnasseus, Cato in originibus, Pompo. Mela, Ptolemeus, et alij ex priscis, Raffael autem Volaterranus, Blondus Flauius, Leander Albertus, Sebastianus Munsterus, et alij plurimi ex recentioribus eam in Hetruria posuere, Silius Italicus. VIII. Punicorum ostentissimam Hetruriæ Vrbem fuisse, Carmina eius apposui, quæ sunt hæc.

Tum quos è niueis exegit luna metallis
Insignis portu, quo non spatiosior alter,
Innumeras cæpisse rates, et claudere pontum,
Mæoniaq. decus quondam Vetulonia gentis.

Sententiæ huic Val. Martialis hoc districho subscripsit

Caseus Hetruscæ signatus imagine lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Ptol. III. geogra. hos sequitur, additq. lunam Hetrusciorum promontorium etiam uocari; at Mela. II. geogra. Ligurum esse ait; Telamon, inquit, Populonia, Cęcina, Pisæ. Hetrusca, et loca et nomina; deinde luna Ligurum, et Liguria, et Genua, et Sabbatia, et Albigaunum; hæc Pomponius, à quo Genuam inter Liguriæ oppida uidemus collocari, ut etiam Plinius, Cato, Mela, et Ptol effecere; hos Strabo sequitur, quippe qui eam Ligusticum emporium uocat. Procopius uerò libro. II. rerum Geticarum in Hetrusia sitam refert; Cum igitur, inquit, è portu Romano

solussent

soluissent Genuam peruenerunt postremam Tusciæ urbem, in transmissuq. ad Gallias, et Hispanias sitam, et quæ sequuntur. Protopij sententiam uidetur ferè C. Sempronius de diuisione Italiæ comprobare, nam post Ligures Apuanos, Ligures Hetruscos, Populonios enumerat à Ligurno portu ad Hetruriæ caput, à quo usq. ad Tyberim Hetruscos, Ligures, Tyrrenos esse affirmat, ex quo elicitur Hetruscos, ac Ligures mixtam gentem fuisse, ac unam pro altera sæpenumero usurpari, Oeta mons à Seruio illud Vergilianum interpretanti.

Sparge Marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.

Thessaliæ attribuatur, quod et Regius interpres Ouidij fecit, et Strabo in nono Geogra. Papinius autem pmo Thebaidos ambigit, an Thessaliæ, uel Thraciæ sit adscribenda, eam ideirco dubiam uocat, inquit enim

Audijt, et medius Cæli Parnassus et asper
Eurotas, dubiamq. iugo fragor impulit oeten
In latus, et geminis uix fluctibus abstitit Isthmos.

Lactantius poetæ interpres sic exponit, dubiam dixit Oeten, quia inter Thessaliam, et Thraciam hic mons interiacet, ut cuius esse uideatur incertum sit. Boccatius Thraciæ, ac Thesaliæ mediam locat. Perottus uero inter Macedoniam, et Thessaliam. Catullus Manlio scribens his uersibus ad Thermopylas posuit.

Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lymphaq. in Oetæis Malia Thermopylis.

Quod, et Strabo (ut diximus) memoriæ prodidit nono geogra. istius, inquit, pars una urgens in Thermopylas oeta uocatur, longitudinis ad stadia triginta, Celsitudinis et asperitatis non mediocris, et quæ sequuntur. Rauennam Vrbem Mari Adriatico incubare, uel pueri norunt. Iornandes autem historicus, qui res Gotorum scripsit, eam Ionio allui testis est, hallucinatur quippe Iornandes, siquidem Adria Ciuitas, unde Adriaticum Mare nomen habet, non longe à Rauenna est, ut omnes ferrè scriptores consentiunt, obsitum igitur Ciuitatis propinquiorem, à qua nuncupatum est mare Adriaticum, non autem Ioniam Rauennam prætерlabi debemus existimare, nam et hanc, et illam modica intercapedine Padus interfluit, ut fabulæ. CL. Ptol. clarè ostendunt, in quibus etiam est uidere Sinum Adriaticum à Venetijs, et Rauenna usq. ad sinum Scylacaum, et ipsam ferrè Siciliam protendi, mare autem Ionicum usq. ad insulam Corcyram, et montes Ceraunios, à quibus finitur, sicuti Boccatio placet, sumens initium à Maleæ promontorio, et à Circio habens Adriaticum, ab occiduo Siculum, à meridie Africum, et ab Oriente Creticum mare. Non desunt, qui Adriaticum, et Ionium idem esse autument, dicunt. n. quod Ion Italus Adriæ Pater fuit, à quo Sinus Ionius, qui mox ab Adria nomen Adriatici adeptus est. Lucanus V. Phar. Adriaticum Ionio miscuit autor est, carmina eius hæc sunt.

Aegæas transit ad undas
Tyrrenum, sonat Ionio uagus Adria ponto.

Ecce quomodo alterum ab altero distiungit Poeta, unde id manifestò elicitur, quòd Ionium, et Adria non idem sunt. Propertius Elegia .vi. primi describens Tulli Asiaticam peregrinationem, cui prouinciæ fuerat Proconsul destinatus, Adriæ, et Agei tantum his carminibus meminit.

Non ego nunc Adriæ uereor mare noscere tecum
Tulle, neq. Ageo ducere uela Noto.

prætermisit, ut uidemus, Ionium, quod Aegæo, et Adriatico interiacet, aut igitur Ionium, et Adriaticum idem sunt, aut Sinus Adriæ usq. ad Aegæum mare protenditur, quod Malea promontorio terminatur. Id postremo adijciam luculentissimum Catulli epigramma extare, quo dignoscitur plerosq. dubitasse, an fundus ad quem scribit uel Sabini, uel Tiburtini agri esset, nec ne, Catullum itaq. ipsum audiamus.

O funde noster seu Sabine, seu Tyburs
Nam te esse Tyburtem autumant, quibus non est
Cordi Catullum laedere, aut quibus cordi est,
Quouis Sabinum pignore esse contendunt,
Sed seu Sabine, siue uerius Tyburs,
Fui libenter in tua Suburbana
Villa, et quæ sequuntur.

Plurimum equidem in recensendis ueterum scriptorum autoritatibus elaboraui, ut patefacerem, quod alijs Prouincijs, Forciulio identidem contigisse, adeo. n. plerique illud coarctarunt, ut fines, quos latiores habuit, dum Aquileia rerum potiretur, modico admodum spatio intercludant. Id uel Strabonis autoritate potest comprobari, à quo extra Venetiæ fines, Aquileia collocatur; Aquileia, inquit, extra Venetiæ fines est, quæ flumine ab Alpibus descendente disterminatur, per quod sursum nauigatur ad Vrbem usq. Noreiam Stadijs mille, ac ducentis, ubi Cn. Carbo collatis aduersus Cimbros signis re infecta discessit; Carnos idem super Venetos esse innuit, et cum nonnullis Noricis sinum Adriaticum ad Aquileiam tenere arbitratur. Cato in originibus Venetiam usq. ad Tyliauentum fluuium protendi existimauit: Venetia, inquit est omnis ora, circa sinum maris post istriam, usq. Padi ostia. quibusdam placet illos à Tyliauento exordiri, unde manifestò comprehenditur Aquileiam, et Carnos in situ Istriæ positos, si. n. Venetia initium à Tyliauento capit, necessariò dicendum est, Istriam usq. ad ipsum Tyliauentum protendi, cum post eam ipse ipse Cato Venetiam collocauerit. Iustinus libro .XXXII. huic opinioni ferè astipulatur; Istri ait, ut fama est, à Colchis duxere, missis ab Aeta Rege ad Argonautas raptores filiæ prosequendos, qui ut à Ponto intrarunt Istrum, alueo Sani fluminis inuecti uestigia Argonautarum

insequentes

insequentes naues suas humeris per iuga montium usq. ad litus Adriaci maris transtulerunt, cognito quod idem Argonautæ propter longitudinem Nauis priores fecissent, quos aut euectos Colchi non reperere, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam consedere, Istriq. ex uocabulo amnis, quo è mari concesserant, appellati, hæc Iustinus. Mela uero seiungit Carnos à Venetis, sed utroq; togatam Galliam incolere autor est. Pius. II. Pont. Max. cap. XIX. Europæ Carnos Illirici populos esse prodidit post Istriam usq. ad Timauum collocauit, et inter Iapidas censeri opinatur. Ioannes Aubanus historicus, quem Faunus in maternam linguam uertit, ubi de Italia meminit, ac eius regiones partitur, in maximum errorem prolabitur, siquidem à flumine Pado usq. ad Tyliauentum populos Taurisanos deducit, à Tiliauento ad Natissonem Forum iulium, à Natisone ad Arsiam ferram Istriam. Non minori errore irretitur Candidus, qui à Veneticæ finibus includebatur, ab Aquileia Metropoli, cum opes huius Vrbis inualuissent, multis post annis Aquileiensis nuncupata est, mox forumiulium, qui supra Aemonam Alpes incoluni nomen Carnicum adhuc retinent. Idem infra: Veneti, ait, hanc patriam originis præcipuè nonobliti memorant, Italiæ extrema pars, ab ortu Istriam, et Iapidos montes, à septentrione et occasu Vindelicas, et Noricas alpes spectat, à meridie mari Adriatico alluitur, et quæ sequuntur. Sabellicus identidem in describendis Carniæ finibus mirificè hallucinatur, ei. n. à meridie partem sinus Adriatici, quæ inter Liquentiæ, et Timaui ostia est, confinem ponit, ad ortum Istriam, et Iapidiam, et illam Istriæ partem, quæ iuxta eruptionem Tymaui est, à septentrione Alpes, quæ olim ad Noricum attinebant, nunc confusis nominibus Germaniæ attribuuntur, ab occasu partim agrum Bellunensem, partim Taurisanum ad liquentiæ usq. ostium, idem Carniæ longitudinem à Ponteuia usq. ad sinum Adriatici, latitudinem autem ab eruptione Timaui usq. ad Sacilum opidum metitur, et subindè uniuersam Foroiulij Prouinciam in tres regiones diuidit, à Timauo primam usq. ad Natisonem fluuium, proximam huic à Natisone ad Tyliauentum, postremam demum à Tyliamento ad liquentiam. hæc Candidi et Sabellici de situ Carniæ opinio est, uterq. nihilominus tenebris, uel cimeryis capui obnubit, maiori. n. cum longitudine, tum latitudine Carnia protendit se, ac Venetiæ inserta est. hoc Plinius. III. historiæ naturalis probat: sequitur, inquit, decima regio Italiæ Adriatico mari apposita Venetia, Cuius fluuius Silis ex montibus Taurisanis, oppidum Altinum, flumen liquentia ex montibus opiterginis, et portus eodem nomine, Colonia Concordia, flumen, et portus Romatinum, Tyliauentum maius, minusq., Anaxum, quo Varamus defluit, Alsa, Natiso, cum Turro perfluente Aquileiam Coloniam. XII. millibus passuum à mari sitam, Carnorum hæc regio, iunctaq. regioni Iapidum, amnis Timauus, Castellum nobile uino Putinum, Tergestinus sinus, colonia Tergestæ XXIII. mill. pass. ab Aquileia, hęc Plinius, à quo Strabonis opinio arguitur, Cato reprobatur, Aubanus irridetur, Sabellici, et Candidi sententia explosa est, Nam si regionem Carnorum, Plinio autore, Silis, et Timauus amnes compræhendunt, et Iapidia ei iuncta est, utiq. dicendum est Carniam inter Silim, et Arsiam finem Italiæ contineri, atq. Istriæ situm complecti, quæ sunt. n. iuncta inter se, indiuiduum efficiunt, ut anima corpori, uxor marito, uitis ulmo, et cætera, id genus, præsertim uero uxor marito iuncta, quos unum esse prientissimus Seruator humani generis Dñus Nr IESVS CHRISTVS Matth. XIX. et Marci. X. attestatus est, ab initio Creaturæ ait, Masculum, et fœminam fecit eos Deus, propter hoc relinquet homo patrem suum, et Matrem, et adherebit uxori suæ, itaq. iam non sunt duo, sed una caro, quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Huic sententiæ allusit Diuus Paulus capitulo sexto, primæ ad Corinthios, an nescitis, ait, quod qui adhęret meretrici, unum corpus est? erunt. n. (inquit) duo in carnem unam, Qui autem adhęret Domino unus spiritus est, Idem. V. ad Ephesios, qui suam (inquit) uxorem diligit, nemo n. unq. carnem suam odit, sed nutrit, et fouet, sicut et Christus *seipsum diligit Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, et de ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem, et Matrem suam, et adhęrebit uxori suæ, et erunt duo in carnem unam. Mysterium hoc magnum est, Ego autem dico in Christum, et in Ecclesiam, uerumtamen et uos singuli unusquisq. uxorem suam sicut se ipsum diligat, uxor autem timeat Virum suum, hæc Paulus, quæ Sapientissimus ille Moses in. II. Geneseos exarauit, ubi Protoplastem sic loquentem induxit, cum diuinitus cognouisset è costa sua sublata mulierem formatam hoc dixit, nunc os ex ossibus meis, et Caro de carne mea, hæc uocabitur Virago, quoniam de uiro sumpta est, quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una Ioannes Arboreus Parisiensis Thelogus eminentissimus uerba hæc laculenter in Matheum, et Marcum exponit, ubi multa scitu digna reperies, diffusius tamen in eius Commentarijs repetita, quibus easdem Pauli epistolas doctissimè interpretatur. Ne autem ambigatur, uerba hæc iungo, et coniungo, alterum simplex alterum compositum eandem significationem habere, Propertium audiamus in. II. Elegiar.

Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ,
Masculus, et totum fœmina coniugium.
Val. Mart. Epigram. V. primi.

Iunctam Pasiphaem Dictæo credite tauro
Vidimus, accepit fabula prisca fidem,

T. Liuius primo ab Vrbe condita, duplex, inquit, extinde fama est, alij prælio uictum Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem iunxisse tradunt, inuunt exempla hæc significationem compositi per simplex aliquando enunciari, unde cum Plinius dixit regionem carnorum esse ex iunctam Iapidiæ, unum corpus per duo membra expressit, et unam Prouinciam per duas regiones, quæ illi, ut brachia corpori adherent, Constans n. fama est Iapidiam esse partem Venetiæ, quod innuit Seruius in tertio Geor. Commentario hæc poetarum principis carmina exponens.

Tùm sciat aerias alpes, et Norica si quis
Castella in tumulis, et Iapidis arua Timaui &c.

Iapidis, ait seruius, id est Venetiæ, nam Iapidia Venetiæ pars est, ab Iapido opido dicta, huius est fluuius Timauus, Bernardinus Cyllenius Veronensis hos uersus Tibulli ad Messalam interpretatus.

Nam belli expers Cano, Testis mihi uitæ
Fortis Iapidiæ Miles &c.

Iapis, ait, Ætholus fuit, qui in ea parte, qua Timauus fluuius decurrit, oppidum constituit, et inde ea pars Iapidia appellata est, horum popu-

lorum

lorum oppidum Arupinum Messala deuicit, ut Appianus Alex. autor est; Cyllenio astipulatur Robertus Stephanus, quod Thesaurum lati- * *in libro*
næ linguæ inscripsit: Nomen, inquit, proprium Iapis Ætholi est, qui cum ad regionem Venetiæ uenisset oppidum de suo nomine condidit, à quo
ea pars, ubi Timauus fluuius est, Iapidis nomen sumpsit, ad probationem huius argumenti, quod Carnia, et Iapidia eadem sit, Pius. II. Pont.
Max. accedit, à quo id proditum est, Carnos esse populos Illyrici, tractum Istriæ complecti, et usq. ad Timauum deduci, cum itaq. Plinius ini
tium Carniæ à Sili faciat, Pius autem Pont. illam usq. ad Illiricum protendat, dicendum procul dubio est Carniam, et Iapidiam unum esse
corpus geminis uocabulis denominatum, nam sicut Italia uocatur Quandoq. Ausonia, modo Oenotria, modo Saturnia, nunc Hesperia, et aliquan
do magna Græcia, nihilominus una solum Italia est, sic Carnia ob plurimas denominationes, quas sortita est, unica solum prouincia est, non
n. ager Aquileiensis à Forotulio, Forumiulium à Patria, hæc à Carnia, nec Carnia diuersum quid ab Iapidia est, Iapidia quoq. Istriam, et
Illirici partem comprehendit, Nam Tergeste Oppidum, et Pucinum, Istriæ à recentioribus ascribuntur. Quæ Plinius Iapidiæ attribuit à Tima
uo initium capienti, et insuper à Ptolomæo in .iii. Geographiæ his uerbis.

Istriæ similiter post flexum Adriatici sinus.

Tergestum Colonia.	36 $\frac{11}{23}$	45 $\frac{1}{2}$
Formionis flu. ostium.	36 $\frac{11}{23}$	45 $\frac{1}{2}$
Parentium.	37	45 $\frac{1}{2}$
Pola.	37 $\frac{1}{2}$	45 $\frac{1}{12}$
Neosaetum finis Italiæ.	37 $\frac{11}{23}$	45 $\frac{1}{12}$

Quod autem Istria Illyrici pars sit, uel Pomponio Melæ fides adhibenda est, quippe qui .II. Geogra libro sic ait, Phæates deinde sunt, quos, proprie Illyricos uocant Tu. Pyrei, et Liburni et Istria. Idem paulo infra: per Istros, inquit, Ister emittitur, Tergestum intimo in sinu Adriæ situm finit Illiricum, Carnos uero, et Forumiulium, et Iapidiam, quæ Istriæ situm habet continere, Scholiastes Melæ hunc periodum .II. enarrans, sinistra parte Carni, et Veneti colunt Togatam Galliam monumentis reliquit, duplex ait Gallia est, toga
ta, quæ, et Ionsa uocatur, et est Cisalpina intra Italiæ scilicet fines inclusa, sic dicta à Toga succinto uestis genere, et apposito, Quam Veneti colunt, et carni, seu Aquileienses, à Carnis hodie denominata est regio Carniola uicina Carinthiæ; alia est Gallia Comata à nutriendi Capilli studio sic dicta, et quæ sequuntur. Itaq. si carni denominationem Carniolæ indiderunt, medius fidius Carnia, quæ Forumiulium hodie nuncupatur, et Carniola eandem Prouinciam efficiant, ac Istriam, et Iapidiam, quæ interiacent, complectentur, ea, quæ adduxi, ut opinor, sufficerent ad probandam Carniam ultra Timauum protendi, et Iapidiam cum Istria com
plecti, ueruntamen alia quoque tum ad probationem huius rei, tum quod trans Ponteuiam contra opinionem Sabellici Forum iulium pro
ducitur, afferamus: Pius. II. Pont. Max. Cap. XVIII. Europæ, Carni ait, quibus annumerant? Iapides, Istros sequuntur, bifariam eos diui
dunt; siquidem affirmant duas esse Carniolas, alteram, quæ aquis egei, ac Istros, et Tarsos habet montium accolas inter Labacum, quod
Lugæum prisci nuncuparunt, Tergestumq. oppida existentium, et usq. ad Timauum protendentium sese, alteram, quæ aquis abundat
ubi Sauus oritur, Nauportusq. hodie Iabati nomen sortitus. Ioannes Aubanus libro tertio Europæ tradit: Carnos Italiæ populos, qui
bus hodie Forumiulium nomen est, similibus Carnunti, quod Noricci Carinthiam uocant, adiuere, oriumq. solis speculare. Munsterus
Aubano subscripsit, atq. omnes hi Drauum Carinthiæ fluuium esse attestantur, qui oppidum Villacum præterlabitur, et (Si Ptol. cre
dimus) Danuby pars uersus meridiem profluentis est, Daroscq. appellatur, et Pannoniæ attribuitur, maxime, (ait Ptol.) septentriona
lia Danubij. 39 $\frac{1}{4}$ 48 $\frac{2}{3}$, quod iuxta flexum ad occasum extenditur, et per geminas Pannonias fluens scinditur in Carroduno Ciui
tate uersus Montem Celium, et eius maxime septentrionalia uocantur Sauaria, et quæ uersus meridiem Daros nominantur, cuius sitt
sionis situs. 40 $\frac{1}{12}$. 46 $\frac{1}{2}$, Daros, inquit Ptolomæi Scholiastes, Drauus hodie uulgo dicitur, Villacum autem à priscis Vacorum
idem fuisse nominatum existimauit, oppidum hoc in situ Norici Ptolomæus locauit, Noricum uero inter Italiam et Pannonias posuit,
sed Paulus Diaconus Foroiulensis .VII. libri .II. de Longobardorum, Italiam Pannonys connectit, ex quo elicitur Noricum in Panno: * *Gestis*
niys comprehendi: Albinus, inquit, cum fines Ciuitatis, uel potius Castelli Forotulani terminos sine aliquo obstaculo introisset, per
pendere cæpit, cui potissimum primam Prouinciarum, quam cæperat Comittere deberet, siquidem omnis Italia, quæ meridiem uer
sus, uel potius in Eurum extenditur, aut Tyrreheni, aut Adriani maris fluctibus ambitur, ab occiduo autem, et aquilone iugis Al
pium ita circumcluditur, ut nisi per angustos meatus, et per summa iuga montium non possit haberi introitus, ab orientali uero
parte, qua Pannoniæ coniungitur, et largius patentem, et plenissimum habet ingressum. Idem Cap. X. Venetia, inquit, non solum in pau
cis insulis, quas nunc Venetias dicimus, constat, sed eius terminus à Pannoniæ finibus usque ad fluuium Adduam profertur. In sen
tentiam Diaconi Ptol. et manibus, et pedibus it; Nam .XV. Geographiæ Istriam Pannoniæ superiori confinem ponit, ac .XVII. tertij
collocat Istriam in Italia. Ex ijs patet, sabellicum uel maxime aberrare, si n usq. ad Pannonias Italia protenditur, et regio Italiæ
Istria est, Si Venetia prima Italiæ Prouincia Germanis, et Barbaris per Forumiulium in Italiam profitiscentibus, si forumiulium
oppidum, siue (ut Diaconus ait) Castellum, à quo uniuersus Carniæ tractus Foroiulij nomen adeptus est, fines, uti pars extre
ma Italiæ Pannonijs coniungit, utiq. Sabellicus, uel maximi erroris arguendus est, dicendumq. Carniam in se Istriam, et Iapidi
am continere, ut corpus membra complectitur, quod et Strabo. V. innuit; post Timauum, ait, usq. ad Polam Istrorum situs est.
Vibius etiam sequester fontes Virgiliano filio describens Timauum Aquileiæ Galliæ attribuit, et Val. Martialis hoc districho lucu
lenter identidem significauit.

Et tu sedæo foelix Aquileia Timauo,
Hit ubi septenas Cyllarus hausit aquas.

Cum itaq. Strabo statim post Timauum Istriam ponat, Sequester Aquileiæ prouintiæ Timauum ascribat, Pius .II. Pont. dicat Istros, et
Tarsos, qui montes colunt à Tergesto usq. ad Oppidum Iabacum, quod prisci Iugæum dixerunt, recentiores Lubianam uocant, regio
nem

idi

nem Carniæ inhabitare, cui uulgus nomen Carniolæ indidit, Ptol. Stholiastes autor sit, Carniolam nuncupatam fuisse à Carnis populis, qui Aquilesenses sunt, et Aubanus eosdem usq; ad limites Carnunti producat, Diaconus uero Pannoniæ fines attingere, pro compertо ecastor habendum est, Carniæ Istriam, et Iapidiam esse insertas, nec minus Pannonijs eam conecti, ueluti partem Italiæ extremam, et consequenter Villacum oppidum Forojulanæ ditionis esse, quod à recentioribus Historiarum scriptoribus memoriæ proditum est, Mauritij Ducis Saxoniæ, aliorumq; Principum Germaniæ insignem illam expeditionem aduersus Carolum V. Cæsarem scriptis tantibus, quam pleriq. simulatam fuisse autumant, ad hoc astu Henricus Valesius rex Gallorum eminentissimus Rhenum prætergressus à Cæsarianis caperetur, pleriq. autem plurimis argumentis ueram fuisse contenduni, si uero astus abfuit, et fuga Cæsaris uera fuit, utiq. Iriumphus ex Ioanne Federico Duce Saxoniæ ad fluuium albim comparatus euanuit, Tametsi M. Vasius mihi sanguine admodum coniunctissimus illum hoc Epodo luculentissimè fuerit prosequutus.

Heus ô quis ocyus afferat lyram mihi
Puer? lyreque consonet
Apte? sonora lætus Euterpe, ut canam
Victoris acta Cæsaris
Regisq., fratrum, ac debellata Saxonum
Arma impia, Captiuum ducem,
Sopitus alto dum lasciuit otio,
Amnemue sperat inuium,
At fortibus nil inuium est, imperuia
Audentibus nulla est uia.
Age, iam ne, Cæsarem, Regumq. Principum
Summos, ineptè atq. impie
Tyranne, adhuc contemnis? illa ubi nam tua
Audacia plusquam Celtica?
Cœlum super, quæ te efferebas, et super
Suprema Cœli Sydera,
An nesciebas dux ignaue, ac impudens
Res impiorum in puluerem
Recidere, raptum, quem hinc, et inde ab inuicem
Diuersa spargunt flamina.
Num te latebat situ uolui turbinum
Potentium fastigia,
Ni se retractent, ni subinde diluant
Vi lacrymarum crimina?
At te profanus Holofernes, te Syrus
Sennacherib, teq. impius
Gyas, Superbum cui caput abscidit puer
Pera rectinctus, interim
Satis monebant, efferri ab Dijs humilia,
Elata fastu deiici.
Hinc lucifer sibi dum plaudit, ac thronum
Amboi Tonantis aureum,
Excussus astris ima uidit tartara,
Ibi illigatus anguium
Spiris, tibi id quod contigit Superbe Dux,
Dux dissipator otij,
Pacisq. Christianæ, quo te proripis?
Quo nam fugis? nulla heu fuga est,
Manus reuinctus impias Iberiam
Iam iam uidebis ultimam,
Tagumq. potans, albim plorabis tuum,
Nouo relictum Principi.
Satis, superq. Christiani sanguinis
Te propter effusum undiq.,
Satis superq. lugubri Germania
Vultu suorum funera
Vidit, satis superq. te propter scythis
Vires adauctæ, iam uale.
Tu porro, Cæsar, Cæsar inuictissime,
Dux Christiani nominis,
Vno nihil quo maius, nil pium magis
Præsens uidet, uel antea
Antiqua uidit ætas, ỹ , fœliciter,
Quo pergis, en fauentium
Ducum Deorum te serena numina.
Iam pelle, pelle Barbarum
Thracem niuosa ad Caucasi cacumina,
Riphea rursum ad Pastua.
Te nempe pallet unum, ede se debitum
Tibi triumphum prouidet,
Ergo profanis inquinatum sordibus
Christi sepulcrum uindica,
Vexilla ad auras pande, pande iam tua,
Redde ultionem gentibus,
Iam Tympana insonent, iam classicum tubæ
Clangant in hostem perfidum,
Fœlicia indue arma, uictricem manum
Extende, et ensem corripe,
Ensem tremendum, qui ue sub polo diem,
Lapsumue sub terras uident,
Te pannonum arua poscunt, et Illyris diu
Suspirat ora, Virginum
Te uota clamant, puerorumq. Quos patrum,
Matrumue, sinu rapit
Prædo, nihil quod timeas est Cæsar, tui
Ductore Christo, et Auspice.

Hactenus pauca hæc in unum congessi, ut errores uulgi eliminarem, opinantis forum iulium ab Istria, et Iapidia olim seiunctum, plerique uelo pelagus hoc nunc mihi transmittendum est: Iustinus(uoluit supra docuimus) ait, Colchos iussu aeiæ Regis Argonautas, et raptores filiæ persequentes iuxta Vrbem Aquileiæ consedisse, Istrosq. à flumine quo è mari concessêrant, nuncupatos, si propè Aquileiam consedere, utiq. in Carnia, et Forciulio, siquidem usq. ad Timauum profectos, Martialis hoc Epigramate ostendit.

Æmula Baianis Altini littora Villis,
Et Phaetonigi Conscia sylua rogi.
Quœq. Antenoreo Dryadum pulcherrima fauno
Nupsit ad Euganeos sola puella lacus.
Et tu Ledœo felix Aquileia Timauo,
Hit ubi septenas Cyllarus hausit aquas.
Vos eritis nostræ portus, requiesq. senectæ,
Si iuris fuerint otia nostra sui.

Per Cyllarum Argonautas innuit Martialis, quos sequutus est Castor, Vellus aureum erepturos, Cyllarus. n. Castoris fuit equus, sicuti Val. Flaccus primo Argonautic. his carminibus innuit.

Vectorem pauidæ Castor dum quæreret Helles,
Passus Amyclæa pinguescere Cyllaron herba.

Orpheus quoq. Castorem, ac Pollucem inter argonautas enumerat sic describens:

Pollucem, atq. Equitum domitorem castora noui,
Et te Mospe ady Titaresie, splendida cultu,
Chaoniam peperit quem subter aregonis alnum.

Leonicus de uaria historia meminit Colchos ad Polam Istriæ Vrbem, quam condiderant, consedisse, quod, et Strabo tradidit; cæterum, inquit, Pola in sinu portus formam habente sita est, paruas quidem, uerum fructuosas, et portuosas præseferentia insulas. Priscum autem id est Colchorum ædificium, qui aduersus Medeam immissi fuerant, ŷ uotorum impotes, et fugæ desperatione soliciti, Græcorum quidem lingua exulum.

Colchorum uerò sermone Polam appellauere locum, uti Callimachus commemorat. Hæc Strabo, à quo ne uerbum quidem Mŷnias Timauum alligisse. Illi tamen, ac Leonico id etiam prætermittenti Martia aduersatur, et Sabellicus, qui eos ad montem Carniæ, cui à Medea Æeiæ Regis filia Medeæ nomen inditum est, profectos memorat: Est præterea, inquit, mons Patriæ, Quod ad fidem rei attinet, qui uetustum eius gentis testatur in hæc loca appulsum, Medeæ. n. dicitur, quæ Iasonem secuta est, in eius cauernis noctu, et nonunq. interdiu ambiguas uoces, et quasi magicos strepitus, qui Medeæ artes arguant, exaudiri fama est. Idem quoq. in munitione sontiaca his carminibus describit.

Vitifero iuxta Tumulus se uertice tollit,
Hunc quoq. Bacchus amat, profugę de nomine dictus
Phasidos, hanc fama est fraterna cœde madentem
Magnanimum Æsonidem Colchis cum patre relictis
Per uarios casus, per deuia rura secutam,
Pellicis aut ultam Connubia dira Creusæ,
Polluiamq manus natorum sanguine, iunctis
Anguibus, errantem miseranda sorte per Orbem.
His olim sedisse iugis, facitisq. sub antris
Medeam magicis exuisse ambagibus umbras.
Hinc quoq. suspectæ uoces sub nocte silenti
Audiri, strepitusq. referi pars credula uulgi.

Hucusq. Sabellicus, opinioni cuius Ioannes Candidus Commentariorum primo annuit. Medeæ mons. XII. millibus passuum ab Vtina Vrbe disiungitur, et octo ferè ab Aquileia, iuxta quam, Iustino autore, Colchi sedes posuere. Cum itaq. dictio hæc iuxta propinquitatem innuat, et apud significet, ut Plauti autoritate hac uidemus: iuxta, inquit, te sum, te pie iuxeris, oportet, ac ex carmine hoc uirgiliano in VII. Æneid. exarato.

Et iuxta genitorem astat lauinia Virgo.

dicendum œdepol est Colchos ad hunc etiam montem, ac regionem circumiacentem consedisse, hic etenim mons, quàm Pola Vrbi Aquileiæ propinquior est. quo argumento elicitur Colchos, qui postea Istri nomen habuere, non tantum regioni Polæ Vrbis, sed Carniæ hunc montem sibi uendicanti nomen Istriæ indidisse, ac propterea Istriam, et Carniam pro una, et eadem Prouincia sumi debere, nec contrarium quod adduci posset, id arguit, hodie uidelicet Istriam proprium nomen retinere, Carniam uero, nisi pro montana Forŏiulij ora enunciari, unde possit deprehendi aliam regionem utriq. interiacere, cum nomen Carniæ, quod est uniuersale, uulgus

in

in membra tristariam diuiserit, extremasq. partes Carniam, et Istriam, interiacentem autem Forum iulium, licet hæ tres partes unum corpus efficiant, et Iapidiam comprehendant. Huius sententiæ Blondus est, quippe qui affirmat Istriam et Forum iulium olim sub nomine Iapidiæ uocatas fuisse, Quam Foroiulio, et Istriæ connecti, uel pueri norunt. Raphael Volaterranus. IIII. Geogra. Forumiulium, et Istriam unitam regionem facit, Italia, inquit, inter horam sextam, et primam brumalem incedit, ut Plinius ait, id est inter meridiem, ac hibernum solis exortum protenditur, nam apud eos sexta semper meridies erat, quemo folio ab eodem comparata, et tribus ueluti peninsula circumfusa maribus, supero, infero, et Ionio à Salassis, qui nunc locus salutiarum est, et Montisferrati, ubi alpes initium capiunt, et Rhegium usq. per capuam pass. millia mille uiginti, latitudine uero maxima à Varo ad Arsiam amnem in Foroiulensi regione.cccc. Idem Volaterranus: Fiscus, ait, Apostolicus has Prouincias in codice sacro descripsit, Marchiam Tarusianam, siue Venetiam, Istriam, in qua Foroiulenses, Lombardiam, et Liguriam. Volaterani sententiam probat Munsterus, qui. II. Geogra. Forum iulium in Istria collocauit, Non itaq. dubitandum est Forumiulium, et Istriam esse unam solum Prouinciam, et Iapidiam, quæ interiacet, complecti, aliq Pannonias, et Carinthiam usq protendi, tametsi Carinthia olim pars Norici fuerit, et Noricum Pannoniæ, quod enim uero Ammiani Marcellini autoritate comprobatur, à municipio Potobio, (sicuti quarto historiarum legitur) Norico inserium est, licet Ptol superiori Pannoniæ illud ascribat. Quousq fines Carniæ aquilonem, ac Eurum uersus protendantur, satis superq discussum est, nunc occiduos eius limites attingamus, quos ultra liquentiam progredi Sabellicus negat. decipitur nihil ominus, et sibi hac periodo uel maxime aduersatur: Sacilium, inquit, amœnissimo liquentiæ fluuio cinctum, Canipa in ulteriore ripa fluminis, sed Patrianæ ditionis, et quæ sequuntur; Canipa oppidum. XXIIII. fere stadijs ab ortu liquentiæ, ac ripa seiungitur, Potest, sabellice, tanta oppidi huius intercapedo ripa liquentiæ nuncupari? Vel pueri meo quidem iudicio, qui mendacijs genuinis assuescunt, id loqui erubescerent; quod uicti etiam plurimi Carnicæ ditionis trans liquentiam positi arguunt. Albina, Bibianus, Gotica, et robur, quod Bassi uocant XIIII. mill. passuum à Tarusio urbe situm, multiq. alij, quos breuitatis causa omitto. Plinius non dissentit ab hoc, imo carniæ situm longius protendit, cum. n. Cuti supra ostendimus) Silim ex montibus Tarusanis effluentem, Altinum oppidum, ac portum, Concordiam coloniam, Romatinum amnem, Portumq. Tiliauentum maius, et minus, Anaxum, Varamum, Alsam, Natissonem, Turrum, et Aquileiam Coloniam enumerauit, uerba hæc illico apposuit; Carnorum hæc regio, iunctaq. regioni Iapidum: pronomen ostendit, de qua re sit locutus, cum. n. à Sili usq. ad regionem Iapidum, omnia, quæ interiacent contextu uel unito enunciauerit, descripsitq., ambigendum non est, quin ad omnia præcedentia referatur, siquidem natura huius demonstratiui est, ut proxima quæq. ostendat, Quemadmodum Laurentius Valla. II. Elegantiarum tradit; huius enim periodi enunciatio, Carnorum hæc regio, huiusmodi est, ac dixerit, Carnia initium capit à Sili, et in ea oppida Altinum, Liquentia, Concordia, Tiliauentum, Natiso, Turrus, et Aquileia continentur. Pompo. Mela. II. Geo. uidetur hanc sententiam comprobare, at in oris, ait, proxima est à Tergeste Concordia, interfluit Timauus nouem capitibus exurgens, uno ostio emissus, deinde Natiso non longè à mari ditem attingit Aquileiam, ultra est Altinum, ordine inuerso hunc situm Mela describit, nam sicut eum Plinius à Sili fluuio incohauit, et usq. ad Tergeste oppidum deduxit, Mela initium eius fecit à Tergeste, quod Illiricum, uel ipso autore, finit, et usq. ad oppidum altinum, quod iuxta Silim est, late produxit, ultra dictio id ostendit, quæ trans significare nulli ambigunt. Pompo. n. cum dixit, ultra est Altinum, in descriptione illius met situs persistit, ubi Aquileia est, ac ultra dictio tantundem innuit, perinde ac diceret, post Aquileiam, oppidum altinum in carniæ situ positum est, autoritate Martialis uel maxime id probatur, quippe qui ad Iogam Parthenianam epigramma hoc scripsit.

Dic loga facundi gratum mihi munus amici,
Esse uelis, cuius fama, domusq. gregis?
Appula Iedœi tibi floruit herba Phalanti?
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis,
An Tartessiacus stabuli nutritur Iberi,
Betis in Hesperia te quoq. lauit aqua?
An tua multifidum numerauit lana Timauum?
Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit.

Domitius Calderinus interpres Martialis exponens hoc carmen; an tua multifidum numerauit lana Timauum? lanæ, ait, Patauinæ in precio erant, quod Strabo scribit, et in dictis est. Georgius uerò Merula; ego, inquit, magis altinatem lanam existimo, nam oues altinates à Columella comendantur, de quibus Poeta etiam hæc ait.

Velleribus primis Appulia, Parma secundis,
Nobilis altinum tertia laudat ouis.

Siue igitur Martialis per Timauum lanam Patauinam, ut placet Domitio, siue Altinatem, ut Merulæ intelligat; compertissimè habendum est, Carniam ne dum ad Silim, ut Plinius ait, sed ultra etiam protendi, et agrum Euganeorum, in quo Patauium est complecti, quod ipse Mart. hoc distico ferè innuit,

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui,
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Item Lucanus. VII. pharsaliæ.

Euganeo [si uera fides memorantibus] augur
Colle sedens, Apponus terris ubi fumifer exit,
Atq. Antenorei dispergitur unda Timaui,

Præterea Sidonius Appollinaris hoc endecasyllabo.

Nec quos Euganeum bibens Timauum,
Colle Antenoreo, hæc uidebat augur.
Diuos Tessalicam mouere pugnam.

Vt autem palam sit lanas cùm Patauinas, tum altinates in precio fuisse, hic apposui uerba, et Straboni, et Columellæ, quorum Metula, et Domitius meminere. Strabo Geogra V. Patauium, inquit, propinquum est, cunctas eius regionis urbes excellens, nuper quidem in ea censi sunt. D Equestris ordinis Viri, antiquis autem annis CXX militum millia misisse constat, quam uero Ciuitas ipsa, et uirorum probitate, et artium bonitate floruerit, magnitudo cum aliarum rerum maximo apparatu Romam missarum, tum uero pannorum, et uestimentorum omnifariam mercatura declarat. Colum. VII. libri. VII. pinguis, ait, et campestris situs proteras oues solerat, gracilis, et Collinus quadratas syluestris, et montuosus exiguas, pratis, planisq. noualibus tectum pecus commodissime pascitur, idq. non solum generibus, sed coloribus etiam referri, generis eximij Milesias, Calabras, Apulasq. nostri existimabant, earumq. optimas Tarentinas, nunc Gallicæ præciosiores habentur, Earumq. præcipuè Altinates. Item quæ circa Parmam, et Mutinam matris stabulantur campis, et quæ sequuntur. de Patauinis lanis etiam ipse Marbia. hoc distico meminit, Tunicæ Patauinæ inscripto.

Vellera cum sumant Patauinæ multa trilices,
Et pingues funicas Serra setare potest.

Qui igitur per lanam Timaui Poeta expressit, uel Patauinam, uel Altinatem; quodcunq. malueris, per nomen Timaui regio Carniæ intelligenda est. Blondiq. error explodendus, qui muros Patauij eum præterlabi autor est, ac Brentam hodiè uocari, refellunt eum uel grauissimi autores, Plinius, Strabo, Mela, Vibius Sequester, Antoninus Augustus, et aly Geographorum, quos breuitatis causa omitto. à Plinio de hac re initium capiamus, quippe qui Cap. CVI. libri II historiæ naturalis: in altinate inquit, campo fluuius mersus post uiginti millia passuum exit, et in Aquileiensi Timauus, et mox ibi contra Timauum amnem insula parua in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt, minuuntusq. Idem Cap. XVII. libri tertij: Carnorum, ait, hæc regio, iunctaq regioni Iapidum, amnis Timauus, Castellum nobile Vino Pucinum, Tergestinus sinus, colonia Tergeste. Postremo libro XIIII, Liuia inquit, augusta octuaginta duos annos utræ uino Pucino retulit acceptos, non aquoso; gignitur in sinu Adriatici Maris non procul à Timauo fonte, saxeo colle maritimo aflatu paucas coquente anphoras; nec aliud aptius medicamentis iudicatur, hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes Pyctanon apellarunt ex Adriatico sinu. Strabo autem V. Geogra. Aquileia, inquit, Adriatico sinui proxima à Romanis condita est, incumbentibus imposita barbaris, in ipsoq. sinu, Diomedis est templum, opus sanè memorabile, et Timauus portus, et lucus miro decore, septemq. adsunt fluuiatilis aquæ fontes, mare mox irrumpentes lacu, et profundo sane fluuio, è quibus reliquos uno dumtaxat excepto, Salsas habere aquas Polybius autor est, locum ipsum maris fontem, et matrem ab indigenis uocari Timauus, [ut ait Possidonius] è montibus delatus decidit in profundum, deinde infra terram absorbus stadys circiter CXXX. erumpit in mare. Idem paulo infra: post Timauum Istrorum usq Polam Istrus est, in medioq Tergeste Castellum ab Aquileia. CLXXX. distans stadys. At in oris proxima, inquit Mela est à Tergeste Concordia, interfluit Timauus nouem capitibus exurgens uno ostio emissus. Deinde Nauisso non longe à mari distem attingit Aquileiam, Vibius sequester Timauum Aquileiæ Galliæ fontem ascribit, utpote Itinerarium quoque Antonini Augusti, quod his uerbis descripsit ab Aquileia per Istriam extra mare Salonas. M.P. CXCIX sic fonte Timaui M.P. XII.

Tergeste.	M.P. XII.
Ningum.	M.P. XXVIII.
Parentium.	M.P. XVIII.
Pola.	M.P. XXI.
Tyarectus sinus Liburnici Iadusq. stadia.	CCCCL.
Blandona.	M.P. XX.
Arausa.	M.P. XX.
Prætorio.	M.P. XXX.
Tragurio.	M.P. XVI.
Salonas.	M.P. XIII.
Per Liburniam Scisciam.	M.P. CCXIII. *sic.*
Fonte Timaui.	M.P. XVI.
A Vesica.	M.P. XII.
Ad malum.	M.P. XVIII.
Ad Titulos.	M.P. XVIII.
Tharsatico.	M.P. XVIII.
Ad Turres.	M.P. XX.
Senia.	M.P. XX.
Auendone.	M.P. XVIII.
Arupio.	M.P. X.
Bibium.	M.P. X.
Romula.	M.P. X.
Quadrania.	M.P. XIIII.
Ad fines.	M.P. XIIII.
Siscia.	M.P. XXI.

Ioachinus Vadianus in II. Melæ Commentario, interfluere inquit, Timauum inter Concordiam, et Tergeste, ac post Natisonem nominat, qui Aquileiam abluit, Plinius quoq. ad Carnorum regionem amnem statuit Timauum, et libro quinto Strabo, non uides ergo quomodo amni, qui Patauium præterlabitur, Timaui nomen congruat, id quod Blondus Foroiulensis in marchiæ Tarusanæ descriptione contendit argumentis non sane temere adductis, quibus si locus datur, fatendum est errasse uetustos, aut si illi uerum tradidere, euanuisse amnem credendum. Idem paulò infra, nec ille quidem, quem Patauio proximum Brentam nominant, tantus est, ut Timaui nomine, famaq. dignus uideri debeat. Pij secundi Pont. Max. de Timauo amne loquentis autoritas fuit à me superius deducta, eo igitur prætermisso Paulum Iouium Episcopum aggrediar de Piscibus scribentem. Illud quod ait Martialis: Ianeus Euganei lupus excipit ora Timaui; eorum opinionem aperte redarguit, Quoniam Timauus flumen in finibus Aquileiæ, cuius ostia celebrata à Virgilio hodie magna ex parte extenuata, obstimataque sunt, sturiones non habet, qui tamen Varolijs, et troctis abundat; quid si dicatur Martialem pro Timauo Medoacum, qui hodie Patauinorum Brenta est* manifeste aut nullos, aut certe paucissimos, et quidem minutulos sturiones ferat, ita ut Martialis celebraturus sturionem insulse admodum ad Timauum retuꝛe uideatur, cum in propinquo Padum haberet, et sua magnitudine insigne, et multa sturionum copia longe clarissimum. Georgius Merula in in Domitium Calderinum illud Martialis Poetæ interpretantem, [An tua multifidum numerauit lana Timauum] Ego, inquit, ut erroriquorumdam occuram, quando res ipsa, et locus huius quæstionis me admonet, quid de Timauo sentiendum, tum ex lectione ueterum, tum ex inquisitione diligenti nostrorum hominum subiungam, quamq. in primis miror Blondum egregium alioqui ruinarum Italiæ illustratorem affirmare, Timauum eum esse fluuium, quem nostri homines Brentam uocitant, mirabatur enim non indoctos homines, quare Timauum in Istris posuerint, et post testimonia Lucani, et Martialis Plinio nixus quædam dixit falsa in totum de insulis quinque, et aquis dulcibus in ora Veneta scaturientibus, quam uellem uirum non indoctum, et tum mentionis historiæ, tum Italicarum Vrbium inquisitorem laboriosum, aut hæc siluisse, aut exactius flumen inuestigasse, quanq. sub Terra mergatur, ergo, ut quod ego sentio, et uerum est, aliquando dicam, Fluuius is, quem nunc Brentam dicunt, à Priscis Medoacus est appellatus, eodem nomine ac Bacchilio è Vitentinis defluens montibus, Nam ostia Padi Plinius de scribens hæc, ait, proximum portum fecit Brondulum, sicut Edronem Medoaci duo, et fossa cluda, Timauus autem per Aquileiensem agrum labitur, et mersus post. XX. millia passuum exit, autore Plinio. Raphaelis Volaterani sententia quoq. accedat, quippe qui urbanorum Commentariorum libro. IIII. Padua, inquit, et Patauium antiquitus dicta, Antenoris Ædificium, cuius sepulcrum adhuc ostentant, triplici muro circumdata, Medoaco amne ab accolis Brenta uocato, non [ut quidam putant] Timauo huc nauigatur è porru Medoaco nomine eodem, quo flumen, ut ait Strabo; Euganei propè colles, ac populi, qui Vaticinium habere credebantur, eos Plinius ageneris nobilitate Græcam ethimologiam traxisse dicit, mox infra idem sic ait, Natiso è carnorum tugis, propè quem Aquileia. XII. millia passuum à mari distans, de qua mox pluribus, postremo Timauus Venetiæ finis, à Tiliauento enim, hucusq. Carnorum Regionem Plinius, Strabo q. uocant, nos hodie Foroiulensem Patriam dicimus. Boccacius insuper Blondum his uerbis refellit eo libro, quo flumina, fontes, lacus, Paludes, Maria, syluas, et montes, complexus est: Timauus, inquit, Venetorum fluuius est Concordiæ, atq. Tergesti oppidis proximus ex monte quidem grandi per nouem ora effusus amplissimum ante alta fontem facit, ex quo uno tandem exiens alueo in Adriaticum fundit ur mare in Tergestino sinu; fuere tamen qui putauere hunc fluuium apud Antenoridas esse, et ex Euganeo monte fundi, quod falsum est. Ioannes Baptista Egnatius Mathæo Aduocato Brixiensi Epistolam scripsit, qua errorem ipsius Blondi prorsus tollit, ac Timauum à Lucano, et Martiale dici Euganeum, id est Venetum interpretatur, et hoc quidem scitè, nam Euganei totam regionem, quæ nunc Venetia dicitur, incolebant, ut Titus Liuius primo ab Vrbe condita, prodidit: casibus, inquit, deinde uarijs Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione à Paphlagonia pulsi, et sedes et Ducem Rege Pylæmene ad Troiam amisso, quærebant, uenisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisq. qui inter mare, Alpesq. incolebant, pulsis, Henetos, Troianosq. eas tenuisse Terras, et in quem primum egressi sunt locum, Troia uocatur, pagoque inde Troiano nomen est, gens uniuersa Veneti appellati. Strabo Liuium his uerbis sectatur libro Geogra. XII., sed quod, ait, maxime inter omnes constat, est, quod Heneti clarissima Paphlagonum natio erat, ex qua Pylæmon fuit, cum quo plurimi ex illis militarunt, amisso autem Duce post captam Troiam in Thraciam transierunt, errantes uerò in eam regionem deuenere, quæ nunc Henetia appellatur, quidam Antenorem dicunt, et eius filios classis huius participes in interiore Adriæ secessu constitisse, ut in rebus Italicis à nobis dictum est. Iis omnibus libro. VI. Plinius assentitur; ultra quem, ait gens est Paphlagonum, quam Pylemeniam aliqui dixerunt, inclusa à tergo Galatia, oppidum Mastya Milesiorum, deinde Caronia, quo loco Henetos adyecti Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos Cognomines eorum Venetos credi postulat, Intelligendum, seu potius exponendum sic est lyricum illud Papinij, quod Syluarum. IIII. ad Iunium maximum exarauit,

Sed tuas artes puer ante discat,
Omne qui mundi senium remensus
Orsa Sallustij breuis, et Timaui
Reddis Alumnum.

Ibi n. per alumnum Timaui expressit T. Liuium, qui fuit Euganeus, id est Venetus. solemus enim quandoq. à nobilitate totius prouinciæ aliquem laudare, ut potius Italum, Gallum, ac Germanum appellemus, quam proprio suæ urbis nomine. Domitius Calderinus, non Timaui, sed Troiani legit, quem fuisse historicum asseuerat, quæ potior lectio sit, peritiores iudicent; Ego Timaui legendum opinor, ac per alumnum eius Cornelium Gallum nostratem intelligo, qui à Virgilio, Propertio, et alijs cum Poetis, tum Oratoribus magnoperè fuit celebratus; si uero magis placet, ut Liuium per Timaui alumnum intelligamus, dicendum profecto est Carniam urbem Patauij, et totam Regionem illi adiacentem complecti, cum Timauus in Carnia sit, ubi superius ostensum est, ac ex Patauio Liuius ortum habuerit, à quo Timauus ipse lacus uocatur, et propè Aquileiam primo. V. paucis ab hinc annis reperta constituitur: profectus, inquit, ab Aquileia Consul Castra ad lacum Timaui posuit, imminet mari is lacus, et mar: M. Ebutius Trib. Militum secundæ legionis duos manipulos militum adytere iussus est, T. et C. Aelij Tribuni Militum legionem tertiam, quæ pabulatores, et lignatores tueretur, ura, quæ Aquileiam fert, duxerunt, ab eadem regione mille ferme passus castra erant Gallorum, Catumelus pro regulo erat tribus, aut amplius millibus armatorum. Isti, ut primum ad lacum Timaui Castra sunt Romana mota, ipsi post Collem occulto loco Consederunt, et quæ sequuntur. Præterea id contra Blondum argumento est, Timauum non esse fluuium Patauinorum, quia is amnis Brenta nuncupatus unico tantum ostio Adriaticum irrumpit, At Timauus nouem

* accipero uoluisse, eadem ratione respondemus, cum Brenta

* alias: Trojani reddis alumne.

nouem, ut Claudianus. in VI. Honorij Cæsaris Consulatu his carminibus attestatur.

Colla leuant pulcher Ticinus, et Abdua uisu
Cærulus, et uelox Athesis, tardusq; meatu
Mincius, inq. nouem consurgens ora Timauus.

Item Virg primo Aen. Venerem sic loquentem inducens.

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, et intima tutus
Regna Liburnorum, et fontem superare Timaui.
Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare proruptum, et pelago premit arua sonanti;
Hic tamen ille Vrbem Pataui, sedesq. locauit
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaq. fixit
Troia, nunc placida compostus pace quiescit.

Opinantur quida Timauum Patauij esse amnem decepti hoc Virgilij carmine, Hic tamen ille Vrbem Pataui, aduerbium nanq. hic esse arbitrantur, et locum significare, ac inde arguunt Patauium ad Timauum esse conditam, errant ij profecto, siquidem hic pronomen est, Antenorem ipsum referens, ac sequenti pronomini iungitur, quod est ille, ad utiuperium et iram inducendam posito, cum .n. Æneas pius semper inducatur ob raptos ab incendio penates, ac seruatum Patrem, Antenor uero Illij proditor existimetur, Venus queritur apud Iouem Filium pietate insignem iamdiu uexari, et Antenorem suorum proditione infamem quietas sedes posuisse, dixit proinde.

Hic tamen ille Vrbem Pataui, sedesq. locauit
Teucrorum, et genti nomen dedit

Quod ita omnino exponendum est, Hic tamen Antenor, ille inquam, proditor euasit per medios Achiuos, sinus Illyricos, et regna intima Liburnorum tutus penetrauit, fontem Timaui per Liburnos delabentis, ut uidetur ignatio, superauit, ac deniq. urbem Patauium condidit, Aeneas uero pius naues ob iram unius Iunonis amisit, proditur, et Ab Italia longe disiungitur, hic ne pietatis honor est? Virgiliani sensus meo quidem Iudicio uera expositio hæc est, quam ex ijs uersibus elicio.

Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus toi funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur Orbis.
Nos tua progenies, Cœli quibus annuis arcem,
Nauibus [infandum] ammissis, unius ob iram
Prodimur, atq. Italis longe disiungimur oris.

Pathos insitum his carminibus, uel maximum est, Cum à Persona Æneæ, tum Veneris, quæ ab omni crimine filium, et Troianos expurgat dolet tamen illos ab orbe uniuerso excludi, ne Italia potiantur, nec illos tantum, uerum enimuero se se his fatis agi, et prodi queritur, perinde ac Æneam, et Troianos repræsentaret, ut maius odium in Antenorem inducat, qui ex crimine proditionis Vrbem condidit, et quietem sibi comparauit, magna enimuero in hac dictione tamen uis consistit, declarat .n. quod Antenor ex proditione fuerit prosperi fatem consequutus, Æneas ex pietate omnibus periculis actus sit, quam Ouidius. XIII. Metamorfoseos sit expressit,

Non tamen euersam Troiæ cum moenibus esse
Spem quoq. fata sinunt, sacra et sacra altera, Patrem
Fert humeris, Venerabile onus, Cythereius heros,
De tantis opibus prædam prius eligit illam,
Ascaniumq. suum.

proditionis uero Antenorem his uerbis ex libro. XIII. Geogra. Strabo incusauit: alios, inquit, et Principes, et Antenoridas, et ipsum Antenorem euasisse existimant, propter hospitalitatem, quam cum Menelao habebat, Vnde Sophocles in tapsiuitate Illij dicit, Pardalimante Antenoris ianuam fuisse positam, signum, ut eius domus intacta relinqueretur, unde Antenorem, ac eius filios cum Henetis in Thraciam seruatos fradunt, inde terra Adriam in eam partem uenisse, quæ nunc Henetia nominatur. obiter isthoc admigi, ut Lucanum Blondus seruiumq. interpretem Virgilij ab hoc errore uindicarem, qui perperam Virgilium intellexere, siquidem ipse Timauum Carnis, non autem Patauinis ascribit, ut ex ijs Aeglogæ. VIII. carminibus apparet,

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, &c.

Versus hi quadrant mirificè cum descriptione Timaui, quam primo Aenei. facit, nam ibi ait,

Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare præruptum.

Hic saxa Timaui appellauit alludens tum ad montem, tum ad situm, qui asperimus est, ordo etiam utriusq. loci. Quod Timauus Carnorum:

rum sit, clarè ostendit, progressum enim Antenoris ex Asia in Italiam sic describit, ut primo Illiricum nominet, deinceps Liburnos Illyriti populos, postremo Timauum; Augusti uero Cœsaris ex Italia in Dalmatiam ita profectionem auspicatur, prius siquidem ait, eum saxa Timaui superare, postea uerò Illiricum sinum præterlegere, in utroq; autem carmine posuit uerbum hoc superas, ut eo difficultatem, atq; asperitatem loci demonstraret, quod equidem conuenit regioni, quam Timauus efambit, saxosę admodum, ac difficili. hæc profecto nequaquam possunt Medoaco Patauinorum amni, quem uulgus Brentam uocat, conuenire, ac minus Bachilioni fluuio, qui enim quoq; alluit, et alter Medoacus est, ambo siquidem nullo ex monte mari propinquo erumpunt, nec saxosam et asperam terram humectant, ut eis accomodari ualeat hoc; uasto cum murmure montis it mare præruptum, et illud uerbum superas, quod asperitatem, et difficultatem situs innuit. longius equidem, quam decebat, fui progressus, omittendus iccirco Mela est, ora nouem Timauo attribuens, cui Martialis, et Strabo aduersantur, nam septem illi fontes solum ascribunt, et ad rem propositam redeundum. Validissimis sane argumentis supra ostendi regionem Foroiuly trans liquentiam longè produci, et fluuium Silim attingere, nunc Basily Zanchy Poetæ adducamus epigramma, quo Sabellicus ad internitionem prorsus datur. Illud Zanchius Hieronimo amalthæo, et Ioi Baptistæ fratribus, qui Serravallem oppidum colunt, eleganter inscripsit, eosque Foroiulenses appellauit, ac regionem, in qua Serravallis condita est, terram Iuliam, quæ uox Carniæ conuenit, uel Plinio autore, à quo Iulienses Carnorum uocantur, Taurisanis autem nimium inconsentanea est, quippe qui ab Ario Cadio in originibus ab Api Duce nomen habuere. Zanchy, quod sequitur, Epigramma est. *

* Hoc epigramma non est in editis.

Egregij fratres, queis Iulia terra superbit,
Mesulus irriguis quam lauit uber aquis.
Vos nutrix dilecta Iouis Libetrida ad undam
Pauit, et expressis nutriyt uberibus.
Et nomen cum lacte dedit, mox docta Thalia
Inspirat doctis munera pectoribus;
Et lauro, myrthoque simul, grauibusq. Corymbis
Ornat, et arguta pulcher Apollo lyra.
Vos Vatum studiosa cohors, uos inclyta uirtus
Attolet priscis æmula temporibus.

Ciuitas Belluni supra oppidum Serrauallem condita est, planique amne alluitur qui trans liquentiam longe positus est, nihilominus uel ipse Sabellicus agrum Bellunianum Foroiulio, et Carniæ confinem ponit, et in huius regionis descriptione mirificè hallucinatur, eius itaq; opinio affatim explosa est, quippe qui Forumiulium inter liquentiam, et Timauum, Ponteuiam et mare Adriaticum, Istria exclusa protendit. Candidum etiam irretitum uidemus, à quo Istris exclusis Carnia Italiæ pars extrema nuncupatur, et cis amnem Timauum, adempta Iapidia, coarctatur, non minus Ioannis Aubani error deprehensus est, qui Taurisanos usque ad Tiliauentum, et Forumiulium à Tiliauento usq; ad fluuium Natisonem uocat. et subinde argumentis ualidissimis comprobatum Carniæ situm complecti uniuersam regionem, quæ à Panonijs ad Silim, et à Carnunto, quam Nooteriti partim Carinthiam, et partim Carniolam uocant, usq; ad situm Adriæ Istriam continentem, interiacet. Id probationi huius rei quoque accedit, quod longobardi post dephis regis obitum inter quatuor Italiæ Ducatus Foroiulensem instituerint, quem Alboinus Rex fuerat prior auspicatus, enimuerò cum totam Italiam in partes quatuor diuiserint, ut uidelicet unus Foroiulio Dux præficeretur, alius Spoletanus, tertius Hetruriæ, postremus Beneuentanis, profectò inconsentaneum dictu est, quod si Forumiulium breuioribus adeo limitibus occluderetur, Alboinus, et Longobardi ei ducem præfecissent, immò audacter affirmandum, omnes Vrbes, et Oppida Venetiæ, cuius Aquileia erat Metropolis, Foroiulano Duci paruisse, utpote nunc Serenissimo Venetorum Senatui addictæ sunt. Ioannes Zonaras, quem nuper quidam è Græco in latinum uertit, huius fermè opinionis est, ait enim quod uniuersa Prouincia, quæ hodiè dicitur venetia, olim Aquileia fuit nuncupata, unde id, quod supra dixi, elicitur. dissentiunt aliquantisper in hac Ducum partitione autores, Nam Georgius Merula de illustratione Italiæ, ac Mediolani Romanum, Nariensem, spoletanum, ac Beneuentanum refert, Blondus autem Foroiulani, Taruisani, Spoletani, ac Beneuentani meminit, at Munsterus. II. Geogra. Foroiulio, Hetruriæ, Spoleto, ac Beneuento Duces constitutos autor est, cui magis quàm Blondo debemus fidem adhibere, nimis enim tenuè imperium habuissent, si et Taruisij, et Carniæ Dux esset inauctoratus. Quapropter Dux Taurisy, et Carniæ pro Foroiulano tantum accipiendus est. Omnes scriptores consentiunt Berengarium Foroiuly

Ducem Arnulpho Cæsare ab humanis sublato imperium Gallis, et Ludouico eius filio, signis apud Veronam collatis,

abstulisse, ac Italis quasi post Iiminio restituisse, id efficere frustra Berengarius potuisset, nisi omnibus

Venetiæ populis, cuius olim Aquileia, tunc Ciuitas Forumiulium, teste Diacono, metropolis habebatur,

esset dominatus. hic Berengarius est, ille, inquam, Berengarius, qui nominis Foroiuliani assertor

fuit, Gallis Romanum imperium eripuit, Ludouicum Regem sustulit, Guidonum Spoleti Ducem

fudit, fugauitq; ac interfecto Ambrosio Bergomi Comite, insignia, et coronam imperij à formoso Pont. Max. accepit, Berengariumq; filium ac Nepotem imperij successores habuit, quibus si Agapetus Pont. Max. sicuti erat consentaneum magis quam Othoni Saxoniæ Duci fauisset, procul dubio Italia, et forte ipsum Forumiulium his temporibus Cæsares auctorarent,

dijs autem sit ait Marti aliter uisum est, siquidem Rodulphus Rex Burgundiæ alterum profligauit, alteri Otho primus regnum abrogauit, quem admodum Platina in Formoso, Benedicto, Christoforo, Stefano, et Agapeto Pontificibus scriptum reliquit. At sicuti Berengarius imperij, quod sibi, et Foroiulensibus comparauerat finis fuit, huic etiam libro, ut finem imponat, operæ pretium est.

LIBER SECVNDVS

Quousq. limites Forouliȳ protendantur libro superiori satis superq. ostendimus, non ab re instituti operis fuerit nunc eius nomina cum prisca, tum recentiora explicare, atq. unde indita sint, causas scisciari. magnum profecto, et difficile id fuerit admodū, uerumtamen spiritu Dei opt. Max. adiutus, qui teste Paulo ad Corinthios, eius omnia etiam profunda scrutatur; me id facturum polliceor. Antequam Triumuiri Colonias huc ex latio deduxissent, omnis regio, quam hodie forumiulium dicimus, Gallia uocabatur, in serta .n. Venetia est, quam prisci, et togatam, et cisalpinam, et Galliam superiorem nuncuparunt. T. Liuius antesignanus accedat quippe qui .X. quartæ sic ait: Aquileia colonia latina eodem anno in agro Gallorum est deducta, tria millia peditum quinquagena iugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. Idem primo .V. si modo ea Liuȳ est; M. inquit, Iunius Consul ex Liguribus in Prouinciam Galliam transgressus, auxiliȳs protinus per Ciuitates Galliæ imperatis Aquileiam peruenit, ibi certior factus exercitum incolumem esse, scriptis litteris Romam, ne tumultuarentur, ipse remissis auxiliȳs, quæ Gallis imperauerat, ad collegam ast profectus, et quæ sequuntur. Colum .II. Cap. libri .VII: pinguis, ait, et campestris situs proceras oues tollerat, gracilis, et collinus quadratas, Syluestris, et montuosus exiguas, pratis, planisq. noualibus tectum pecus comodissime pascitur, idq. non solum generibus, sed coloribus etiam refert; generis eximȳ Milesias, Calabras, Apulasq. nostri existimabant, earumque optimas Tarrentinas, nunc Gallicæ præciosiores habentur, earumq. præcipue Altinates. Pompo. Mela .II. Geogra sinistra parte carni, et Veneti coluntogatam Galliam, tum Italici populi, Picentes, Frentani, Dauni, Apuli, Calabri, et Salentini. M. Vitruuius Cap. IIII. primi de Archi *alias VIII. tectura: exempla, inquit, huius rei Gallicæ palludes possunt esse, quæ circa Altinum, Rauennam, Aquileiam, Alitaq., quæ in eiusmodi loci munitipia sunt proxima paludibus, quod his rationibus habent incredibilem salubritatem. apud eundem Liuium legimus, quod ager Aquileiensis Forumiulium dicebatur; eodem, inquit, anno Galli Transalpini transgressi in Venetiam sine populatione, aut bello haud procul inde ubi nunc Aquileia est, locum oppido condendo cœperunt, et mox in eodem libro, qui est .IX. quartæ: Galli, ait, Transalpini per saltus ignotas uias [ut ante dictum est] in Italiam trangressi, oppidum in agro, qui nunc Aquileiensis est, ædificabant. Plinius Liuio Suppetias ferī: Timauus, inquit, amnis in agro Aquileiensi rursus post .XX. millia passuum exit; ubi adnotandum est, quod sub nomine Iapidiæ Carnia fuit etiam nuncupata, siquidem Iapidiam Timauus præterlabitur, ac inde oritur, quod Virg. hoc hemistichio declarat,

et Iapidis arua Timaui.

Vnde Ager Aquileiensis, quem Timauus percurrit, et Iapidia idem sunt. dictum quoq. forumiulium Aquileia est, quod innuit Mart. uersu hoc:

Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timauo.

Nam per Aquileiam intelligit regionem, quam Timauus alluit, quæ ager Aquileiensis est, cui sententiæ Vibius sequester nomina fontium Virgiliano filio scribens annuit: Aganippæ, inquit, fons Boetiæ, Acidalia in orchomeno, et mox: Timauus Aquileiæ Galliæ. Sabellicus primo Vetustatis de Aquileia, inquit, quæ proxima est, dicamus, eam Romani condidere intumbentibus Barbaris, ut ait Strabo. impositam uerum, siue nominis Romani splendore, siue potius Ciuium uirtute, et concordia, quibus Ciuitates magnopere coalescunt, siue, quod fieri potuit, ipsa loci opportunitate, satis constat procedente tempore adeo opibus, et fama floruisse, ut non propinquis tantum, sed remotioribus etiam locis fulgore sui nominis tenebras induxerit, id argumento est, quod omnis fermè ora, quæ nunc finibus Patriæ continetur, ab ipsius Vrbis nomine Aquileia fuerit nominata. Io: Candidus primo Commentariorum Aquileiæ, Sabellico astipulatur: Carnorum, ait, regio, quæ olim Venetiæ finibus iniudebatur, ab Aquileia Metropoli, cum opes huius Vrbis inualuissent, multis post annis Aquileiensis nuncupata est. Liuius ei Coloniam, quæ huc ex latio deducta est, Aquileiam nuncupauit, hæc siquidem .IX. quartæ prodidit: M. Claudius Consul, Gallis ex Prouincia exactis, Istricum bellum moliri cœpit, literis ad Senatum missis, ut sibi in Istriam traducere legiones liceret, id Senatui placuit, illud agitabant, uti Colonia Aquileiā deduceretur, nec satis constabat, utrum latinam, an Ciuium Ro. deduci placeret, postremo latinam potius Coloniam deducendam patres censuerunt. Triumuiri creati sunt. P. Scipio Nasica. C. Flaminius. L. Manlius Acidinus. idem libro .X. eiusdem: Aquileia, inquit, Colonia eodem anno in agro Gallorum est deducta, tria millia peditum quingena iugera, Centuriones centena, centena quadragena Equites acceperunt, Triumuiri deduxerunt. P. Corn. Scipio Nasica. C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Ioannes Zonaras, quem supra citaui, tradit, maiores uniuersam prouinciam, quæ ā Neotericis Venetia dicitur, Aquileiam uocauisse. his temporibus Ciuitas solum Aquileia nominatur, et ruinas ingentes late ostendit. Quare hoc ei nomen inditum sit, non satis constat. Cæterum de hac re mox plura.

Nunc ad proposita reuertamur, quod Regio hæc, quam prisci Galliam, mox Aquileiam nuncupauerunt, Carnia dicta sit, omnibus sane palam est; Plinius Cap. XIX. tertiȳ Venetiam describens: Tiliauentum, inquit, maius, minusq., Alsa, Natiso cum Turro præfluente Aquileiam Coloniam .XII. millibus passuum ā mari sitam. Carnorum hæc regio, iunctaq. [illegible] Iapidum. Item Cap. XIX: Rhetica oppida Rhetorum, et Euganeorum Verona, Iulienses Carnorum. Ptol. primo Cap. libri .III. Geogra. Carnorum ait, similiter inflexione Adriatici sinus, intimus sinus, in quo est

Tiliauenti flum. ostium	35ˆ	1/4	45ˆ	1/2 *
Natisonis flum. ostium	35ˆ	11/24	45ˆ	1/2

**XVIII. Annassum quo Varramus de fluit, Alsa. * alias 33-50: 44-50: 34 —: 44-50

idem

Idem Carnorum Ciuitates mediteraneæ.

Forumiulium Colonia.	35 $\frac{11}{24}$	45 $\frac{2}{3}$ *	* alias 32-50: 44-50.
Concordia Colonia.	35	45 $\frac{1}{2}$	33-15: 44-50.
Aquileia Colonia.	35 $\frac{11}{24}$	45 $\frac{1}{2}$	34 — : 45

Strabo Geogra. IIII, post istos, ait, propiores sinum Adriaticum ad Aquileiam nonnulli Norici, Carniq. tenent, in Noricis, et Taurisci sunt. horum omnium impudentissimas incursationes repressit Tiberius, et eius frater Drusus æstate una. Item infra; super carnos uerò Apēninus mons incumbit, lacum habens in amnem Isaram confluentem, qui rapto secum Atage altero flumine, fertur in Adriaticum sinum; eodem autem ex lacu fluuius alter in Istrum labitur, quem Atesinum uocant. quam longè ultra fines à Sabellico præscriptos Carnia protendatur, Strabo his uerbis eleganter ostendit; nam uel pueri norunt, Atesinam regionem, cui Atesinus amnis uocem indidit, adiacentem Foroiulio situm habere; inde siquidem Atesini opiliones in Carniam oues pabulatum uehunt, Carni uerò illuc, quod ex propinquitate locorum fit. præterea idem Strabo; regionem, ait, Transalpinam incolunt Veneti, et alij usq. Polam, super Venetos Carni, et Cenomani, et Medoaci, et Sijmbri, Mela, ut dixi, Venetos, et carnos Galliam togatam colere autor est; in hac Gallia Vrbem Aquileiam contineri omnes ferè scriptores classici asseuerant, quæ usq. ad flumen Rubiconis protendebatur, uel Cicerone in Philippicis autore, cuius uerba hæc sunt: an ille faciat, quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret, id etiam Lucanus p° pharsaliæ ita refert.

Iam gælidas Cæsar cursu superauerat alpes,
Ingentesq. animo motus, bellumq. futurum
Cœperat, ut uentum est parui Rubiconis ad undas,
Ingens uisa Duci Patriæ trepidantis imago,
Clara per obscuram uultu mæstissima noctem,
Turrigero Canos effundens uertice crines,
Cæsariæ lacera, nudisq. astare lacertis,
Et gemitu permixta loqui; quo tenditis ultra?
Quo fertis mea signa Viri? si iure uenitis,
Si Ciues, hucusq. licet.

Innuunt carmina hæc nullum exercitum potuisse amnem Rubiconem, uti Galliæ finem, cum armis pertransire, quod autem Italos, et Gallos diuidat idem Poeta ibi docet.

Fonte cadit modico, paruisq. impellitur undis,
Puniceus Rubicon, cum feruida canduit æstas,
Perq. imas serpit ualles, et Gallica certus
Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis.

Plebiscitum hic lubens apposui, quod Imperatores cum exercitu armato à Rubiconis transitu arcebat, dignum .n. est, ut passī legatur ob eius elegantiam Vetustatemq. Iussu, mandatuuè P.R. Cons Imp. Trib. Miles, Tyro, Commilito, armatæ quisquis es, Manipularisuè, Centurio, Turmæuè Ligonariæ, hic sistito, Vexillum sinito, arma deponito, nec ultra hunc amnem Rubiconem signa ductum, exercitum, Commeatumuè traducito, si quis huius iussionis ergo aduersus præcepta ierit, feceritue, adiudicatus esto hostis P.R. ac si contra Patriam arma tulerit, penatesq. è sacris penetralibus asportauerit. S.P.Q.R. sanctio Plebisciti. S. uè C. Carnis arbitratur Sabellicus .II. uetustatis Aquileiæ nomen inditum à Carnutis Galliæ populis per diminutionem literarum. Cæsar horum in Commentarijs meminit, qui Bellouesum postea in Italiam sequuti sunt, et fortè in hanc regionem consedere. Cur autem Sabellicæ dictiones mutilandæ sunt, ac diminuendæ; si carni populi Gallias tenuere, potius ab eis regionis appellatio deducenda est. Antoninus Augustus itinerarium Galliarum describens in .IIII.ª Prouincia Galliæ Lugdunensis septem Ciuitates recenset, quarum nomina hic subieci.

Metro. Ciui. Senonum.
Ciui. Carnorum.
Ciui. Antisiodorum.
Ciui. Tricassium.
Ciui. Aurelianorum.
Ciui. Parisiorum. et
Ciui. Melduorum.

Cum itaq. Carni lugdunensem Galliam incoluerint, arbitrandum est illos in Venetiam concessisse, ac regionem hanc denominasse. quid si fuissent ij, quos Liuius .IX. quartæ scribit: absq. populatione, aut bello, aut procul inde, ubi nunc Aquileia est locum oppido condendo cepisse? nimirum id existimandum est, nam prius Gallia, et Aquileia uocabatur. licet autem appellatio hæc magis congruat, et arridere uideatur; Ego à Carna Dea, uel Appolline Carnio inditum eis nomen opinor, Macro-

primo.

primo saturnaliorum: non nulli, ait, putauerunt mensem Iunium à Iunio Bruto, qui primus Romæ Consul factus est, nominatum, quod hoc mense, ideſt Cal. Iunijs, pulso Tarquinio sacrum Carnæ Deæ in Coelio monte Voti reus fecerit, hanc Deam Vitalibus humanis præesse credunt, ab ea deniq. petitur, ut iecinora, et corda, quæq. sunt intrinsecus uiscera, saluа conseruet, et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus, emendationi publicæ status exiit, hanc Deam, quæ uitalibus præest, templo sacrauit, cui pulte fabacia, et larido sacrificat, quod uires maximè his rebus corporis roborentur: Nam et Cal. Iuniæ uulgo fabariæ uocantur, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Tertullianus de corona militis Carnam Deam foribus præesse tradit: at enim, ait, nec Christianus lauream suam laureis infamabit, si norit quantos etiam Deos hostis Diabolus finxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum, et Carnam à foribus, et Cardinibus, et apud Græcos Tÿreum Apollinem, et Anthelios Dæmonas. Lilius Gÿraldus Syntagmate .VII. Tertullianum probat, at Coelius Rhodiginus in antiquis lectionibus Macrobium sectatur, Ouidius .VI. fastorum Carnam Deam, cui Ianus ob ademptam Virginitatem Cardinibus officium, et Striges à cunis puerorum expellendi dedit, à Romanis Coli autor est, ait enim:

Prima dies tibi carna datur, dea cardinis hæc est,
Numine clausa aperit, claudit aperta suo.
Vnde datas habeat uires obscurior æuo
Fama, sed è nostro carmine certus eris.
Adiacet antiqui Tyberino lucus Helerni,
Pontifices illuc nunc quoq. sacra ferunt
Inde sata est Nympha, Cranem dixere priores,
Nequicq. multis sæpe petita Procis.

Idem paulo infra

Viderat hanc Ianus, uisèq. cupidine captus
Ad duram uerbis mollibus usus erat;
Stulta [uidet Ianus quæ post sua terga geruntur]
Nil agis, et latebras respicit ille tuas.
Nil agis, en dixit, nam te sub rupe latentem
occupat amplexu, teque potitus ait;
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto,
Hoc precium positæ uirginitatis habe.
Sic fatus spinam, qua striges pellere posset
À foribus noxas, hæc erat alba dedit.

D. Augustinus .VII. de Ciuitate Dei fabulam coniunctionis horum Deorum uidetur prorsus ignorare; quod et Rodiginus animaduertit: de Iano, inquit, non mihi facile quicquam occurrit, quod ad probrum pertineat, et forte talis fuit, ut innocentius uixerit, et à facinoribus, flagitijsq. remotius. de carna hucusq., nunc de Apolline carnio, de Carnijs festis, ac modis aliqua non iniucunda, ceu ab intimis, [ut aiunt] ossorum sepulchris eruam. Pausanias in laconicis: habuit quidem, inquit, Carnij Appollinis religio, à Carno originem, Qui patria fuit acarnan, ab Apolline uerò diuinandi artem didicit; hunc enim carnum, cum interfuisset Hippotes philantis filius, iratus Deus Dorientium castra male mulctauit. Hippota in capitis iudicium adducto Dorienses Acarnanem Vatem statuerunt, sacris, et cerimonijs placandum; sed enim non omninò Carnius est, qui apud lacedemonios domesticus dicitur. Praxilla quidem uersibus prodidit Europæ filium Carnium fuisse, educatum uerò ab Apolline, et Iatona: Alius etiam de cognominis huius causa sermo uulgatus est, Cornos à Græcis in Ida monte Troiæ ex Apollinis luco ad Durateum equum fabricandum excissas, cumq. Dei numen læsum scirent, ad eius iram leniendam sacra instituisse, et ab arboris nomine littera R transposita prisca quadam consuetudine carneum Apollinem nuncupasse. Idem libro eodem Laconicorum: in oppido, ait, Cardamyle Mineruæ ædes est, et Carneus Apollo, quem patrio Doriensium ritu ueneranti? Et in Corinthiacis: posticum, inquit, Apollini Carnio est dicatum, Quò nulli præterquam Sacerdotibus penetrare fas est. Athenæus libro .IIII. multa de carnijs sacris, ac morem in eis seruatum ex Demetrio Scepsio perscripsit. Callimachus Apollinem Carneum himno, quem supposui, celebrauit, utpote Gyraldus .in .VII. Deorum Syntagmate autor est,

Phœbe Boedromion multi te nomine dicunt,
Complures clarium, tibi multum est undiq. nomen,
Ast ego carneum patrio te more uocabo.

Carnium uero Apollinem Macro. primo satur. dicti existimauit, quod cum omnia ardentia consumantur, hic suo calore cãdens nouus semper constet; Carnia uocabantur festa, et sacra huic Deo instituta, Menelaus ad bellum Troianum profecturus ea uocauit Apollini Carnio, si rem perficeret, militaris uiri imaginem, [Si Rodigino, ac leonico de uaria historia fides adhibenda est] festa huiuscemodi præferebant in nouem locis, quæ sciades dicebantur; à similitudine Vmbræ Scænicæ, IX. uiri epulabantur nouem diebus. Carnia primus uicit Terpander, unde Carneonicæ dicti sunt; de hac celebritate plura Herodotus in Vrania, et Polymnia, et Pluiarcus in Apophtegmatis, ubi legitur quod unus ephororum uidens Timotheum in Carnijs festis certantem modis Carnijs, eum ense arrepto interrogauit, ex utra Citharæ parte chordas uellet incidi, quæ ultra septem accesserant; Cany. n. moduli pluribus neruis constabant, uel Plut. in Nicea, Mensem Maium, Syracusæ appellauere, nam die .XXIIII. huius mensis Demostenes, ac Nicias Imperatores Atheniensium à Syracusanis Duce Gylippo Lacedæmonio

ad

Sed autore, cui Rodiginus ipse annuit, Carnium festa Plu.

ad flumen Assinaram uicti, et capti sunt, unde Assinara celebritas fuit ob hanc uictoriam institula, postremo legitur apud Eusebium, quod Syrionij Carneos Sacerdotes habuere. Cum itaq. maiores nostri, et Apollinem Carnium, et Carnam Deam uenerati sint, non ab re possumus arbitrari uel alterum, uel utrunq. huic prouinciæ nomen indidisse, nam ipsum Apollinem pro numine tutelari Aquileienses habuisse, auctor Herodianus in octauo est, ac uicus, inquit, propè oppidum Cuidalem situs, ubi .M Antonius Æmylianus Iuriscon. Vtinen prædium habet amænitate plurima refertissimum, Carnam uerò Deam nostrates coluisse alter uicus innuit, cui nomen Carnia est, quatuor ferè mill. pass. uersus meridiem ab Vtina positus, et Illustris familiæ Turriorum Comitum ditioni addictus, quam eminentissimus Antistes Michael Turrius Cenetensium Episcopus mirum in modum extollit. Carnam uerò hic præsertim cultam fuisse, id uel unum ostendit, quod præsit foribus, Cardinibusq., omnes siquidem autores consentiunt, regionem Carnorum Italiæ portam esse, ac inde barbaros, ceu torrentia flumina, irrupisse, hinc euidens nimirum coniectura est, quod Aquileienses Carnæ sacra instituerint, et Carniam regionem ab ea denominauerint, ut barbaros, ceu striges à foribus Italiæ proturbarèt, quod ei officium Ianus, Teste Ouidio, impertitus est, possem iure optimo dici mendax, nisi ea, quæ proposui autoritatibus ueterum comprobarem, iccircò pauca in medium adducam identidem approbatura. Forum iulium, inquit Sabellicus .II. de uetustate Aquileiæ, Romani exercitus accedebant, quoties Istris, Pannonibus, Dalmatis, Illyricis, ac Germanis bellum illatum est, hac.n uelut publica porta accedebant, redibantq. Id Sueton. Tranquillus in Augusto innuit; extrema, inquit, bella, duo omninò per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, et Antonio deuicto, Cantabricum, Dalmatico etiam uulnera excepit, una acie dextrum genu lapide ictus, altera autem, et crus et utrunq. brachium ruina pontis consauciatus, reliqua per legatos administrauit, ut tamen quibusdam Pannonicis, atq. Germanicis aut interueniret, aut non longè abesset, Rauennam, uel Mediolanum, uel Aquileiam usque progrediens. Appianus Alexandrinus, Plinius, et Lucius florus identidem prodidere, ac Virgilius in pharmaceutria sic canens.

* deest aliquid in apographo M.S.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illirici legis æquoris &c.

Io. Baptista Egnatius uiam othonis primi describens Forumiulium Italiæ patentem portam uocat, quem Antonius Bellonus Vtinas in Paulo Patriarcha, et Georgius Merula de illustratione Italiæ, ac Mediolani Ducem subsequuntur, nec ijs Paulus Diaconus in .II. longobardorum aduersatur, quippe qui iam dilucidè illud exprimit, ut si qua dubitationis causa subsisteret, omnino auferatur; Alboinus, ait, cum fines Venetiam, quæ prima est Italiæ prouincia, hoc est Ciuitatis, uel potius Castelli Forouiulani terminos sine aliquo obstaculo introisset, perpendere cæpit, cui potissimum primam Prouinciarum, quam cæperat committere deberet, siquidem omnis Italia, quæ meridiem uersus, uel potius in Eurum extenditur, aut Tyreni, aut Adriani maris fluctibus ambitur, ab occiduo autem, et Aquilone iugis Alpium ita circumcluditur, ut nisi per angustos meatus, et per summa montium iuga non possit haberi introitus, ab orientali uero parte, qua Pannoniæ coniungitur, et largius patentem, ac plenissimum habet ingressum. Ex ijs plane liquet Carniam Italiæ portam esse, ac inde Barbaros sæpiùs irrupisse, quod apud Strabonem sub his uerbis etiam lectimus; Aquileia sinui proxima à Romanis condita est, incumbentibus imposita Barbaris, ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur nauibus per Natisonem fluuium plus stadijs .LX. primi omnium Argonautæ [ut Sabellicus ait] in forumiulium concessere, hinc Antenor cum Troianis, ac Venetis, postea Diomedes Aetolus, qui hanc Prouinciam, et mare Adriaticum occupauit, unde insulæ Diomedææ nomen adeptæ sunt, uel Strabone autore, qui tradit carnos illi equum candidum immolare propè amnem Timauum, et duos ibi lucos fuisse, alterum Iunonis Argiuæ, Alterum Dianæ Aetoliæ, in quibus feræ ita consueuerunt mansuescere, ut cerui lupis aggregarentur, et aduentantium hominum manus demulcerent, canesq. illas insectantes, ubi huc confugerint, non ultra progredianlur, et insectationem omittant. Io: Candidus commentariorum primo ait: Templum Diomedis fuisse illud, quod usque hodie fanum D. Ioannis Chersij uocat, ubi quotannis .VII. Calen. Iulij forum celebratur, ad quod ex diuersis partibus Europæ ingens uis mercatorum proficiscitur. Inde longo interiecto annorum interuallo Galli bellicoso Duce migrauere huc, quem Bituriges, Aruerni, Ambrani, Auleroi, et Carnutes comitati sunt; postea Elitouius rex florentissimum Romanorum exercitum per alpem Iuliam in regionem carnicam locauit. Maximinos Cæsares, sublato ab humanis Alexandro Mammea, cum exercitu ualidissimo ad oppugnationem Aquileiæ profectos, Herodianus, et Capitolinus prodidere, hanc Bellonus oppugnationem factam innuit, dum Agapetus esset Aquileiensium Antistes, qui Eutropium, ac sexti Aurelij Annibalianum lectitauit, Constantinum Cæsarem Constantini magni filium cum Constante fratre in agro Aquileiæ dimicasse, obtruncatum esse, atq. in Alsam flumen proiectum reperiet. Theodosium Augustum Maximo Tyranno extremum supplitium intulisse iuxta Vrbem Aquileiam, quod Gratianum Cæsarem dolo sustulisset, Pomponius lætus, ac Sex. Aurelius scriptum reliquere, unde illud Ausonij Galli elegantissimum Epigramma est.

* Gallorum

Non erat ille locus, merito tamen aucta recenti
Nona inter claras Aquileia cieberis Vrbes,
Ista quæ ad Illirios obiecta colonia montes
Mœnibus, et portu celeberrima; sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
Soluerit exacto cui iusta piacula bello
Maximus Armigeri quondam sub nomine lixæ,
Felix, quæ tanti Spectatrix læta triumphi
Punisti Ausonio Rufupinum marte latronem.

* Maximinum

Id aduertere non fuit ab re, quod Ausonius latronem Rufupinum uocauit maximum Tirannum, qui strenuus quidem uir, et Augusto dignus, sicuti Paulus Diaconus XII de rebus Romanis affectatur, nisi contra fidem Sacramenti per Tyrannidem emersisset, in

* Throno

Britania inuitus ab exercitu Imperator creatus est, in Galliam transijt, et Gratianum Augustum in Lugduno Ciuitate interemit; Postea uerò

uerò Theodosius Cæsar ipsum Maximum prope Aquileiam neci dedit, quem Poeta Rufupinum uocat à Rufupijs Natione Britanię, adquam Thedosius Valentiniani Augusti iussu contra Britanos appulit, ut apud Appianum Marcellinum libro.XXVII. legitur. Maxentius Augustus, [sicuti ait Pomponius lætus] à Constantino Augusto Constantij Chlori filio ad Aquileiam æquo Marte sublatus est. Attilam Regem Vnnorum ab Aetio Valentiniani Cæsaris duce in campis catalaunicis fusum, fugatumq. ad Pannonias redijsse, ac mox ualidiori exercitu Aquileiam totius Venetiæ Metropolim obsedisse, obsessamq. Triennio à fundamentis euertisse. Ioannes magnus Archiepus Vpsalensis, Georgius Merula de illustratione Italiæ, ac Mediolani, Callimachus, et alij cum prisci, tum recentiores tradidere, ac Gothos sub Theodorico, Herulos sub odoacre, aut, [sicut Agatius scribit] odoagro ad Sontium amnem pugnam iniisse, ac Theodericum Odoacre superato Verucam oppidum, quod Neoterici Montemfalconem uocant, in Forojulio à fundamentis excidisse. Narses ille Iustiniani Cæsaris Dux celeberrimus expeditionem contra Gothos facturus exercitum ualidissimum comparauit ex Armenijs Parthis, Medis, Persis, Vnnis, Herulis, Gepidisque, ad urbem Aquileiam consedit, et mox expeditionem illam utiq. nobilissimam confecit. legimus Alboinum regem longobardorum ad capescendum Italiæ Imperium hortatu Narsetis Eunuchi proficiscentem Forumiulium Venetiæ caput in primis occupasse, cui Regi Nepos Gisulphus præfectus est, ac Ducis nomen assecutus. Auarę postea Duce Cacano, qui eorum lingua Regem significat, in hanc regionem irrupere, nuptias Romildæ palo incestarunt, et Forumiulium Ciuitatem Nobilissimam [ut Diaconus inquit] demoliti sunt. Leo. III. Platinæ ostendit, Carolum magnum Cæsarem Noricum montem superasse, ac Forumiulium magno cum exercitu appulisse, Taurisanosq. supplicio affecisse, quod Henricum præfectum occidissent. omitto Radagasij, et Alarici expeditiones, quibus maiores nostri adeo sunt perculsi, ut patriam desituerint, et in medijs Adriæ paludibus Augustissimæ urbis Venetiarum prima fundamenta incoharint; omitto scytas, qui ex Bauaria Forumiulium ingressi damna plurima nostratibus intulerunt, et nisi Federicus .XLII. Patriarcha, eos repressisset, utiq. incendijs, et populationibus reliquam Italiam deuastassent; Francos identidem sileo, qui totam ferrè Italiam occuparunt, ac Cenedam Forojulij oppidum, et arces plurimas sibi uendicarunt. Arnulphus Gallorum nouissimus Imperator, quem morbo pediculari sublatum affirmant, Ludouicum filium imperij successorem habuit. Berengarius Forojulij Dux maiestatem Imperij Ludouico ademit, et Imperator à formoso Pontifice auctoratus est. Otho primus Saxoniæ Dux Agapeti Pontificis iussu ingentem exercitum comparauit, Foroiulio aplicuit, ac Berengarium imperio exuit, unde primus Germanorum Imperator salutatus est. Adde quod Federicus Cæsar, dum Romam proficiscitur coronam Imperij accepturus, hac iter habuit, et .IIII. Calen. Decembris. M. CCCCLXVIII. in oppido S. Danielis fuit hospitatus, quod Turcæ non semel Carniam incendijs, et rapinis funestarint, mox Germani, et Galli Cameracensem Conspirationem, ac Cæsarem Maximilianum sequuti, et postremo CAROLVS .V. Augustus ab expeditione Pannonica rediens cum exercitu florentissimo huc diuerti, omnino prætereundum existimaui, ne opus, quod destinaui, prolixius efficiatur; de ijs. n. plura Bernardus Iustinianus, Andreas Mocenicus, Petrus Bembus, Sabellicus, et Candidus in unum congessere, Cum igitur Barbari per Carniam uti patentem Italiæ portam fecerint soli, ut ostendimus, irruptiones, Carna uerò Dea uitalibus hominum, et portarum cardinibus præsit; utiq. dicendum est Romanos, qui superstitionibus addicti erant, numen Carniæ maioribus nostris colendum posuisse, ut hinc efferatos barbarorum animos eliminarent, interioraq. uiscera Italiæ, Romam uidelicet orbis caput, ab ingenti bellorum procella seruarent; mox serie annorum præterlabente populos, qui hodie agrum Foroiulensem colunt, nomen carnorum à Dea sortitos, cum ipsam Deam, tum Apolinem, qui Carnius dicebatur in maxima ueneratione habuisse, unde ab utroq. numine, quod adhuc uiget, Carniam nomen indidere. Iacobus Purliliarum Comes in Epistolis Acarnaniam Foroiulij Prouinciam nuncupat, siquidem ad Batholomæum Parthenium ita scribit; accipe Patriæmæ situm, à septentrione montibus ad tensi arcus similitudinem cingitur, à meridie mari Adriatico alluitur, qui montes incolunt, Acarnani à parte Regionis sic nominata nuncupantur. Idem ad Angelum Aretinum; ne quis, ait, te uitæ nostræ actus lateat, præsentis idibus mensis Caballum solius Arcananiæ regionis altissimum montem uisere decreuimus, nam ibi Crystalli fodinam esse audieramus; abest à Purlilijs .VII. millibus passuum ad radicem usq., ab ipsa ad cacumen alijs septem; unde id Iacobus elicuerit, equidem ignoro; licet autem conjectare, quod sequutus Pausaniam sit, à quo memoriæ proditum est carnum, qui patria fuit Acarnan, et ab Apolline diuinandi artem didicit, Carnij Apollinis religionem inchoasse, uti supra dictum est: Acarnanes autem populi Græciæ à Troianis, Iustino teste, originem habuere, ideo Græcis aduersus Troranos dimicantibus soli auxilia mittere noluerunt. constat profecto Antenorem cum Troianis, ac Henetis exciso Ilio in Carniam migrauisse; fortè aliquis Acarnan, qui nomen Carni erat sortitus, Antenorem, ac Troianos, utpotè consanguineos, fuit sequutus, à quo regio hæc nomen Carniæ adepta sit; cum Medea id factitarit Monti nomen imponens. Quid uerò putem, non quid contendam; pono Varronis sententiam, uel potius Xenophanis Colophonij, quem citat æmulatus; Dei. n. [ut Varro ipse ait] est scire, hominis opinari; sed de hoc satis, nunc ad explicationem Foroiulij deueniendum est: Oppida et Ciuitates plurimas cum in Italia, tum extra, Forum nominari autores narrant; dictione tamen adiecta, quæ aut populos declarat, qui oppidum id coluni, aut Triumuiri, seu Cæsaris, quorum auspicijs conditum, instauratumue, aut Colonia effectum est. Ptol. II. Geogra. multa id genus recenset: Forum Segusianorum, quod Segusiani Lugdunensis Galliæ populi habitant, et uulgò Bressæ appellant, Forum Eugurrorum, Forum Biballorum, Forum Limicorum, et Forum Narbasorum, quæ Biballi, Egurri, Narbasi, et Limici nationes Hispaniæ Tarraconensis latè occupant; præterea forum Neronis, quod Meminorum Galliæ Narbonensis oppidum est, Forum Tiberij Heluetijs ascriptum, Forum Claudij Hetruriæ, Forum Sempronij Vmbriæ, Forum Cornelij, et Forum Liuij Galliætogatæ. Non secus Ciuitates multæ sunt, quæ sub nomine Foroiulij enunciantur, Ptol. II. Geographiæ, Forumiulium in Betica locat, Illurgimq. aliter uocari autor est. Plinius Forumiulium in Lusitania ponit, atq. Illiturgim nuncupat, Mela Forumiulium Narbonensi Galliæ attribuit, et identidem Plinius, à quo Pacensis etiam nominatur. Corn. Tacitus .IIII. historiarum ab ijs non dissentit: Classes, inquit, duæ Italiam utroque mari apud Missenum, et Rauennam, proximumque Galliæ litus rostratæ naues præsidebant, quas Actiaca uictoria captas in Foroiuliense oppidum Augustus miserat ualido cum remige. Idem libro.XVII. duas, inquit, Turingorum cohortes, quatuor equitum Turmas, uniuersam Treuirorum alam cum Iulio Classico præfecto misit, è quibus pars in Foroiuliensi Colonia relicta, ne omnibus copijs in Terrestre iter uersis uacuo mari classis accelerare. Strabo Geogra. IIII. id oppidum tradit sex mill. passuum à Massilia distare, ac Cæsaris

Augusti

*Vngaros

Augusti nauale dici; quod, et Tacitus probat, ubi de Valerio Paulino meminit, quem Patria esse Forotuliensem ait; huic Paulino Epistolam Plinius iunior dedit, Zosimum libertum, qui Tussi laborabat, Commendans: qua, inquit, ex causa destinaui eum mittere in prædia Tua, quæ Foroiuly possides; audiui n. te sæpe referentem, esse ibi aerem saluberrimum, et lac eiusmodi Curationibus accomodatissimum. Plinij Catanius interpres ibi Forumiulium inter Vmbriæ oppida enumerat, Tacitus uero eum refellit, ac sicuti Gallia, et Hispania Foroiulij oppida sibi uendicarunt, ita Prouinciarum omnium parens Italia id sponte asciuit. Nam Aemiliæ Ciuitas Forum iulium est, ubi, Iornande autore, Ataulphus Rex Gothorum Germanam placidam Theodosij Cæsaris filiam duxit Vxorem. Insuper Foroiulienses cognomine Transpadanos, et Foroiulienses Cognomine Concubienses Plinius et ascribit, et Forumiulium Oppidum .III. Geogra. Ptolem. Carnorum inquit, Ciuitates mediteraneæ.

Forumiulium Colonia.	35ˊ $\frac{2}{3}$	45ˊ $\frac{2}{3}$
Concordia Colonia.	35ˊ	45ˊ $\frac{1}{2}$
Aquileia Colonia.	35 $\frac{11}{24}$	45ˊ $\frac{1}{2}$

Paulus Diaconus Cap. VII. libri secundi longobardicorum refert: Aquileiam olim totius Veneticæ caput fuisse, post eius uero excidium Forumiulium: Alboinus, inquit, dum animum mutenderet, quem in dictis locis Ducem constituere deberet, Gisulphum, ut fertur, nepotem suum uirum per omnia idoneum, qui eiusdem Strator erat, qui lingua propria Marpais appellatur, Foroiulianæ Ciuitati, et toti illius regioni præficere statuit, et mox Cap. X. libri eiusdem: huius, ait, Venetiæ Aquileia Ciuitas caput extitit, pro qua nunc Forumiulij, ita dictum, quod Iulius Cæsar negociationis forum statuerat, ibi habetur. Ptol. Ciuitatis solum meminit, à quo autem sit dominata prætermisit. at Bellonus in Ioanne Patriarcha. XXIX. Diaconum sequitur, dicitq; Iulium Cæsarem Dictatorem olim Foroiulij custodiam suscepisse, ut negociatores tuto uenalia in illud afferrent, atq; innuit à Iulio Cæsare nomen sortitum. quod autem Iulius Cæsar in Carniam sit profectus, ipse primo Commenta. de bello Gallico. Testis est; ob eas, inquit, causas et munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum præfecit, ipse in Italiam magnis itineribus contendit, duasq; ibi legiones conscribit, et tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit, et qua proximum erat iter per alpes, in ulteriorem Galliam cum his quinque legionibus ire contendit, hactenus Cæsar; quod hæ literæ in monte crucis foroiulij excisæ uidentur comprobare. C. IVLIVS CÆSAR VIAM INVIAM SOLERT. S. ET IMPENDIO ROTAB REDD. Præterea Cicero in Vatinium id clare ostendit: At si hæc, ait, omnia contemnis, ac despicis, quod tibi persuaseris, ut palam dicitas, te Dys, hominibusq; inuitis, amore in te incredibili quodam Cæsaris omnia, quæ uelis consecuturum, ecquid audieris? ecquisnam tibi dixerit? Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam esset mentio facta dixisse, C. Alsium præterium permoleste tulisse, quod in homine summam fidem, probitatemq; cognosset, grauiterq; etiam se ferre Prætorem aliquem esse factum, qui à suis rationibus dissentisset, et quæ sequuntur. Ex ijs comprehenditur manifestissime Forum iulium, sicuti uult Diaconus, à Iulio Cæsare hinc profecto denominationem habuisse, at quonam loco in situ Carniæ fuerit, non satis constat; plerique siquidem Ciuitatem Carnicum, quod Vulgus Austriæ uocat, esse arbitrantur, an id reuera sit, nec ne, postea discutiemus. Sabellicus de uetustate Aquileiæ: Iulium Carnicum, uestigia cuius adhuc in montibus Carniæ apparent, fuisse contendit. quam sententiam ex ijs malit Candidus ambiguum est. Castrum n. Iulium nominat, quod prisci forumiulium dixere, tum differentia plurima inter has dictiones sit. Ptol. n. de Foroiulio, et Iulio carnico meminit; hoc in montanis locat, illud in mediteraneis, hoc inter Italiam, et Noricum, illud in media ferme carnorum ora; quæ omnia si æquo animo perpendimus, castrum iulium potius pro Iulio Carnico accipiendum est, quam pro Ciuitate Foroiulij, quæ totius Veneticæ, Diacono autore, fuit rerum potita; ubi autem oppidum hoc in carnis fuerit positum, ipse Diaconus in Longobardicis ostendit: Forum iulium, ait, XLVIII. millibus passuum à ponte Liquentiæ distat, qui est in itinere ad Ticinum Ciuitatem ducente; non longe à ponte ipso nemus est nominatum Capulanum, ubi Foroiulienses iurarunt se Alahin contra Cunibertum Regem Longobardorum sequturos; ubi nam locorum pons iste fuerit, prorsus ignoratur; si. n. hoc dignosceretur, nobis profecto innotesceret, an Ciuitate, ac Forumiulium idem sint, nec ne, quod utiq; alibi enucleabimus. Tantæ autem Forumiulium Ciuitas fuit existimationis, ut præterquam metropolis esset totius Veneticæ, Carnis appellationem, qui eius extrema tenent, imposuerit; unde Foroiulienses passim nuncupantur, et prouincia uniuersa Forumiulium. Recentiores Foroiulij Patriam uocant, unde autem id nomen inditum sit, magis possumus diuinare, quàm ueri aliquid afferre; consentaneum igitur existimaui, nec ab re fore, ijs parumper insistere, ut aliquid ex penitioribus literatorum adytis eruamus. Pater, ut perhibent Sapientiores, multiplicem habet significationem; nam plerumq; nomen religionis est, quandoq; innuit generationem, aliquando reuerentiam præsefert. Mathæus Euangelista .VI., et Lucas .XI. hoc religionis esse ostendunt; cum oratis, dicite, Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum; quam orationem. D. Cyprianus alijs omnibus præferendam esse autor est, ac faculentissime interpretatur, et mox Polydorus Virgilius in opusculo de inuentoribus rerum inscripto. Illud quoq; Mathæi ad religionem, ac reuerentiam, quæ illi coniuncta est, uidetur pertinere: patrem, inquit, nolite uocare uobis super terram, unus est. n. Pater noster, qui in Cœlis est. licet hinc creatio etiam nostra efficiatur, nam Deus filij genitor est, hominum Creator, pater itaq; in Diuinis ad generationem refertur, in humanis ad Creationem; quod Theologi omnes quippe attestantur, à quibus quinq; illæ nationes inuentæ sunt, innascibilitas, Paternitas, Filiatio, Spiratio, Processio, et relatio, ac Ioannes capite pmo demonstrat: In principio, inquit, erat uerbum, et uerbum erat apud Deum, et Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt; Item psalmographus .II. filius meus es tu, ego hodie genui te, ac illud ex primo Geneseos: faciamus hominem ad similitudinem nostram, et imaginem. Boëtius Seuerinus de consolatione philosophiæ Patrem pro Deo enunciauit.

Omne, ait, humanum genus interris
Simili surgit ab ortu,

Vnus

Vnus.n. rerum Pater est,
Vnus cuncta gubernat,
Ille dedit Phœbo radios,
Dedit, et cornua Lunæ,

Patres uocari omnes Deos Seruius tradit, Carmina hæc Virgilij exponens.

Huc Pater ô lenæe, [tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, spumat plenis uindemia labris]
Huc Pater ô lenæe ueni.

Pater inquit Seruius, licet generale sit omnium Deorum, tamen libero patri semper cohæret; nam liber Pater uocatur: Diodoro siculo de gestis fabulosis autore: Iupiter fuit à populis pater nuncupatus ob mansuetudinem, ac humanitatem, quibus utebatur, et quia eti am summa cum beneuolentia singulorum curam suscepit, et Dux bene uiuendi fuit; præterea ipse narrat quod Deorum, ac hominũ pater spiritus nominatur, qui Deus est, ac una ex quinque partibus Mundi corpus efficientibus. Maro Patrem ipsum Iouem hoc carmi ne appellauit.

Ter pater extructos disiecit fulmine montes, & versus
Ipse Pater media nymborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra.

hominibus quoq; id patris uocabulum attribuitur, eo siquidem innuimus, uel quod filios habeant, caniue sint, uel honore aliquo af: ficiendi; generationis nomen assumi Pater, quoniam filij causa efficiens est; non. n. potest esse filius sine Patre; quamuis sit tamen causa naturalis, sine qua filius nasci non potest, tamen non necesse est, ut pater generet, tametsi generandi habeat uim; ex quo deprę- henditur, quod pater causa filij non necessaria est: Plut. in Fabio maximo; patre nullum nomen dignius esse atteſtat: sit ait, Minutius Fabium allocutus est: Patrem igitur te optimum appello; quo. n. te digniore nomine appellem, non habeo. legimus apud Li. uium centum Senatores à Romulo Patres fuisse uocatos ab honore, ac eorum sobolem, Patricios; ueteres nanq; patrare dicebant, pro san cire: M. inquit, Valerius Forcialis sp. Fusium patrem patratum fecit; uerbena capui, capillosq; tangens; pater autem patratus ad fœ: dus patrandum, idest sanciendum, fit. Plut. in Romulo, et Dion. Halicar. II. antiquitatum de hac re plurimum meminere. Virgilius quoq; honoris ac reuerentiæ gratia Aeneam dixit patrem, dum Troiæ ruinam Didoni explicantem inducit.

Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant,
Inde toro Pater æneas sic orsus ab alto.

Verum ibi hoc Epitethon posset quoq; ad religionem applicari, nam Seruius ait, quod Æneas summo in loco uerba fecit, qui Pontifi calis semper est, ac Æneas ubiq; quasi sacratus inducitur, non inficior tamen, quod Æneam forte Patrem uocauit, quoniam duplici munere fungebatur, regis uidelicet, Sacerdotisq;, uti maiores consueuerunt obseruare, quod Virg. III. Æneid. prodidit.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos.

apud majores, inquit, Seruius, rex erat Sacerdos, et Pontifex; sic hodie Imperatores, Pontifices dicimus, et de his satis, superq;. Omnes, qui profitentur literas humaniores Patriam deduci à Patre arbitrantur, et recte quidem, nam proprie oppidum, et locum in quo sumus orti, oriundiue significat, quod Patria communis omnium parens sit, prouinciam uero improprie, unde originem habemus, Nonius Marc. de proprietate sermonis utrunq; ostendit, dum hæc Vergilij Carmina interpretatur.

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc Patriam peperere suo, cumulate supremis
Muneribus.

animas, inquit, pro corporibus posuit, in quo etiam hoc unum est, quod Patriam posuit pro regione, uel Terra, cum Patria sit Ciui: tas, uel Vbs Parentum. Virg. in Tytiro uidetur idem innuere, ait enim:

Nos Patriæ fines, et dulcia linquimus arua,
Nos Patriam fugimus, tu Tytire lentus in umbra.
Formosam resonare doces Amaryda Syluas.

per fines Patriæ Maro agrum Mantuanum expressit, unde arua dulcia adiecit, per hanc uero dictionem patriam Ciuitatem Mantu: am, è qua Meliboeus Virgilium figurans expellebatur. Propert. ad Tullum scribens, Romanos, qui bello Perusino ceciderę, uoce patriæ significauit, eius carmen hoc est.

Si Perusina tibi Patriæ sunt nota sepulchra,
Italiæ duris funera temporibus.

Sepulchra, inquit, Beroaldus Patriæ, idest, Romanorum, qui in bello perusino perierunt, et Perusiæ sepulti sunt. Idem Propert. Ele gia prima libri. IIII. Vmbriam dixit Patriam suam, quæ Italiæ Prouincia est in sexta regione cõlocata, et Tyberis alluiona. ab

Helruria

Hetruria disterminata. uersus Poetæ hi sunt.

Vt nostris Tumefacta . superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.

et paulo infra.

Vmbria te notis antiqua penatibus edit,
Mentior, an patriæ tangitur ora tuæ.
Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo,
Et lacus æstiuis intepet imber aquis.

Meuania Vmbriæ Ciuitas est, ac locus Propertij natalis; uniuersæ tamen Prouinciæ attributum est, quod ipsi Meuaniæ conuenit. M. Vasius uir alioqui eruditissimus, et mihi sanguine coniunctissimus sæpissimè asseuerauit se una cum Marino Grimano Cardinale uiro amplissimo ad Meuaniam Vrbem accessisse, quam fluuius, sacer imber, nomine alluit; et proinde carmen Propertianum sic corrigi debere opinabatur

Et sacer æstiuis intepet imber aquis.

an uero ita legi debeat, uel uti hactenus in Propertij codicibus impressum est, aliorum sit iudicium. Catullianum illud, quo Atijs, exectis testibus, queritur.

Patria ò mei Creatrix. Patria ò mei genetrix.

ac illud Horatij

Dulce, et decorum est pro Patria mori,

et rursus

Codrus pro Patria non Timidus mori.

Natale solum, quo Atijs erat ortus, et Athenas Vrbem, pro qua, ne interiret, Codrus se se ultro neci dedit; Non secus illud Ciceronis officiorum primo; sed quoniam ut præclarè scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortusq̃ nostri partem patria uendicat, partem Amici; et mox illud: chari sunt Parentes, chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est; pro qua quis bonus dubiter mortem oppetere? si sit profuturus, accipiendum est, tametsi posset quoq̃ pro uniuersa Prouincia intelligi; nam si Curtius, ac Decij, ne Roma interiret, si Codrus, ne Athenæ, uoluerunt sponte mori; utiq̃ dicendum est, obire illos maluisse, ut imperium quod in ijs Vrbibus erat positum, consisteret; caput n. ac membra ei adhærentia unum corpus efficiunt; si autem Roma, et Athenæ Curtij, Deciorum, et Codri patria nuncupantur, ita reliqua membra imperij, quæ capiti adhærescunt, et unum indiuiduum ueluti Anima, et corpus efficiunt, rite patria possunt nominari, quod Plutar. autore in comparatione Pompeij, et Agesilai facilè comprobatur, quippe qui testis est, Romanos dixisse patriam exercitum Pompeij contra Cæsarem paratum, Castra uerò Senatum. constans fama est in exercitu Pompeij copias ex toto ferrè orbe auxiliares fuisse, quod Lucan. III. pharsaliæ his carminibus ostendit.

Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum casuras in prælia mouerat Vrbes.

à quocunq̃ igitur climate illuc populi accessissent, urbem Romam sibi Patriam esse poterant iure optimo dictitare, cum illam defensuri contra Cæsarem armati processissent; ac locum meritò eorum Ciuium obtinerent, qui Patriæ aduersati fuerant, Ciuitate iure gentium exauctorati. annuit huic sententiæ Dion. Halircarn. qui. VIII. antiquitatum ait: Patriam Ciuis uniuscuiusq̃ illam esse, non quæ Ciues suos abnegauit, sed illa, quæ abnegatos suscipit, et Ciues suos facit. Virg. primo Æneid patriam pro regione posuit, nam Illioneum oratorem sic loquentem inducit:

Quod genus hoc hominum, quæuè hunc tam barbara morem
Permittit Patria? hospitio prohibemur arenæ.

Cum igitur patria multipliem habeat significationem, maiores nostri Foroiulio Vniuerso patriæ nomen indidere; quod Io. Candidus Comment. primo à Venetis deductum autumat; neq̃ id medius fidius absonum est. Cum. n. Attila in campis Catalaunicis ab Aëtio Valentiani Cæsaris Duce, ac Theoderico rege profligatus in Pannonias redijsset, numerosiorem aliqui exercitum comparauit, ut ad excidium Italiæ proficisceretur. Hoc nuncio Aquilecenses consternati, alius aliò in tutiora loca diuertebant; optimates Adriatico mari crediderunt se; ac ibi consedere, Vbi Venetiarum inclijta Vrbs ab eis condicæpta est; dum uerò Aquileia corruisset, Barbarusque profluuio sanguinis, dum Ildiconem Coniugem amplexatur, ab humanis excessisset, multi Vlissem illum Græcorum omnium sapientissimum, qui post uarios casus optauit fumum Patrium uidere, imitati, Aquileiam rursus concessere; sciscitantib̃ uerò, ut solet, non nullis, quò migrarent, ad patriam reuerti aiebant; quæ uox, patria uidelicet, animis omnium ita impressa est, ut regio Carniæ uniuersa inde Patria nuncupata sit. Malunt aliqui Forumiulium Patriæ nomen à Patriarcha sortitum; quæ uox græca est, et patrum principem, hoc est Pontificum, significat; huius siquidem Prouinciæ Dux, quem Patriarcham uocant, olim fuit rerum positus; de quo sum plura mox dicturus. Maiores Iouem Patrium, Appollinem patrium, et liberum patrium coluere. Pausanias in Corinthiacis refert: Iouem Patrium in arce larissæ olim cultum, qui tres oculos ferebat: in ea, inquit, cum alia posita sunt, tum Iouis ligneum* oculos habens duos, qua in parte homini eos natura locauit, tertium uerò in fronte; hunc illum esse Iouem Patrium tradunt, qui in Priami Laomedontis filij regia sub Diuo positus fuit, ad cuius aram dicitur Priamus capto Ilio confugisse; obtigisse

* simulacrum

obtigisse uerò eum in diuisione prædæ Sthenelo Capanei filio, horq. ipso in loco ab eo in rei memoriam dicatum. habere autem eam Iris oculos iccirco coniytere quis possit, quod cõmunis omnium hominum sermo regnare in Cœlo Iouem prædicat, quod autem idem etiam sub terris imperet, Homeri uersu testatum est.

Iupiter infernus, atq. inclyta Persephonea.

Aeschylus quidem Euphoronis filius ipsum maris etiam regem Iouem appellat. idem in Atticis Liberi Patrij meminit: Polydi us, ait, quidem ipse uenisse dicitur Megarã, cum Altaihoum de Cœde Callipolidis filij lustrauit, ei liberi dedicasse templum cum simulacro, quod totum cœlate nostra præter os occultatur, id enim unum est in conspectu, assistit Satyrus ẽ Pario lapide, Praxitelis opus, atq. hunc quidem patrium liberum appellant, et quæ sequuntur. Macob ius primo Saturn. memoriæ prodi dit: Apollinem Patrium cognominatum fuisse non propria gentis, aut Ciuitatis religione, sed ut autorem progenerandarum rerum omnium, quod sol humoribus exiccatis progenerandis omnibus præbuit causam, ut ait Orpheus. Macob ij senten tiam primo de cognominibus Deorum Iulianus Aurelius adduxit, cui hoc addit: Athenienses Iouem Patrium, et Appolinem Patrium propterea cognominasse, quod primi omnium eos in regionem suam exteperint, et sacra per singulas tribus fecerint, propterea dictum Apollinem Patrium, quod Creusam Erecthei filiam Vxorem duxisset. Supra edocuimus Aquileienses pro numine Apollinem habuisse, quod et Capitolinus, et Herodianus in Maximinis testatum reliquere, hic eum Belem, ille autem Belenum appellauit, potest iccirco id unum coniectari, quod si Apollo denominatus patrius, ueteres ab hoc Dei, quem suspiciebant, cognomine Foroiulij tractum Patriam nuncuparunt Innuit ferre id Herodianus .VIII. historiarum; dicebatur, inquit, Crispinus ad bellum sit audacter sustinendum etiam aruspicum responso, qui læta exta nunciarẽt, animatus; etenim magnopere fidem huiusmodi signis habere Itali consueuerunt: cæterum non nulla quoq. oracula ferebantur Patrij cuiusdam numinis uictoriam promittentia. Belem uocant indighe, magnaq. eum religione colunt, Apollinem interpretantes; cuius etiam speciem pro Vrbe ipsa pugnantem quidam à militibus Maximini uisam sibi in Cœlo affirmabant. ecce quomodo Herodianus sententiæ nostræ astipulatur, siquidem Apollinem uocat numen Patrium, quo fit ut Carnia Vniuersa hinc nomen Patriæ adepta sit. Maiores ut diximus, etiam libero Patrij nomen indidere, ac quidem apte, cum Apollo, et liber idem sit, ut Virg. primo Geor. his uersibus attestatur.

Vos, ô clarissima mundi
Lumina, labentem Cœlo, qui ducitis annum,
Liber, et alma Ceres.

Lunam. n. Cereris appellatione, solem autem, qui Apollo est, Liberi uocabulo expressit; quanq. Probus interpres aliter opinetur. hæc pauca ex abdito literatorum penu excepi, ut posteritati aperirem, unde foroiulio Patriæ uox indita sit. unusquisq. id, quod arridet magis, sequatur. Ego id à Colonijs ex latio, et Roma huc deductis potius dici existimo, ex latio. P. Cor. Scipio Nasica, C. Flaminius L. Manlius Acidinius deduxere; ab Vrbe T. Annius Luscus P. Decius Subulo et M Corn. Cethegus. Oppida hæc latio ascribuntur, Atina, Signia, Terracina, Setia, Velitræ, Sutrium, Arteña, Theora, Lista, Vatia, Cotia, Hortanum, Latium, Caruentia cendos Senatus scripsit; et qui huc migrarunt, nomina oppidorum, à quibus discedebant, sub ueteris Patriæ uocabulo ijs locis Aquileiæ indideruni, in quibus domicilium habuere, ut inde Carnorum prouinciæ uniuersæ appellationem Patriæ maiores imposuerint. hoc in Poemate, Atina inscripto, à nobis etiam proditum his carminibus est:

Ex illo fertur Latij Mauortia pubes
His sedisse iugis, hæc propugnacula summo
Erexisse iugo, turritaq. mœnia nostræ
Vrbis areniferi posuisse ad flumina Turri,
Et Patriæ Atinam de nomine compellasse,
Inde, quod ad nostrum è patria diuerterat orbem,
Ista omnis Regio, quæ tempestatibus actis
Carnia erat, tensiq. instar protenditur arcus,
Patria dicta fuit, clarumq. ab origine prima
Nomen adhuc seruat.

Identidem M. Vasius Endecasyllabo inscripto Patria, quod partim subiecti, attestatur. illud. n. ad R.^mum Diedum, qui nunc sacris Venetiarum operatur, et tunc Foroiulij Prætorem agebat, fuit auspicatus.

Ergo ante ut lachrymis amarè amaris,
Aegro ie, et miserè miserla luxi,
Sic, te sospite, nunc beata lætis
His te Patria uocibus saluto.
Aue spes Venetum, ac decus, soliq.
Nostri gloria, prouidumq. numen,
Vno quo Duce, et auspice æuiternæ

Spe

Spe patris fruor, et superba tandem
Magni filia Cæsaris resurgo,
A quo Iulia sum uocata Iessus.
Passim spumifero fluens Iÿæo,
Et late segetum ferax, supinis
Cincta collibus, atq; opaca Sÿluis,
Quam Turrus, Natiso, Varamus, Alsa,
Et longè gelidis refusa Iÿmphis
Cursu Murica lubricani fluenta.
Sppit Adria præpotens, ope ergo'
Tua iam latium, patremq; spiro,
Romanumq; animum induo, michiq; est
Atina in medÿs renata campis
Vtini nomine nuncupata ab Vnis,
Quam Romæ quoq; comparare possim.

et quæ sequuntur. hæc [ut reor] sufficiunt ad cognitionem uariæ appellationis Prouinciæ Forciulianæ, atque unde indita sit, nunc ad explicationem Vtinæ Vrbis, quam ueteres Latini Atinam dixere procedamus; siquidem prima eius litera, uel inuersa, uel immutata diuersitatem, ac contentionem inter scriptores affert.

FINIS SECVNDI LIBRI.

FOROIVLY
LIBER TERTIVS.

QVoniam Foroiulij describendi prouinciam susce pi, ut in primis Vtinecæ Ciuitatis originem, ac primordia nobilissima, quæ non nulli barbara Vnnorum Colluuie labefactarunt. Iccirco de illa prius agendum est, ut uideatur barbaram ne, an potius latinam originem adepta sit. Veruntamen id nequaquam efficere possem, nisi aliqua in medium adducantur, quæ altius repetenda sunt ex abditissimis, et sacrosanctis maiorum archanis. Sed priusq. id aggrediamur eorum opiniones afferamus, qui perperam de hac re locuti sunt, ex oppositis. n. ueritas enitentior fit. M. Antonius Sabellicus exquisitæ admodum eleganticæ uir, dum literas humaniores Vtinæ profiteretur, poema edidit, quo hanc Ciuitatem illustraret, siquidem illud in Vnnij originem inscripsit, arbitratus populos Vnnos Attilam Regem in Italiam sequutos eam condidisse, dum ab obsidione Aquileiæ huc ad hyberna diuertisset, ac collem, ubi arx est, opere militari extitassent, carmina, quæ subieci hoc clarè ostendunt. * forsit aliquid.

Haud procul ad gelidos pandit se uasta Triones
Plænicies, bis dena intersunt millia, collis
In medio tum forte fuit non arduus, aut si
Nullus erat, condi facilis natura sinebat
Posse manu; mensus latos hic Attila campos,
Irriguos fontes, et pabula læta, parumper
Subsistit, inde loco sensim demulctus amœno
Cautus castra locat apricis sedibus, atq.
Protinus in medio, qua forte extenderat, aut qua
Mox tenturus erat, tumulum sibi mandat ad auras
Attolli, unde arces, inimicaq. mœnia cernat.
Accelerant mox mille manus, atq. ipsa capessunt
Iussa Ducis, pars hæc rastros, pars illa ligones
Corripit, ingenti feruent noua castra tumultu.
Toi subito manibus moles operosa sub astra
Erripitur, summa tum qui fabricantur in arte
Testati extremum peregrina uoce laborem.
Huc huc forte uiri clamant, Vtinumq. sonabat
Ille fauor, saltus Vtinum resonare propinqui,
Dulce loco nomen, sit omine mansit ab illo,
Vrbs quoq. clara tenet prisci non immemor ortus,
Auctorisq. sui, quod uox dat Aquncia, nomen.

Idem poema ipsum absoluens, ac in laudem Ioannis Emi Prætoris euagatus, sic ait,

Interea miris extollat uocibus Aemum,
Forsitan, et patrem patriæ uocet illa Ioannem,
Atq. exosa ueius, quod uox dedit Vnnia nomen,
Autore Aemoniam dici se mandet ab Æmo.

Satis, superq. opinor innotescere Sabellicum nomen deducere modo ab Vnnis populis, quos arcem condidisse asseuerat, modo à dictione Pannonica, quæ, autore ipso, Utinum est, ac forte huc significat. Nunc uideamus eum magnopere sibi aduersari, abnuit. n. quod Vtinum à dictione Pannonica dictum sit, cum nec Attila, nec Vnni Pannones fuerint, sed in Pannonias è Scythia migrauerint, et ab Vnnis Conditoribus dici attestatur. Primo siquidem de uetustate Aquileiæ: Vnnium, ait, caput, ac metropolis Patriæ, eius arcem, ut fama est, Vnni Attilam Regem in Italiam sequuti condidere, quamobrem Vnnium potius, quam Vtinum dicendum affirmauerim. Non desunt qui Utinum Pannonica lingua huc significare uelint, alludentes ad ipsam arcis conditionem, quod ego a plerisq. eius linguæ peritis scisciatus haud quaq. ita esse comperi, siue igitur sit, quod uulgus tenet, siue quod uerisimilius est, id quod diximus, satis constans fama est, arcem ipsam militari opere congestam. Idem libro. III. constans, inquit, fama est, uti libro primo diximus, et si autores rei non quales uelim, habeo, per id tempus arcem Vnnij opere militari comunitam, unde, et loco nomen inditum esse affirmare ausim. Nam Unnium potius, quam Vtinum dicendum contenderim, ut factum sit nomen ab Unnis, Rex quorum Attila fuit, utrum procedente tempore, quod uulgi incuria euenire solet, quod prius Unnium dicebatur, Utinum dici captum est. Nec me mouet ridiculum quorundam commentum, qui tenent Utinum Pannonica lingua nescio quod significare ad molitionem attinens, cum neq. Attila, neq. Vnni Pannones essent, sed Scythæ. idem in munitione Sontiaca referi Pannonas Utinum ædificasse, carmina id attestantia hæc sunt.

Diffusos per rura uetus Concordia mittit
Agricolas, et qui curuo proscindit aratro
Tiliauentam magno discrimine ripam,
Qui Natisona bibunt, Scissi uetus accola Turri
Affuit. agrestis Vtinum dat nobile Turmas,
Cæsareis Utinum Campis quod scandit in arcem,
Quam super extructam numeroso milite molem

Pannoniæ

Pannoniæ posuere manus. Rat ducta sereno
Sublimis, gaudetq; polo uicina uideri.

Apparet Sabellicum ex diametro sibi aduersari, cum hîc pannonas Utinum posuisse dicat, priùs uero Unnos iussu Attilæ id egisse dixerit, unde Unnium potius, quam Utinum dicendum arbitretur; posset nihilominus excusari, quod Pannonas pro Vnnis posuerit, utpote qui Pannonias incoluerint, uel nunc historicè, nunc Poeticè loquutus sit opinionem uulgi sequutus, quemadmodum Virgil. sæpenumero facit, uelut ibi,

Panditur interea domus omnipotentis olympi.
et illud diem innuens.
Oceanum interea surgens Aurora relinquit.

Omitto, ut in Decadum uolumine Utinum, et ne semel quidem Vnnium enunciauit, in Epistolis uero ad Unnienses scribit de innauestoranda Philomuso Pisauriensi uiro utriq; doctissimo, et ad Gulielmum Iurisconsultum in commendationem Mystilli ad inchoandam Litem Utinam proficiscentis, ubi Unnienses, non Utinenses, Unnium, et non Utinum appellauit. Callimachus Regis Sarmatiæ, quam recentiores Poloniam uocant, orator, et Poeta insignis, opus, quod Attilam inscripsit, Luculenta, et Salustiana penè phrasi edidit, Vbi Attila condidisse Utinum hac de causa refert, ut si re infecta, necessitates humanæ ab Aquileia discedere coegissent, eam munitionem post se relinqueret, ueluti liberi regressus pignus, et subsidium, si quid præter spem in Italia sibi contigisset. Bernardus Iustinianus. III. Historiarum, et Nicolaus Zenus de origine barbarorum; opus. n. hoc illi ascribunt, identidem prodidere. Blondus Flauius in Forciulio ait Utinum à Ducibus Austriæ conditum. CCC. ab hinc anno, et XXX. mill. passuum ab Aquileia distare. Videmus Raphaelem Uolaterranum errore hoc etiam irretitum, censeo, et Blondum, et Volaterranum ex propinquitate locorum deceptos. Nam Ciuitate oppidum, quod Ciuitatem Austriæ Nostrates uocant, decem mill. passuum ab Utina intercedit; alterum pro altera eos accepisse putandum est, dum hanc lectionem austriam lectificassent. audiui sæpe numero Gregorium Amasæum Romuli patrem, uirum in omni genere disciplinarum absolutissimum, originem Ciuitatis nostræ ad Udinos scythiæ populos Attilam sequutos referentem; alij uerò Dudinis, quorum Patria Illyrium est, id ascribunt. Iacobus Comes purliliarum in Epistolis, et Ioannes Baptista Pontanus Sabellico adhæresc unt. Antonius Bellonus arcem Utinæ ab Unnis conditam referi, dum Nicea esset Aquileiæ Antistes. Volfangus Iazius quodam libro. XII. historiarum somniauit, et suo Marte Commentus est, Idunum uidelicet /Norici oppidum transmutatis uocalibus prima, et secunda Ciuitatem nobis, quæ Udinum à uulgo nuncupatur, affatim repræsentare. Et Io. Candidus primo Aquileiensium Commentariorum autor est, apud antiquissimos Utinam, et Utinum fuisse hanc urbem nominatam, et minus eius arcem ab Unnis iussu Attilæ conditam, sed dum Aquileiam obsideret opere militare auctam, quæ fuera olim à Iulio Cæsare restaurata, et Iulis denominata, postremo ait, Utinam esse illam, quæ in Venetiæ regione sita Plinij temporibus interierat, licet Atinam non autem Utinam interijsse Plinius dixerit, Cum igitur scriptores iam circa originem, quam nomen huiusce urbis plurimum inter se dissideant, ego me facturum opere prætium existimo, si pauca in medium afferam, quibus posteritati ostendam, Utinam, quæ Forciulij Metropolis est, antequ. Cæsar ille dictator in lucem prodiret, originem, ac denominationem habuisse, arduum porrò argumentum est, Nihil ominus Dei opt. Max. auspicio, in quo [ut D. Paulus. II. ad Philippenses tradit] sapientiæ, ac scientiæ omnes thesauri absconditi sunt, illud explicare solo nisu elaborabo; multi sanè has meas lucubrationes irridebunt, hac impulsi ratione, quod ego agens scribam, et fori Iudicialis negotijs occupatus inter disciplinas liberales ausim euagari, legant ij Herodotum Halicarnasseum in Euterpe, ac silentio uel Pythagorico in posterum obmutescant, quippe qui neminem ait ex Afris, Græcis, Ægyptijsue, quibuscum de Nilo sermonem habuit, se Nili fontes scire professum præter scribam Sacrarum Mineruæ pecuniarum in Vrbe Sai. Nec Plutarchi autoritate in Nicia deterreor, qui æmulationes scriptorum contentiosas, uti homine libero indignas reprehendit, ac sophistis præsertim conuenire affectatur; ac rectè quidem, id ego. n. non æmulationem scribendi, sed ut ueritas eliciatur, efficio, et licet autores quos enumeraui, Candidus præsertim, et Sabellicus, de hac re scripserint copiosissimè, nihilominus ad credendum inducor, eos ex præscripto legis Mosaicæ mihi aliquam scribendi portionem reliquisse. Inhibet lex Deut. Cap. XXIIII. nequis agrum suum penitus, totumq; demeteret, sed intactam ex eo pauperibus, ac egenis portionem relinqueret, qui manipulos ad tolerandam famem inde acciperent. huius legis meminit Ioannes Picus Mirandola, uir alioqui eminentissimus, et miraculum fere naturæ, in heptaplo, id est septiformi dierum sex Genesos enarratione, aiq; illa tuetur se, quod tantum opus adortus sit, cuius explanationi autores plurimi ex latinis, Græcis, hæbreis, Chaldeisq; olei, et operis multum impenderunt. Sed de his hactenus, iam opus inchoatum audacter aggrediamur. quinque uti argumentis, ut ueritas huius facti appareat, consentaneum est. Aquileiam coloniam ex latio deductam, Oppida, et Vrbes cum in Latio, tum Hetruria, Vmbria, Campania, Brutio, et Samnio multas fuisse, ac nunc extare, Quorum nomina uici, et loca Forciulij habent. Atinam fuisse urbem Latij; ueteres id obseruasse, ut si ex aliqua urbe alio migrarent, locis, ubi sedes figebant, Vrbium, et locorum, à quibus diuerterant, nomina imponere consueuerint; postremò C. Plinium de situ Patriæ huius loqui, cum de interitu Atinæ, ac Celinæ meminit. Cum primum hæc argumenta fuerint absoluta, enimuerò dicendum est, me compotem uoti propositæ actionis euasurum. Quod Aquileia Colonia sit ex Latio deducta, T. Liuius. IX. Quartæ est autori M. inquit, Claudius Consul Gallis ex prouincia exactis, Istricum bellum moliri cæpit, litteris ad Senatum missis, ut sibi in Istriam legiones traducere liceret, id Senatui placuit. illud agitabant, ut Colonia deduceretur Aquileia; nec satis constabat, utrum Latinam potius deducendam Patres censuerunt. Triumuiri creati sunt Pub. Corn. Scipio. Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Idem libro. X. quartæ affirmat, ne à Romanis Aquileia Colonia latina deduceretur Istros prohibere uoluisse; illo tamen anno deductam in agro Gallorum prodidit, quo. Q. Fluuius Flaccus in Hispania citeriore ad Ebruriam urbem tria, et uiginti hostium millia cecidit, quatuor millia, et octingentos cæpit, cum equis plus quingentis, et signis militaribus quinquaginta octo; Triumuiri deduxerunt P. Cor. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Accidinus tria millia peditum, quibus data quinquagena iugera, Centurionibus centena; Centena quadragena equites acceperunt. Idem Liuius. III. quintæ id etiam refert: Quinto Martio Philippo, et Q. Seruilio Cepione Coss. T. Annium Luscum, P. Decium Subulonem, et M. Cornelium Cethegum Triumuiros mille, ac quingentas familias rursus ex urbe Aquileiam deduxisse; Istri. n. denuò eam infestabant. de prima deductione Velleius Paterculus in uolumine priori tradit; et uno, ac eodem tempore Aquileiam, et Gra-

* aut Ciuium Romanorum deduci placeret, postremo Latinam

et Grauiscam deductas scriptum reliquit. Ptol. et Plinius sententiæ Paterculi subscribunt, at neuter, quod uel Romana, uel Latina sit, mentionem facit. de Forotulio autem Colonia, quæ à Ptol. inter urbes carnorum mediterraneas constituitur, ipse Plinius ne uerbum quidem. recentiores quoq; annuunt, Aquileiam Coloniam ex Latio deductam; Volaterranus, Sabellicus, Candidus, et Beroaldus in dictatore. Suetonij, ubi coloniarum genera quinque affert; unum ex urbe, uti Mutina, et Parma, aliud ex Latio, uti Aquileia, et Bononia, tertium, Quales olim Pompeius Strabo Pompei magni pater trans Padum constituit; non. n. eas nouis Colonis effecit, sed ueteribus permanentib. ius Latij dedit, ut scilicet possent ius illud habere, quod cæteræ latinorum coloniæ; id est, ut petendi Magistratus Romanam Ciuitatem adipiscerentur; quartum, cui ius Italiæ dabatur, postremum, quod Latinorum Veterum, seu Latij Veteris nominabant. repetit eadem in Augusto, quem Tranquillus ait, bellis Pannonicis, uel Germanicis aut interuenisse, aut non longè abfuisse; nam, ut ea obiret, uel Rauennam, uel Mediolanum, uel Aquileiam usq; ab Vrbe progrediebatur Innuunt quoq; hanc Coloniæ deductionem uici aliquot agri Forotuliani, à quibus referuntur nomina Triumuirum, qui eas deduxere; utpote uicus Nasica, uicus Flaminianus, uicus Manlianus, uicus Subulonus, et Cornelianus, in ijs. n. cognomina Scipionis Nasicæ, C. Flaminij, L. Manlij. Acidini continentur, qui ex Latio; Item P. Decij Subulonis, et Marci Cornelij Cethegi, qui ex urbe huc eas deduxere; postremo ille, cui nomen Colonia est, ad primum lapidem ab Vtina situs, de quibus mox plura. Satis [ut reor] primum argumentum enucleatum est, ad ea, quæ secundo pertinent, stylum dirigamus; hic n. locorum, et Vrbium, quas enumerabo, sic nomina cum locis Patriæ huius conferam, ut appareat euidentissimè Colonos Aquileiam deductos, ijs nomina Vrbium, et locorum, è quibus migrauerant, indidisse. Romam illam totius orbis facile Principem omnes scriptores in latio sitam monumentis tradidere, à quo autem originem, ac nomen habuerit, uariæ opiniones sunt; Fabius pictor libro primo tradit, Romam Itali Regis Hetruriæ filiam oppidum Romam, quod Valentia sonat, in uertice montis Palatini condidisse; atq; ob paludes usq; ad Euandri aduentum, qui eam cum nomine simul restituit, neglectam fuisse. C. uero Sempronius prodidit Romam in Capena Auentina conditam ferè annis. DCCCC. ante Romulum, et à Roma eius filia in Colle Palatino cœptam coli, et ante hos annis plusq. CCC. aureo sæculo à Saturno circa radices Capitolij; nec non ipsum Romulum ex Roma oppido Vrbem Romam quadratam, et Regiam effecisse. XI. Cal. Maias inter secundam, et tertiam horam, Sole in Tauro. Luna in libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in scorpione, Ioue autem in piscibus, olympiade septima. Illud addit Sempronius, quod plurimi græcorum tradidere Tyrrhenam Tuscorum regiam fuisse Romam, et Italiam principium à Græcis habuisse. Plutar. in Romulo sententias multorum adducit, qui de origine Vrbis Romæ diuersa locuti sunt; alij etenim arbitrabantur à Roma muliere Troiana, quæ Ilio capto, illuc appulit, nomen inditum, alij Pelasgos maluni eam posuisse, ac Romam denominasse à Robore pugnandi, quod Græce Roma dicitur, omitto breuitatis causa Romam Herculis neptem, ac filiam Thelephi, quæ nupsit Aeneæ, Romum insuper Tyrannum Latinorum, et Romanum Vlissis, ac Circes filium, à quibus plerique id nominis deductum uoluni; à quouis tamen inditum sit, constat eam totius orbis rerum potitam, in tanta nihilominus maiestate uoluit eius denominationem huius patriæ Vico impertiri; hadys fere XXIIII. ab Utina hunc Vicum disterminat intercapedo, aqua torrentis formi alluitur, et Romæ ab incolis uocatur. Branchum plerique dicunt, perinde, ac Branchus filius Apollinis pro Deo ibi cultus sit, de quo Statius libro. III. Theb. hæc.

Iuppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere consilium, uolucresq; implere futuri,
Ominaq; et causas Cœlo deferre latentes
Accipimus; non Cyrrha Deum promiserit antro
Certius, aut frondes, lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi; licet aridus Hammon
Inuideat, Lyciaq; parent contendere sortes,
Nisiacumq; pecus, patrioq; æquatus honori
Branchus, et undosæ qui rusticus accola Pisæ
Pana lycaonia nocturnum exaudit in umbra.

hinc apparet Branchum filium Appolinis fuisse, ac oracula reddidisse; quod idem Papinius Amphiaraum absorptum canens VIII. Theb. his carminibus ostendit

Hæc Tenedon, Cyrramq; dies, partuq; ligatam
Delon, et intonsi claudet penetralia Branchi,
Nec clarias hac luce fores, Didymæaq; quisquam
Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit.

nec putarē absonum meo quidem iudicio, et quod Branchum pro Deo ibi coluerint; cum Vicus proximus nomen Apollinis retineat, Philetius. n. uocatur Lactantius Commentariorum Theb. VIII. Apollinem philesium esse nominatum refert ab osculo, quod ei Branchus dedit, narrat. n. quod Uxor Simeri prægnans in somnis uidit solem per fauces suas introisse, ac per uentrem exisse; puer Apollinem osculatus ab eo fuit comprehensus, et accepta corona, et uirga cœpit uaticinari, et subito nusquam comparuit, templum ei factum est, quod Branchiadon appellatur, et Apollini Philesio pariter consecrata sunt templa, quæ ab osculo Branchi, siue à certamine puerorum philesia nuncupatur. Ioannes Boccatius. X. quarti genealo. de Brancho idenidem narrat; illum tamen non Uxorem Simeri, sed Suronis peperisse autor est. Macro. primo Saturn. ait Apollinem phylesium ideo dici, quod lumen eius exoriens amabile amicissima oculorum ueneratione consultamus. fabulam de amore Branchi, et Apollinis Strabo Geogra. XIIII. fictam in Mileto Urbe tradit; IX. autem Branchum Machærei prognatum extitisse, ac delubri præsulem in Didymis fuisse prodidit. ex ijs patet maiores his duobus uicis nomina Deorum, quos ueneraban tur, indidisse, Altero Apollinis Philesij, Altero Branchi eius filij; nec refert, quod Philesius per. S. intermediam scribatur, Philetius autem per. T., quia prisci. T. pro. S.

per. S. non nunquam usurpant, meriare siquidem pro mersare pronunciabant, Philestus itaq; ac Philetius idem sunt. Pleriq; arbitrantur Herodianum VIII. Historiarum de Roma Vico agri Forojuliensis meminisse, dum militum Coniurationem in Maximinos recensei; cum, inquit, ad hunc modum mœstus, atq; inops exercitus esset, repentè, dum sub Tentorio quiescit Maximinus, uacuo die à pugna, cum pleriq; aut in tabernacula, aut in suas quisq; stationes concessisset, uisum est militibus ijs, quorum ad Urbem Romam sub monte Albano castra erant, atq; in ijs liberi eorum, coniugesq; relictæ, neci dedere Maximinum, ut aliquando à diuturna, et inexplicabili obsidione requiescerent, neq; Italiæ bellum inferrent, in Tiranni gratiam damnati omnibus, et inuisi, Hactenus Herodianus. Collis admodum editus octo ferè millibus passuum ab Vrbe uersus septentrionem progredienti ostenditur, quem montem Albanum uocant, in summo ejus apice Castellum est, cui nomen Colloreti uulgo indidere, Cormus illud Torrens humectat, sicuti et Romam Vicum, qui paruo inde spatio disterminatur, arguunt igitur ex locorum propinquitate, quod Herodianus de Roma uico ibi meminit. Hoc mediusfidius ego approbarem, si Herodianus simpliciter Romam expressisset, Vrbem non adjiciendo, nam hoc epitheton Vrbi Romæ solum conuenit, quamuis Cæsar. V. Com. Belli Gallici autor sit, quod Britanni oppidum uocant, cum syluas impeditas fossa, et uallo munierunt, incursionis hostium uitandæ causa. Et Strabo. III. Geogra. scriptum reliquerit, quod ingentes uici oppida nuncupantur, et inter oppidum, ac Vrbem nihil ferè interest, nam utrumq; idem significat; oppidi. n. ædificia urbs innuit, oppidum uero urbis propugnaculum, quod muris continetur. Quamobrem Varro libro. IIII. de lingua latina; oppidum dictum ait, quod munitur opis causa. Et Cicero, [ut Nonius Marcellus autor est] primo de Republica lectorum coniunctionem oppidum, et Vrbem uocat. Cum ergo Vrbs, et oppidum idem sit, et Vici oppida nominari consueuerint, Herodiani locus pro uico Carniæ, qui Roma est, utiq; possit accipi, tametsi Vrbis enunciatione illum pronunciauerit; unde autem Colloretum, de quo supra memini, habeat denominationem, cum de urbibus, et oppidis agetur infra ostendam, nunc ad institutum redeamus. Coriolos urbem Latij fuisse, ac cognomen. C. Martio indidisse, Plutarchi autoritas in Coriolano est; Coriolanus, inquit, à Cominio Consule fuit cognominatus C. Martius à re contra Coriolos oppi. benè gesta; solebant. n. cum Romani, tum Græci uel à rebus gestis, uel forma, uel uirtute, uel fortuna cognomen imponere, à rebus gestis liquet denominari, ut Sotera, ut Callinicum; à forma, ut physconem, cirippumq;, à uirtute, ut Euergetem, ac Philadelphum; à fortunæ fœlicitate, ut Eudemona, sicut Batus secundus uocatus est. quibusdam etiam regibus appellationem cognominis mordacitas præbuit, quemadmodum Antigono Dosonem, Ptolomeo autem Lamijrum, et quæ sequuntur. T. Liuius. II. primæ Coriolos fuisse oppidum Volscorum autor est, à Postumio Cominio Consule ut captum, atq; inde nomen Coriolano inditum; in hoc autem à Plutar. discrepat, quod hic Caium, ille Cn. Coriolanum uocat. Plin. V. libri. III. Coriolanos inter Latij populos enumerat. Enimuerò à Coriolis oppido id nomen prisci deduxere, cuius libro V. Eutropius etiam meminit. propè Tricesimum Forojulij Castellum Corioli fuisse est, in æditiori colle uici Adoriani uersus orientem solstitij æstiui positus, non dubitandum Colonos ex Coriolis oppido huc profectos appellationem indidisse, uti etiam fundo alteri proximo, qui Tusculanus dicitur, et sub Castello ipso est, milites qui ab oppido Tusculo Aquileiam migrauere, Tusculanum quoq; Ioannis Baptistæ Melsij Patricij Utinatis Hieronimi Melsij Iurecons. filij, quem honoris gratia nomino, prædium est in agro Villæ, quam Ceresædum uocant, hæc Villa lertio lapide ab Utina est uersus septentrionem accedenti, Etimologia ostendit à Cereris æde Villam hujusmodi appellationem habuisse, at de ijs mox plura, cum de uicis nomina Deorum præseferentibus enucleabimus. M. ille Crassus, qui ab Orode Parthorum Rege obtruncatus est, ac Cicero latinæ Sydus Eloquentiæ Villas in Tusculano habuere, quod eqidem absolutissimæ ipsius Ciceronis quæstiones innuunt, quas inscripsit Tusculanas; ei ab exilio reuocato hæc Villa fuit restituta, et Hs. D. Millibus æstimata, ut Epistola secunda libri, IIII. ad Pomponium Atticum ipse attestatur, à Tricesimo parua quidem intercapedine luceria uicus est, puto nuncupatum à Luceribus, idest Romanis, hui à T. Annio Lusco, P. Decio Subulone, et M. Cor. Cethego Triumuiris ex Urbe Roma deductis, uti ex autoritate Liuy Superius demonstratum est, quod autem Romani Luceres fuerint nuncupati, Seruius carmina hæc V. Aen. exponens luculenter ostendit.

Tres equitum numero turmas, terniq; uagantur
Ductores, pueri Bisseni quinq; sequuti,
Agmine partito fulgent, paribusq; Magistris.

rem, inquit, Seruius Romanæ militiæ suo inserit Carmini; Nam constat primo tres fuisse partes Populi Romani, Unam Tatiensium à T. Tatio Duce Sabinorum iam amico post fœdera, alteram Ramnetum à Romulo, tertiam Lucerum, quorum secundum Lucium, et nomen et causa in occulto sunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra T. Tatium à lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilium postulasse, unde quidam uenit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data, unde in urbe Tuscus dictus uicus. Horatius; Tusci turba impia uici, ergo à lucumone Luceres dicti sunt, ergo in tres partes diuisus erat populus, adeo ut, qui uni etiam præerat parti, Tribunus dicebatur, unde etiam sumptus dati populo tributa nominantur, hucusq; Seruius. Cui Philippus Beroaldus annuit Properij carmina hæc in. IIII. Elegiarum interpretatus.

Hinc Tatiens, Ramnesq; uiri, Luceresq; Coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

illud Beroaldus addit, quod tribus quælibet curias decem continebat, et autores Varronem, Plutarchum, Festum, et Asconium pedianum citat, obiter adnotandum est, Propertium corripuisse primam huius dictionis Luceres, ut in præcedenti uersu patet. Ouidium autem in. III. Fastorum sic canentem produxisse:

Quin etiam parles totidem Tatiensibus ille,
Quosq; uocant Ramnes, Luceribusq; dedit.

Luceria quoq; fuit Vrbs Apuliæ, quam populi Daunij, uel Plinio autore in. III. Historiæ naturalis, coluere; hanc Hora. III. Carminum scribens ad chlorim uocat Nobilem, ait. n.

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent

nec flos

Nec flos purpureus Rosæ,
Nec poti uetulam fere lenus cadi,

Porphyry error in expositione horum carminum deprehenditur, quippe qui uetulam dictione uino attribuit, cum debeat Chlori senescenti accommodari, ut ex hijs Horatij carminibus elicitur.

Maturo propior desine funeri
Inter ludere uirgines,
Et flellis nebulam spargere candidis,

Post Luceriam Fregellæ Vicus modico interuallo uersus septentrionem positus est; nomen à Fregellis oppido Latij deductum opinor, dum Coloniæ Aquileiam migrarunt. Liuius .VIII. primæ tradit; Fregellas primo fuisse oppidum Signinorum latij Populorum, deinceps Volscorum; ac eò deductam Coloniam Romanorum, P. Plautio Proculo, et P. Corn. Scapula Coss. Apud .L. Florum legitur Fregellas Coloniam in agro Salentinorum eo anno deductam, quo cl. Pulcher Consul contra omina, et Auspicia profectus mandauit pullos, qui abnuebant cibum, immergi; aduersus carthaginenses classe infeliciter pugnauit, et à Senatu reuocatus, C. Glauciam sortis ultimæ hominem Dictatorem dixit; Glaucias uerò se magistratu coactus abdicare postea ludos prætextatus spectauit. Strabo geogra. V. Fregellas uicum latij esse tradit, ac Eri fluuio allui, cui prior cleanis fuit uox. Fregellanum Antoninus Augustus nominat, et in itinere uiæ Prænestinæ à Roma ducentis Beneuentum locat. Silius Italicus .VIII. Punnitorum sic de fregellis cecinit.

Nec non Argolico dilectum stirpe Aleso
Alsium, et obsessæ campo squallente Fregellæ,

Idem libro .XII.

Et quæ fumantem fregere gygantia Fregellæ,
Agmine carpuntur uolucri; feri concitus inde
Per iuga celsa gradum.

potest quoq; uicus hic forensij denominationem habuisse à loco Vrbis Romæ, qui Fregellæ appellatus est. Festus Pompeius libro .VII. Fregellæ, inquit, locus in Urbe, in quo Ciuitatis frijs hospites habitauere. Stadia sexdecim fere à fregellis, ad Rheate uicum intercedunt, qui supra Ulinam est, puto à Rheate oppido latij denominationem habuisse, ubi M. Cl. Marcello, et M. Valerio Coss. prodigiosè Mula peperit, et anno .XVI. belli Punici Equulus pedes quinq; habens natus est, ut Liuius memoriæ prodidit. Strabo Geogra. V. Rheatum uocat, et Sabinis ascribit; Dea Cybele ibi colebatur, uelut Silius Italicus .VIII. Punicorum his uersibus testatum reliquit.

Nunc Amiterna cohors, et Bacchis nomina ducens
Casperula, hunc foruli, magnæq; Rheate dicatum
Cæliculum matri.

de insulis agri Rheatini semper fluctuantibus, et saxo Rheatinæ paludis exitu excrescenti multa Plinius libro .II. historiæ naturalis. Carni hunc uicum Rheannam uocant, utpotè ibi Rhea, et Anna Deæ cultæ sint; Anna siquidem filia Belli, et Soror Didonis, postquam in Numico amne obijt, annis præesse à maioribus credita est, atq; in summa ueneratione habita; illi. n. mense Martio, et priuati, et publicè sacrificabant, ut Macro. primo saturn. tradit, ut annare, perennareq; commodè liceret; unde ab Ouidio Anna perenna, libro .III. Fastorum nominatur, eam siquidem Poeta sic loquentem inducit.

placidi sum Nympha Numici,
Amne perenne latens, Anna perenna uocor.

nemo, Castor, est, qui Rheam, et Cybelem unum esse ignoret, quod et Silius ijs uersibus, quos in medium altiuli eleganter ostendit, haud procul à Rheate Alsium uicus secundum amnem Turrum positus est, ab Vrina sex millibus passuum fere disterminatur; autumo et colonos ex Alsio latinorum oppido Aquileiam profectos uocem indidisse. Plin. V. libri .III. et Ptol. primo .III. Hetruriæ illud ascribunt, et Cato in originibus Hetruriæ pheretianæ. hunc Silius .VIII. Pun. sectatur.

Nec non Argolico dilectum stirpe Aleso
Alsium, et obsessæ campo squallente Fregellæ.

Dion. uerò Halicarn. esse Urbem latinorum contendit, quam siculis pulsis Pelasgi occuparunt. accolæ huius uici corruperunt dictionem. q. enim et .s. præpositis Qualsium pro Alsio enunciant. Ptol. Scholiastes. Alsium oppidum hodie. S. seuerinam autor est, unde maiorem prorsus immutationem factam esse ab hetruscis, latinisue, quam à Foroiulensibus apparet; nihil etenim. S. seuerina, cum Alsio dictione conuenit, qualsium uerò et Alsium similis enunciationis est; nam, et si. q. et .u. litteras demas, reliqua dictio Alsium pronunciabitur, quod autem prisci consueuerint elementa primæ sylabæ dictionum addere, Volaterranus .VI. Geogra. sic loquens ostendit: Elea, inquit, Ciuitas lucanorum Italiæ populorum est, à Phocensibus, autore Plinio, ædificata, qui ait Veliam sua ætate uocatam fuisse, ab hac dicti Eleates, ab Elide autem Pisæa Elienses; in hac urbe Zeno Stoicus, et Parmenides orti sunt; et rursus: Caulonia, inquit, locorum Brutiorum ciuitas est, Aulonia prius dicta à uicina ualle, Achæi eam condidere. Caulon etiam dicta est, autoribus Strabone, ac Liuio; Virg. Caulonisq; arces; Volaterranus hæc; unde liquet maiores litteras quoq; Vltimæ Syllabæ dictionum addidisse, nam primæ sylabæ huius dictionis Aulon. c. addita est, ultimæ autem. i. et .a. uocales, atq; ab id Aulon Caulonia effecta est. Eadem Alsio dictioni apparet contigisse, cuius primæ syllabæ duas litteras Vitici præposuere; tametsi nomen huius uici etiam potuerit à C. Alsio deduci, quem Cicero in Vatinium ait, fuisse Iulio Cæsari carissimum, et quod esset præteritus, Cæsarem, dum esset Aquileiæ, permolestè tulisse ob summam eius fidem, probitatemq;. Si hoc magis placet, ut. C. Alsij nomen uico inditum sit, enimuerò. q. pro. c. positam comminisceris, quarum similis enunciatio est, alteram siquidem pro altera litteratores sæpenumerò usurpant. Feretanum oppidum Hetrusci, et Samnites coluere, ut Strabo Geogra. V. ait, et Corn. Tacitus historiarum .XV. qui hoc ibi attestatur, q. Flauius

Sceninus

Sceninus Senator Romanus ex templo fortunæ, siue salutis, quæ à Ferentanis colebatur, pugionem arripuit, q. Neronem Cæsarem interficeret. Plol. Cap. primo hanc Ciuitatem latinis ascribit, quemadmodum Dion. Halicar. populos Ferentanos, qui, ut Tarquinios restituerent contra Romanos coniurarunt, Liuius .IIII. primæ Ferentinum uocat, Herniciq; attribuit, latinis uerò aquam Ferentinam, qui à Tarquinio Superbo adacti Turnum Herdonium tanquam res nouas molientem in eam demersere, huius nominis fuit etiam Urbis Romæ Porta, si Plutarchum in Romulo sectamur, ad quam expiationes quædam ad expurgandam Ciuitatem à cæde Laurentis Urbis, eas instituit Romulus, fiebant. Si ab Vtina uersus Septentrionem stadia duo, et triginta metieris, Ferentanus Vicus tibi occurret tantùm ob eminentissimam Iulij Sbroiauaccæ Iurisconsulti sapientiam, quem honoris gratia nomino, elatus, quantùm Athenæ ob Sanctissimas Diuini Solonis leges caput efferebant; dextrorsumq; Ioannis Fontiboni legibus, et integritate uitæ admodum refertissimi Prætorium Squallore obsitum intuetur, quippe qui soluta membrorum compage ad meliorem uitam euolauit; et Iouis solio assidens bonis præmia, impijs uerò supplicia impertitur, nomen uici à Ferentano Latij oppido deductum iri existimo, ripam sinistriorem Cormi Torrentis amplectitur, literas dictionis partim accolæ immutauerunt, partim sustuleruni, Feletanum siquidem illum uocant, eius pars eminentior Castrum Paganum dicitur, sicuti hoc epigramate, q. subiecti, Iulius ipse ostendit.

Villula Pagani constructa in collibus agri,
Venatore frequens, aucupioq; domus.
Muscosi fontes, et fontibus addita Vallis,
Irriguis .. Cormi quam secat humor aquis,
Et tu sylua uirens, in qua mihi basia prima,
Basia, et amplexus Phillis amata dedit.
Viuite fœlices, nimio nec Sirius æstu,
Nec uobis noceat frigore tristis hiems.
Fulmina neu sedes tangant, neu lucida turbet
Pastor, et immundo capra fluenta pede.
Nec uallem imbre tumens lutulentis cormus arenis
obruat, aut syluam sternat auara manus.
Sed passim choreæ uigeant Driadumq; hominumq;
Dulce sonet Pastor, dulceq; cantet auis.
Bacchus amet Colles, Genetrix frugum arua frequentet,
Roscidaq; æterno gramine uernet humus.

Nemo scriptorum ferè ambigit latinorum Coloniam signiam fuisse; Strabo Geogra. V. id attestatur, et Liuius .II. primæ, à quo id additum est; illo anno à Romanis deductam, quo Tarquinius Superbus obijt Cumis, eo siquidem, post fractas opes latinorum, ad Aristodemum Tyrannum accesserat; priùs quoque Tarquinius rerum potitus eam deduxerat. Vinum ager signinus producebat, qd ueteris profluuium morabatur, distichon Martia. suppositum id ostendit.

Potabis liquidum Signina morantia uentrem,
Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.

Corn. Celsus .V. libri .IIII. Ponti, ait, quidem aptissimum est uinum frigidum, uel certè benè calidum meracum, potissimum Rheticum, uel Allobrogicum, aliudue, quod austerum, et resina conditum est, sed id non est quam asperrimum, maximèque Signinum, ad uinum hoc Silius .VIII. punicorum hoc carmine allusit.

Quos Cora, quos spumans inimico signia musto.

innimicum dixit mustum, quod asperitatis plurimum habebat, et lubricum uentrem sistat; ut pyra quoq; ipsius loci efficiunt, quæ dicuntur signina, et à colore testacea, ut Plinius .XV. historiæ naturalis tradit, et Iuuenalis hoc uersu satiræ .XI. prodidit

Signinum, Syriumq; Pyrum de corbibus ijsdem.

Columella de cultu hortorum signiam oppidum ad Leptinum Campaniæ montem his uersibus locauit.

Quæ Marrucini, quæ signia monte Lepino,
Pinguis item capua, et caudinis faucibus horti,
Fontibus, et stabiæ celebres, Vesuia rura.

Signia identidem Carniæ uicus est in æditiori colle situs, opinor signinos, qui Aquileiam migrarunt, ei uocem hanc indidisse. Tarracinæ Frangipanum Castello subest, quod ad primum lapidem supra est, atq; amni Turro imminet. uicum Tarracinæ amnis profundo alueo interluit, mox ubi planiciem attingit, fertur spaciosior, et unicum alueum, quo priùs arctabatur in tres mutare coactus est, ut latius postea explicabo. accolæ dictionem uici corrup_ere; siquidem uice Tarracinæ Tarcinium dicunt, ueluti à triplici murorum ãbitu denominatum, quasi ter cinctum, quod uiriq; absonum est; non .n. muro triplici ambitur. Cornelius Frangipanis orator, et Poeta eminentissimus, (legum disciplinas omitto) prætorium habet Tarracinæ, cum horto amenitatis refertissimo, ubi currum Solis æstuosiorem contemnit, caniculam pessundat, musis oblectatur; Ciceronem facundia, oratores uerò numeris Demostenem, ac Periclem Athenensium longè Principem, cui ob eloquentiam olympici nomen inditum à theatro diserlorum, explodit. Tarracinam oppidum, quod lingua Volscorum Anxur dicitur, et Ufente amne alluitur, Mela ditioni Campaniæ ascribit. Antonius uerò Augustus Latio, siquidem in itinere illud posuit, quod à Roma urbe Appia ducit ad Columnam, Liuius quarto primæ ait, Tarracinam esse pronam in paludes, ac eo tempore à Fabio Ambusto fuisse direptam, quo ex decreto Senatus miles stipendium de publico accepit, cum antea unusquisq; de suo illo munere fungeretur, ipse Liuius Tarracinas protulit numero multitudinis, quò deductam Coloniam L. Æmilio Mamerco, et Cn. Plautio Coss. autor est, quod autem Tarracina dicatur Anxur, Papinius primo syluarum Tiburtium Pollij celebrans his carminibus refert

Cedant Telegoni, cedant laurentia Turni
Iugera, lucunq; domus, littusq. cruenti
Antiphatæ, ululata lupis, arcesq; superbæ
Anxuris. * cedant uitreæ iuga perfida Circes Dulichrys

Item

Item Virg. Aeneid. VII.

Qui saltus Tyberine tuos, sacrumq; Numici
Litus arant, Rutulosq; exercent uomere colles,
Circeumq; iugum, queis Iupiter Anxurus aruis
Præsidet, et uiridi gaudens Feronia luco.

Vbi Seruius ait, Iouem Anxurum appellari, quasi sine nouacula, quia barbam nunq; rasisset. Pierius Valerianus Virgilij corrector scribit hanc dictionem Iupiter unico. p. in antiquis codicibus inueniri, et Anxyrum non Anxurum. Pierius mehercule uir doctissimus, et absolutissimus est, illud tamen debet animaduertere, maiores. y. pro. u. sæpenumero enunciasse, quod patet in hac dictione Amphitryo, quæ aliquando penultimæ uim suam permittit, ut rite Amphitryo dicatur, et y. uires suas non amittat, plerunq; autem in. u litteram commutetur, et Amphitruo haud male dicamus, sicuti Plautus enunciare consueuit. quod uero Iupiter simplici. p. scribatur, in soluta nihil⁊ oratione, omnes consentiunt, at in metris duplici. p dictio hæc scribenda est, cum natura primam breuem habeat, et ut producatur, aliud. p. adiungitur, sicut in religione, litera, et litore uidemus obseruari, quarum prima breuis natura est, si ergo Iupiter in metris. p. simplici reperiatur alicubi, enim uero dictionem haud recte scripsiam, uel cum Pierio ausim discrepare. Cum itaq; Tarracina et in Latio, et in Forciulio sit, medius fidius arguendum est colonos ex Tarracina oppido Latinorum Aquileiam concessisse, ad ripas Turri sedes posuisse, atq; ijs nomen patriæ, qua migrarunt indidisse. Non secus uico, quem uulgus Nimis appellat, euenisse opinor, qui trans Turrum amnem positus est, puto. n. Colonos ex oppido Latij, quod Appianus Alexan. V. de bellis ciuilibus Nemas uocat, in carnos migrauisse, ut Aquileiæ contra Istros presto essent, hunc locum delegisse, qui amœnitate plurima refertissimus est, ac Nemas dixisse à nomine Patriæ, unde hui profecti sunt, corrupit nomen uulgus aliquantisper pro Nemis etiam proferre. Nimis consueuit, tametsi Paulus Diaconus in Longobarditis eum Nemas uocet. Appianus, quem citaui autor est, quod Nemæ fuit locus non longe à Roma, ubi Augustus Cæsar pecunias mutuo accepit, ut exercitum contra L. Antonium Consulem. M. Antonij Triumuiri fratrem, compararet, uidetur Suetonius in dictatore hunc locum Nemus appellare, in quo Cæsar uillam ædificauit; munditiarum, inquit lautitiarumq; studiosissimã multi prodiderunt, uillam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, magnoq; sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, ita diruisse, quanq; tenuem adhuc, et obæratum. Sabellicus interpres Tranquilli traditi nemus Dianæ Aricinæ ibi fuisse, ac hodie oppidum extare, quod Nemus uocant, idem Volaterranus. VII. geogra. attestatur, et alij recentiores. Sicuti autem ob Dianæ Aricinæ sacrificia Nemus oppidum celebritatis plurimum habuit, et fuit gloriam consecutus; ita uicus Forciulij ab eo denominatus magnope attollitur ob singularem Ioannis Iurecon. Conferranei sui eloquentiam, cui Nimis cognomentum indidere. Collatia insuper uicus Forciulij est supra Tricesimum miliarium eo interuallo situs, et Collem ualde arduum complexus, quo fit, ut eum incolæ collem altum uocent, à Collatia urbe Latij nomen adeptum existimo, quam populi Sabini tenuere, Liuius Tarquinium Priscum hanc per deditionem accepisse prodidit, ubi formulam deditionis ponit, assentitur Liuio. V. geographiæ. Strabo. Dion. Halicar. III. antiquitatum, ac Plin. V. libri tertij, à quo in Appulia Collatini etiam populi esse narrantur, Silius. VIII. Punicorum Collatiæ his carminibus fecit mentionem.

Quos celso deuexa iugo Iunonia sedes
Lauinum, atq; altrix casti Collatia Bruti,

Castum ideo Brutum nominauit, quod castitatem Lucretiæ à Tarquinio uiolatæ ultus sit.

Virgilius. VI. Æneidos

Hi tibi Nomentum, et Gabios, urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, Castrumq; Inui.

et quæ sequuntur. Si à Collatia uersus septentriones iter habueris, Artenam uicum reperies, admodum negotiatorib; Germanis ultro, citroq; commeantibus frequentissimum. Artena, meo quidem iudicio, Ciuitas Volscorum ei nomen imperitia est, quam, Liuio autore. IIII. primæ, C Valerius Potitus, M. Sergius Fidenas, P. Corn Mafugiensis, Cn. Corn. Cossus, C. Fabius Ambustus, et Sp. Nautius Rutilius Trib. Militum occuparunt; arce duntaxat excepta, quam seruus postea Romanis prodidit, cui Seruij nomen inditum est; hic præter libertatem bona duarum familiarum in præmium assecutus est. Artenam multi Veientium fuisse non autem Volscorum credunt, præbet errorem, quod Artena etiam in fer Cere, ac Veios fuit, sed eam Romani Reges deleuere. Dion. Halicar. VIII. antiquitatum Artenam protulit, ut ab æquis populis, C. Iulio Tullio, et. Q. Fabio Cesone Coss. ut capiam refert. Ingens uicus è regione Artenæ Buia nomine, qui ab occasu planitiem habet, quam Hydra fluuius (Cledram uocant) leni æquore intersecat; hæc planicies Campus à uulgo nuncupatur, quæ lata nimium intercapedine protenditur, opinor hunc uicum à Bua Ciuitate Samnij, cuius primo belli Ciuilis Appianus Alexan. meminit, denominationem. I uocali adiecta, sortitum. L. Corn. Syla tribus horis continuis Buam Ciuitatem oppugnauit, et postremo ui cœpit. Appianus eius Ciues Buanos appellat; Non absurde posset hic etiam uicus uocem habuisse ab oppido Campaniæ, q. iuxta Lucrinum sinum inter Puteolos, et Misenum montem positum Baiæ, à Baia socio Vlissis nuncupatur, quem Silius VIII. Punicorum Baium his carminibus uocat.

Sarraftis etiam populos, totasq; uideres
Sarni mitis opes illic, quos sulphure pingues
Phlegræi legere Sinus, Misenus, et ardens
Ore Gygantheo sedes Ithacesia Baij.

Quem Silius Baium uocat, Strabo geogra. V. Baiam nominat, et hinc baias diti aquas opinatur, quas non satis posse laudari Mart. XI. Epigr. illa scribens ostendit.

Ut mille laudem Flacce uersibus Baias,
Laudabo digne non satis tamen Baias.

Cicero in Oratione pro Cœlio uidetur Baias pro locis amœnis, et uoluptatis accipere: si, ait, esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret, quæ haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum Baias iure suo libidines omnium commearent, et quæ sequuntur. Cum itaq; oppidum Baiæ in Campania sit, pro comperto habendum est colonos inde Aquileiam migrauisse, ac ubi hunc uicum uidemus collocatum constitisse, quippe qui uel à locis amœnitate, qua referrissimus est, uel ab oppido ipso denominationem habuit, nec multum uox huiusce oppidi à uico dissona est, nam si uocalem primam Buiæ in .a. uertis, profecto Baiæ fiet dictio, si uero ipsius dictionis .a. primum in .u. uertis, Buiæ uox statim exprimetur, sicut hodie uicum ipsum Iola regio Carnorum proferre consueuit, enimuero tanta inter .u. et .a. literas cognatio est, ut sæpe numero una pro altera derriuatiue usurpetur, ueluti secat, secuit, ueredus, ueredarius, uehiculum, uehicularius, et alia, id genus, de quibus Quint. primo institutionum copiose docet: qui non tantum uocales inuicem, ait, commutari, sed consonantes quandoque in uocales, ut in aufero apparet, quod ex, ab, præpositione, et fero compositum est, littera igitur .a. in .u. facit transmutationem, utpote in Helena dictione .u. in .H. uidemus commutatam, prisci enim Velenam pro Helena dixere, ac urnges pro fruges, ubi .u. in .f. abijt, q; digamma in duabus hirce dictionibus hordeo, et hirco aspirationis formam tenet: maiores siquidem fircum, et fordeum pro hirco, et hordeo exprimebant, quemadmodum etiam hruges, pro fruges, Hyrrhum pro Pyrrhum, Pyxum pro Buxum, adde quod .t. literam pro .d. non nunquam usurparunt Alexantrum, pro Alexandrum, et Cassantram pro Cassandram efferentes, cum itaq; non solum uocales, sed etiam consonantes ad inuicem se se illidant, et altera in alteram sæpissime commutetur, inconsentaneum non est .a. pro .u. et è conuerso pleruq; usurpari: Nam uiraq; si minutiori nota scripta sit, ferè similem figuram sortitur, in hoc tantum differunt, quod apex .a. coniunctus est, .u. uero disiunctus, existimaui aliquando Buiæ uicum à Bola, quæ latinorum Ciuitas est nomen habuisse, à uulgo ĩn corupte pronunciari, Anchises Virgilianus VI. Æneid. Ciuitatis huius meminit.

Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, Castrumq; Iuni, Bolamq; coramq.

Liuius .VI. primæ Bolam æquis populis ascribit, et numero multitudinis protulit: M. Furius Camillus dictator Æquorum exercitum ibi oppressit, arduo, ac minimissimo loco sitam. Dion. Halicar. VIII. antiquitatum esse affestatur, et à Volscis Cn. Martio Coriolano duce ui captam. Bolanos inde populos denominari compertum est, qui autore Dionysio coniurarunt in Romanos, ut Tarquinios imperio restituerent, Plutar. in Coriolano meminit, at Plin. ne uerbum quidem, Bolanos uero, Abolanos. III. Historiæ naturalis enumerat, et latinis annectit, an uero iidem sint, alij peritiores uiderint. Horatius primo sermonum Bolani Senatoris Romæ his carminibus meminit, adeo siquidem liber fuit, ut inceptias cuiuscunq; increparet.

cum sudor ad imos
Manaret talos, O te, Bolane, cerebri
Felicem aiebam Tacitus.

Papinius .V. syluarum ad Crispinum scribens Vectium Bolanum eius Patrem recenset, qui Domitij Corbulonis Comes Armeniam Neroni pacauit, iam uero ipsum Papinium audiamus.

Ille quoq; egregijs multum miratus in armis
Bolanum quoque illi curarum asperima suetus
Credere, partiriq; metus, quod tempus amicum
Fraudibus, extorto quænam bona tempora bello,
Quæ suspecta fides, aut quæ fuga uera ferocis
Armenij, Bolanus fuit prænosse timendum,
Bolanus iuuis iuga quærere commoda castris,
Metari Bolanus agros, aperire malignas
Tot ueprum, nemorumq; moras.

et quæ sequuntur. Clarissima Bolanorum familia, quæ inter Patricios Venetos celeberrima est, originem à Bolanis Romæ Vrbis Senatoribus habuisse fertur, qui Senatus iussu T. Annium Luscum. P. Decium Subulonem, et Marcum Cornelium Cethegum triumuiros sequuti Aquileiam concessere, aut Istris, ac Illiricis obsisterent, hinc mox Venetias, ut Attilæ furorem ingruentis euitarent Id à Dominico Bolano integritate, ac iustitia refertissimo accepi, dum Prætor esset Utinæ, quam pestilentia, fame, coniuratione liberauit, Iudeos exegit, et populum annona subleuauit, ob quæ Utinates illum mirifice colunt, ueneranter, et obseruant, si à Buia uersus Septentrionem iter habueris trans Tiliauentum uitus occuret, qui uulgo dicitur Flauna, eum denominari autumo à Flauina oppido Hetruriæ, cuius Silius .VIII. Punicorum ita mentionem facit

Hos iuxta Nepetina cohors, æquiq; Falisci,
Quiq; Iuos Flauina focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminiq; lacum.

Item Virg. VII. Æneidorum

Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cimini cum monte lacum.

Si .n. huic dictioni Flauna .i. uocalem addis, enim uero Flauina efficitur. dexteriorem quoq; ripam Tiliauenti occupat uicus, quod Priuernum appellatur, censeo à Priuerno urbe Volscorum nomen inditum, inde uires auxiliares Turno Camilla tulit, ut Maro .VII. Æneid.

Hos super

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen habens equitum, et florentes ære cateruas.

Volsca, inquit, Seruius de gente, hoc est Priuerno, de quo ipse Poeta .XI. Æneidorum sic ait.

Pulsus ob inuidiam regno, uiresq. superbas
Priuerno antiqua Metabus cum exederet Urbe &c.

Hanc cn. Plautius Consul autore Liuio, ut cœpit, muros ex Senatus Consulto diruit, Vitrubium Ducem in carcerem coniecit, ac de Priuernatibus triumphauit, unus ex Priuernatum legatis a quodam interogatus, quam pœnam meritos Priuernates censeret, illam, inquit, quam mereantur, qui se libertate dignos censent, cuius cum feroci responso infestiores factos eos Consul uideret, qui ante Priuernatum causam impugnabant, ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret, quid si pœnam, inquit, uobis remittimus, qualem nos uobis tum pacem habituros speremus? si bonam, inquit, dederitis, et fidam, et perpetuam, si malam non diuturnam. idem Liuius .VII. tertiæ autor est; bouem illo anno Priuerni loquutam, Quo Ardea, Circeij, Alba, Carseoli, Cales, Nepete, Interamna, Sutrium, Narnia, Sora, Setia, et Suessa negarunt se milites Romanis dare, ac Cœlo sereno per totum diem solem ruhuisse, cum Philippo Regi Macedoniæ bellum indictum est. Silius .VIII. Punicorum copias Priuernatum recensei, quas Sylla contra exercitum Annibalis Carthaginensium Imperatoris armauit: Silij uersus hi sunt.

Sylla Ferentinos, Priuernatumq. maniplos
Ducebat simul excitos, soræq. iuuentus
Addita fulgebat telis.

Supra ubi Fela, et Tiliauentum amnes confluunt, Ameria uicus est, puto illum sic uocatum ab oppido Latij Ameriola, uel Ameria, quod Geographi Vmbriæ asscribunt, si Tulmetum oppidum transmeabis, hos uicos reperies, Sutrium, Auellam, Setiam, Velitras, Sonam, Velinum, Dampetiam, Hymellam, Nomentum, et alias id genus fere innumerabiles, qui oppidorum Latij, et locorum circumiacentium nomina redolent. Sutrium .n. fuit oppidum Hetruriæ, quod Liuius dicit ea uocat ob locum bellis opportunum: Camillus audita sutrinorum defectione ob celeritatem iussit milites Commeatum triduj secum exportare, ne ea res causa esset moræ; ilaq. in Prouerbium illud Plauti uenit, quasi Sutrium eant, de iis, qui ad plures dies cibaria sibi exportant, ut Volaterranus .V. Geogra: ac Erasmus Chiliadum. autores sunt. Velitræ ac Setia Urbes Latij fuere, Auella Hetruriæ, Silius .VIII. Punicorum has omnes his carminibus recensei.

Quæ Fiscellæ tuas arces, pinnamq. uirentem,
Pascuaq. haud tarde redeuntia tondet Auellæ.

Item libro eodem.

Hos iuxta Nepetina Cohors, æquiq. Falisci,
Quiq. tuos Flauina focos, Sabatia quiq.
Stagna tenent, Ciminiq. lacum, qui Sutria tecta &c.

et paulo infra.

At quos ipsius mensis sepostа Iyæi
Setia et inclebri miserunt ualle Velitræ.

obiter a Silio uinum Setinum laudatur, quod Augustus Cæsar, et alij Principes tanti fecere, ut primas obtineret. unde illud Martialis est.

Pendula pampineos, quæ spectat Setia campos,
Exigua uetulos misit ab Urbe Cados.

de Sora idem Silius, uelut iam ostendi memini hoc hemistichio.

soreq. iuuentus
Addita fulgebat telis.

fuit oppidum Volscorum, quod M. Fabius Dorsuo, et Ser. Sulpitius Camerinus Coss. ut cœperunt, Liuio in p.ª Dec. autore. Carni hunc uicum Soræ uillam nuncupant, Nihil. n. a dictione latina immutarunt, sicut in Velino, et Nomento factitarunt; nam illud Inuilinum, hoc Nemonium, uocant, primam uocalem ac mediam commutando. fuere autem Nomentum, ac Velia urbes Sabinorum. Virg. .VI. Æneid.

Ni tibi Nomentum, et Gabios, Bolamq. Coramq.
Ni Collatinas imponent montibus arces.

Idem Palinurum sic loquentem inducit;

Iniyce [namq. potes] portusq. require Velinos.

Vbi Seruius, ait, portus Velinos, Veliam opidum significare; quam futuram Palinurus diuinauit; rursus ipse Maro Æneid. .VII.

Qui Nomentum Urbem. qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes.

Dampetia Vicus, quem supra dixi, ab oppido Brutiorum Dampetia, ut reor, adeptus est nomen; id oppidum anno .XVI. belli Punici ad Cn. Seruilium Consulem defecit, ut Liuius .X. tertiæ autor est. Clampetiam Mela .II. Geogra. uocat, et in Hetruria locat. Hymella uero, quem Miclium Carni appellant dictus a flumine Hymella est. cuius Maro sic meminit.

Qui tetricæ horrentes rupes, montemq. seuerum,
Casperiamq. colunt, Forulosq. et Flumen Hymellæ.

is Sabi-

is Sabinorum amnis est, ut sequester ait de fluminibus, et Casperiam urbem alluit: Sed iam ex montibus in planitiem descendamus, et primo Valerian' uicus in manu sit, non procul à Pinciano Castro situs, eum sic uocari puto ab oppido Latij Valeria, de quo sic ait Strabo Geographiæ .V. in ea Latinæ Vrbes sunt Valeria, et Carseoli, et Alba; propè est Cuculum oppidum, in Romæ uerò conspectu sunt, Tibur, Præneste, ac Tusculum. Macro. XIX III. Saturn. inter Pyrorum genera, ex autoritate Colatij, Valerianum ponit; hæc, inquit pyra, quæ uidemus uarietas nominum numerosa discernit, nam idem Colatius sic eorum uocabula describit: Antianum, Cucurbitinum, Cirtum, Ceruisia, Græculum, Lollianum, Calculosum, Crustumi naum, Decimanum, Lanuinum, Laureum, Laterisianum, Marapium, Milesium, Myrteum, Nquianum, orbiculatum, Prœcianum, Rubile, Signinum, Tulli anum, Titianum, Turrinianum, Timosum, præcox, Volemum, Mespilum, Serum, Sementinum Serum, Valerianum serum. pyra forte huiuschemodi ua leria uicus produxit, quæ illi nomen indidere, quid si Aquilas generaret, et ab eis nomen habuerit? Nam Plin: X. Historiæ naturalis genera sex Aquilarum facit, et Valeriam in eis comprehendit! ex his ait, quas nouimus, Aquilæ maximus honos, maxima et uis, sex eorum genera, Mœlenetos à Græcis dicta, eadem Valeria minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricans, sola Aquilarum fœtus suos alit, cæterę ut dicemus, fugunt, sola sine clangore, sine murmuratione. Idem Plin. libro .X. Aquilæ mirum amorem in puellam refert his uerbis: percelebris apud Sestion Vrbem Aquilæ gloria educatæ à Virgine gratiam retulisse, primo aues, mox Venatus aggerentium defuncta postremo in rogum accensum iniecisse se se, ac simul conflagrasse, quam ob causam incolæ, quod uocant Heroum, in eo loco fecere, appellatum Iouis et Virginis, quoniam illi Deo ales ascribitur. Corn. Agrippa. III. de occulta philosophia scribit: Valerianam herbam expiationibus aptam esse, forsasse in agro huius uici nascitur hærba hæc, à qua fuit ei nomen impertitum: simili, ait, modo conferunt expiationi Thus, myra, uerbena, Valeria na, quæ et hærba lucida dicitur, Arabice Fu. appellatur, item benedicta, et gariofolata, quoniam uerò Agrippa dixit Valerianam uocari lucidam, id prætereundum non est, quod ex autoritate Iosephi de radice Baara mirum prodidit, quæ lumen noctu emittit: mirum ait, et uix credibile, nisi illud narraret grauis, et non contemnendus autor Iosephus in Hierosolymitana Historia de radice Baara à loco iuxta Mache runtem oppidum Iudeæ sic nuncupata, hanc ait colore flammeo splendorem noctu emittere, captu tamen admodum difficilem, ut captantis manus fallat, oculosq; refugiat, neq; prius consistat, quam menstruatæ mulieris lotio fuerit conspersa, neq; tamen hoc modo retenta sine periculo euellitur, quippe extrahentem præsentanea mors consequitur, nisi eiusdem radicis amuleto fuerit communitus, quo carentes terram circumcirca scarificantes radicem laqueo uinctam cani alligant, et repente discedunt, tandem nimio conatu secuturus canis radicem exfrahit, ac ueluti domini persoluens uices, illicò moritur, nulloq; postmodum periculo radix illa à quouis tractari potest, cuius uis in expiationibus præstantissima, ut etiam eos, qui à spiritibus uexantur immundis, protinus liberare compertum sit. per noctem lucere Hicligre ion hærbam Plin. XXI. historiæ naturalis autor est, quia Reges Parthorum, et Magi ad uota suscipienda utebantur, ignei coloris est, folijs spinæ, à Terris se non attolit, expauescunt anseres à primo eius conspectu, chenamychos inde appellatur, alij uocant Nyctilopam, quoniam noctu è longinquo fulgeat. Democritus eam inter pauca miratus est, ac in Gedrosia præcipuam esse narrat, huiusq; Agrippa. Si Valeriam. præterieris, Gabij ad meridiem uicus est, nomen, ut reor, ab oppido Latinorum Gabijs assecutus, quod Anchises .VI. Æneid. futurum indicauit hoc carmine.

Hi tibi Nomentum, et Gabios, Vrbemq; fidenam &c.

Sententiæ Virgilij astipulatur Strabo .V. Geographiæ, qui Gabios in Prænestina uia locat, et Liuius prima Decadum, à quo id proditum est: oppidum hoc Romæ propinquum à Sex. Tarquinio deuictum; siquidem cum esset frustra illud adortus, et obsidendi nulla esset spes, Gabios ex composito transfugit patris sæuitiam Criminatus; eum Gabini præfecerunt exercitui; parua quædam prælia fecit, quibus res Gabina superfuit, cum autem omnia unus Gabijs posset, primores Ciuitatis alios criminando apud populum, alios sua ipsos inuidia oportunos interemit, multi palam, multi clam interfecti, atq; ita res Gabina orba consilio, et auxilio, Regi Romano sine ulla dimicatione in manum tradituri, ut primores Ciuitatis Sextus tolleret, pater hoc illi fertur innuisse, baculo summa papauerum capita decutiendo. Iuno religiosissimè Gabijs Coleb atur, sicuti Æneid. VII. sic describit Virg:

Quiq; altum Præneste urri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidumq; *Anienem*, et roscida riuis
Hernica saxa colunt. Dion. Halicar. primo antiquitatum asseuerat Romulum, ac Remum Gabijs eruditos fuisse. In regione Carnica plures alij sunt Viti huiusce nominis, quos ex industria omitto, ut breuitati consulam, non inficiòr tamen, quod Caius aliquis uel Romanus uel Latinus Aquileiam Coloniam sequutus hanc ei potuit uocem indidisse. Inferius Cosa Vicus est ad ripas Tiliauenti positus, et amne Cosa humectatus, à Cosa oppido Hetruriæ Pheretianæ dictum opinor, huius Cato in originibus meminit. Plin. III. historiæ naturalis Cossa, non autem Cosam uocat, forte à Cosso uerme, qui è ligno nascitur, et in Ponto, ac Phrygia pro cibis delicatissimis sumitur. Plin. libro .XVII Iam quidem, inquit, et in hoc luxuria esse cœpit, pergrandesq; roborum delicatiore sunt in cibo, Cossos *uocant*, atq; etiam farina saginati hi quoq; altiles fiunt, idem libro XXX eos appellat Cosses; Cosses, ait, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia; Nomas uero combusti cum pari pondere anisi, et oleo illiti. Festus Pompeius libro .III. ait, homines rugosi corporis à priscis nuncupatos à similitudine uermium ligno editorum, qui Cossi appellantur, Maro Æneid .VII. dixit Cosas hoc hemistichio.

- Quiq; urbem liquere Cosas

Velęius autem Paterculus in uolumine priori Cosam protulit, et latinis ascribit. Ardeam fuisse Vrbem Latij, ac Turni regiam. Virg. Poetarum longè Princeps .VII. Æneid. memoriæ prodidit, et Danaen Acrisij filiam conditricem habuisse his uersibus ostendit.

Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur Urbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,

Præcipiti

Præcipiti delata noto, locus Ardea quondam
Dictus auis, et nunc magnum manet Ardea nomen.

Seruius tradit Ardeam dictam esse, quasi arduam, idest magnam, et Nobilem, ac Hyginij sententiæ non assentitur, qui de Vrbibus Italicis refert Ardeam fuisse ab augurio auis Ardeæ nominatam, cuius Maro Georg. primo tempestatem portendentis ita mentionem facit.

Iam sibi tum curuis male temperat unda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex ordine Mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, cumq; marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notasq; paludes
Deserit, atq; altam supra uolat Ardea nubem.

auis hæc à Seruio quasi ardua dicta est, quia cum altius euolauerit, tempestatem futuram præsagit, ut explanando hæc carmina opinatur, at in Comentario .VII. Æneid. ait per antiphrasim esse dictam, quod ex pennarum breuitate altius nequeat uolare, atq; ita sibi contradicit. Lucanus V Phar. huius auis meminit, et Ouidius .XIIII. Metamorphoseon scribens, q, urbs Ardea fuit ab Annibale intensa, et in auem hanc conuersa, Ouidius Seruium uti fabulosum irridet; Dion. Halicar. primo antiquit. asseuerat Vlissem, ac Circem duas filias genuisse Antium, et Ardeam, hic Xenagora Teste Vrbem Ardeam, ille Antium condidit. Ardea uicus in Foro Iulio est Itans Tiliauentum situs adeo editiori loco, ut Ardea, quasi Ardua rite possit uocari, quemadmodum Seruius de Vrbe opinatur, à qua uicum appellationem traxisse puto, et Colonos inde Aquileiam deductos existimo, uulgus E literam dictioni ademit, et Ardam, pro Ardea proferre consueuit. Oppido Pulcinico uicus hic subest, quod in arduo montis supercilio ædificatum est, ac montibus circumuallatur, eius descriptionem in præsentia omitto, eam siquidem opportuniori loco sum prosecuturus. Sed iam huic libro finem imponamus, ne prolixiore hyperbato lectori fastidium inducatur. ∞

Iosephi Sporeni Vtinensis
Forolivi
Liber Quartus.

Pausanias ille inter historicos Græcorum absolutissimus, cum Eliaca unico libro nequiret complecti, altero ea fuit prosequutus, idem mihi proculdubio faciendum est, nam cum ad comprobandam Utinæ Ciuitatis uetustatem minimè hactenus secundum argumentum absoluere potuerim, et omnes carnorum uicos, quibus nomina oppidorum Latij, et locorum proximorum indita sunt, referre, hoc libro id cum cæteris, quæ proposui argumentis absoluam. Vicus Ardea finis Tertio libro fuit, huius principium Laurens uicus auspicabitur. Laurens igitur, quod et Laurentum dicitur, inter suas Ciuitates Latini enumerant, si Plutar. in Romulo audiendus est, Strabonisq. autoritatem in Geogra. V amplectimur. Dion. Halicar. V. antiquitatum tradit, quod ex Urbe hac Pubi et Marcus Tarquinij fratres Sulpitio Consuli detexere coniurationem pauperum, ac Seruorum contra Senatum Romanum factam. Virg. VIII Æn scribit Turnum ab ea signum belli contra Troianos extulisse,

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, et rauco strepuerunt Cornua cantu,
Vtq. acres concussit equos, utq. impulit arma,
Extemplo turbati animi &c.

Item ibi.

Nymphæ, Laurentes Nimphæ, genus amnibus unde est.

ac rursus

positq. Laurentia uictor,
Gerione extincto, Tyrinthius attigit arua,

Statius epulum Domitiani Cæsaris .IIII. siluarum describens:

Regia Sidoniæ conuiuia laudat Elisæ,
Qui magnum Aeneam Laurentibus intulit aruis.

Carni multiplices uicos habent, quibus Laurens nomen inditum est citra, et ultra Tiliauentum propè Aquileiam, et inter Natissonem, Turrumq. ubi Prætorium habet insigne admodum PETRVS PERCOTVS VIR alioqui eminentissimus, et Iurisconsu. Vtinensis celeberrimus, nomen uici huius cemodi uulgo Laurenz scribitur, enunciaturq, maiores nostri. S. Laurentio quasi Deo Tutelari addixerunt, et uicos. S Laurentij nuncuparunt. Ita Ligurię portus Veneris nomen S. Venery sortitus est, ut Scholiastes Ptol. Cap. primo libri .III autor est. Blondus quoq libro tertio de Italia illustrata referi: Templum Martis, quod fuit Romæ, nunc. S Martinellæ sacrum esse, Marucinis Apruty populis Angolum oppidum Plin. et Ptol ascribunt, hoc recentiores. S. Angelum dicunt; iam siquidem pia, quam facilis, Blondo autore, Angoli ad Angelum facta mutatio est: sed ad rubrum, his omissis reuertamur. possent nomina huiuscemodi Laurens, et Laurenz adduci, quasi forent diuersa in contentionem, nil attamen hoc referri. Martianus enim Capella Veteres .z, ac .s pro eadem litera usos fuisse attestatur; zmirnam. n. pro smirna, sethum pro xetho, et zmaragdum pro smaragdo scripitabant. Pierius Valerianus Vir peritionis admodum literaturæ Commentario VII. Aen. id obseruauit, attestatur siquidem se apud Marium Maphæum Volateranum monumentum sanè antiquum uidisse, in quo lezbia pro lesbia scriptum est, nihil ergo hæ literæ faciunt diuersitatis, cum altera uice alterius sæpenumero fungatur. Si paludes mari propinquas legere animus est, Corbio Vicus occurret, sub ditione Sexti oppidi est, Corbulon incolæ appellant, id denominationis puto inditum à Corbione oppido Latinorum, de quo T. Liuius .II, ac .III. primæ Decadis, et Dion. Halicar VI, ac .X. antiquitatum meminere, obiter id adnotandum est Liuium Corbulonem Vrbem Suessetanis Hispaniæ populis ascribere, cuius mentionem Plinius facit Cap. primo libri .III. Strabo .IIII. geogra. Corbulonem tradit emporium Galliarum fuisse, posset quoq. uicus hic Forolivij à Corbulone aliquo ex Romanis, Latinisue nuncupari. Domitius siquidem Corbulo, uti supra ostendi, cum Vectio Bolano Armeniam Neroni pacauit, quam Tyridates rex gubernabat, Romam suplex missus, in eius gratiam Nero Theatrum Pompei operuit auro in unum diem, ut Plin. Cap. III. Libri .XXXIII. autor est. Corn. Tacitus, et Tranquillus in Nerone hanc historiam luculenter scribunt, nec non ipse Plin. VIII. Historiæ naturalis, à quo, de uarietate partuum referente, id etiam libro .VII. proditum est: Vestiliam C Hereditij, ac postea Pomponij, atq Orfiti clarissimorum ciuium coniugem, ex ijs quatuor partus septimo mense semper enixam, genuisse autem Suillum Ruffum undecimo, Corbulonem septimo, utrunq. Consulem. à Corbulis quoq. possei id nomen deduci, quas M. Varro Cap XXII. de re rustica inter instrumenta mula, quibus agri colunt, locat, tres siquidem partes agricolationi opportunas esse ait; uocalem in qua sunt serui, semiuocalem, in qua boues, mutam, in qua sunt plaustra, Corbulæ, aliaq. Cato Villicum dicit habere oportere Corbulas Amerinas quatuor. Amerinæ autem Corbulæ uocabantur ex uiminibus, et Salice Amerina contextæ, quæ candida est, ut Beroaldus hoc carmen Properij de Veriumno loquentis exponens attestatur;

Corbis in Imposito pondere messor eram.

Cicero in Oratione pro Sestio, messoriam Corbem nominat: ad restinguendam, inquit, inuidiam facinoris Clodiani mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad Comitia uenerat, messoria se corbe contexit, cum quærerent alij Numericum, alij quintum, gemini nominis errore seruatus est. cum igitur corbes, et Corbulæ instrumenta ruralia sint, non inconsentaneum est arbitrari, uocem hinc fuisse uitio inditam, si nomen oppidi Latini abnuas, in quem Nicolaus de Ponte Patricius Venetus, et Orator, ac Philosophus eminentissimus à reip. curis sæpenumero diuertit, prætorium siquidem ibi habet omni amœnitate refertissimum: Valia etiam Vicus Forolivij est, atq. paludibus ambitur: alter huiusce nominis octo fere stadijs ab Vtina est, opinor utriq Valiam Vrbem Latij nomen indidisse, quam Dion. Halicar primò antiquitatum in latina uia posuit, et à Rheate stadijs .XXX. distare tradit. Nec Vrbs solum Valia fuit, sed cognomen Romanorum, nam P. Seruilius, qui Olympiade .CLXXV. anno

autem

autem ab Urbe condita. DCLXXV. cum Appio Pulchro egit consulatum, Vatia cognominatus est, ac identidem Q. Martius qui olympiade CLX: XVIII, anno autem ab Vrbe condita. D.CLXXXVI. Cum Metello Cretico fuit Consul, si Glareanus Liuij Scholiastes in Cronologia uerax est. hinc potuit quoq; utriusq; uici appellatio deriuari, ego autem potius ab oppido, uti nobiliori deduxerim, proximus Carillæ uicus est, sub mœnibus fere Utinæ situs, autumo denominatum ab oppido Picentinorum, quod Silius. VIII. Punicorum his carminibus Carillas uocat,

nunc se se ostendere miles
Leucosiæ è scopulis, nunc quem Picentia Peste
Misit, et exaustæ mox Pœno marte Carillæ,
Nunc Silarus, quos nutrit aquis.

Carni u. literam primæ syllabæ adiecere, Caurillasq; pronunciant. Sinistrorsum accedenti Aruncius uicus ostenditur, qui trans Turrum fluuium positus Malina torrente alluitur, existimo Auruncam oppidum Latij ei uocem indidisse. Aurunca siquidem Ciuitas Suessa prius dicebatur, sicut Liuius. VIII. primæ ait. Aurunca uero dicta est, quod Aurunci populi metuentes Sidicinos, ueteri oppido deserto ad Suessam migrarunt, eamq; uocarunt Auruncam à nomine oppidi deserti, pugnarunt acriter Aurunci cum Romanis Sp. Cassio, et opitero Virginio Coss, multisq; uulneratis, et occisis alterum Consulem equo deiecerunt, ac Pometiam eorum oppidum fulsti sunt. Dion. Halicar. VI. Antiquitatum eos in Campania locauit, et pulcherrimos Campos habere attestatur. Secundum uocalem Carni omisere, licet Aruncius Romanus potuerit nomen huic uico dare, L. enim Aruncius Olympiade. CXCVI. anno ab Urbe condita. DCCLVIII. Cum M. Æmilio Lepido iniyt Consulatum, et prius olympiade. CXC. anno ab Urbe condita. D.CC.XXXII Cum M. Cl. Marcello, ut Glareanus in Chronologia dicit. Appia. Alex. IIII. belli ciuilis tradit: M. Antonium Lepidum, et Octauium Triumuiros Aruncium Romanum proscripsisse, qui ut arriperet fugam, et saluaret se filio uix potuit suadere, hunc uero mater ante ad portas misit, et postea reuocauit, ut patrem occisum sepeliret. sed cum in mare eum inedia uitam finiysse nouit, se ipsam interemit, Alterius quoq; Aruncij proscripti eodem libro ipse Appianus, et Apulei eius socij meminit, qui se à proscriptione astu exemêre, alterq; ad Brutum, alter ad Pompeium classe profecti sunt, Virg. VII. Æn. de populis Aruncis hoc carmen protulit:

et quos de collibus altis
Aruncі misere patres.

Aruncos Seruius à Græcis nominari Ausones scriptum reliquit, plures uici Carniæ id nomen habent, Vicus præcipuè inter Aquileiam, et Utinam positus, in quo Tyberius Decianus Utinen. Iuriscon. eminentissimus, qui summa cum admiratione Patauij leges Ciuiles publicè profitetur, habet Villam, et fundum uini utiq; optimi feracissimum. si Turrum amnem transmeabis, Cotiam Vicum reperies, cui nomen inditum opinor à Cotia Urbe Latij, quam Dion. Halicar. X. Antiquitatum latinis ascribit, ac Cn. Coriolano Duce à Volscis capiam, Vicumamnis Turrus elambit, Io: Candidus Commen. primo ait; Gothiam nuncupari, utpotè à Gothis populis nomen sortitam, error hic processit ex cognatione literarum, quam C. ac G. uicissim habent, nulli n. dubium est Cneum, et Caium C. littera scribi, per G. autem pronunciari, ob id Cotia per C. consonantem scripta, per G. autem pronunciata dedit materiam, ut explosa. C. principium dictionis G. littera obtineret, sumptaq; auxilia ri aspiratione ab oppido ad populos denominationem transferret. Idem contigit huic dictioni Curis, quo nomine Vicus foroiulij uocatur, nam. licet à Cori Sabinorum municipio deductus sit, tamen duas eius literas Foroiulienses imutarunt, primâ uidelicet, ac postremam, Guriz. n. uocant, unde apparet G. loco C. ac z. loco. s. recentiores usurpare, quod maiores factitasse supra ostendi. Sabinorum Ciuitas fuit Curis, T. Tatij, ac Numæ Pompilij Patria, Romani ab ea Quirites uocati sunt, id Strabo, et Dion. Halicar. tradidere, Ipse Dion. II. Antiquit. dixit cures numero multitudinis, et Cures Sabinis Deum attribuit, à cuius nomine Modius eius filius, qui et Fabidius Ciuitatem Cures appellauit, alij denominatam uolunt à Cuspide, quam Sabini Quirin uocant, unde ipse Dion. eodem libro indicat, Quiritim uocatam fuisse Iunonem mensalem, quæ in curijs omnibus posita est, ab hac opinione Cato de originibus non dissentit, Curis, ait, et Curina dicitur à Sabinis hasta, unde Quirites; Seruius primo Æn. Commen. Quirinus, ait, Romulus dictus est, quod hasta uteretur, quæ lingua Sabina Curis dicitur, et est Telum longum, unde securis, quasi semicuris; oppidi Curis. VI. Æn. Anchises Virgilianus ijs uersibus meminit:

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundauit, curibus paruis, et paupere Terra
Missus in imperium magnum.

Sabini uero unde originem habuerint uariæ opiniones sunt; Sabinos quasi Seuinos à cultu Deorum appellat, indigenas esse, ait, Strabo, et ab eis Samnites, qui Sabelli etiam nominantur, descendisse, Cato à Sabino sang. à filio; at Silius. VIII. punicorum à Sabo, et Sancto eis originem dat; Silij carmina hæc sunt.

Ibant, et gentis pars Sancum uoce canebant
Autorem generis, pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

hic Sancus, autore Ouidio, in Fastis nomine triplici appellabatur sancus, Fidius, ac Semipater, sic n. ait.

quærebam

Quærebam nonas Sanco, Fidique referrem,
An tibi Semipater, cum mihi Sancus ait,
Cuicunq; ex istis dederis, ego munus habebo,
Nomina Terna fero, sic uoluere Cures.

Vicus hic Collorensis subest modico interuallo à Codropoli Castello situs, de quo alias plura inferius. Tiora uicus est, à Tiora urbe Latij, ut existimo denominatus, quam Dion. Halicar. II. antiquitatum recenset, stadys aberat. CCC. à Rheate. Matrem etiam uocabatur. Tenuere Aborigenes Martis oraculum ac fustum ibi fuit, cuius erat mos haud dissimilis à Dodone oraculo, in quod ibi Quercu sacra quiescens responsa uidebatur dare. apud Aborigines autem à Deo missa auis, quam ipsi Picum, Græci Dryocolopatem, siue Arnocolaptem uocant, Super columnam ligneam apparens hoc ipsum faciebat. Illud non prætermittendum censui, quod Theorus aut. Plutarcho in Alcibiade, fuit uir Græcus, in quem Aristophanes inuectus est, inducit n. Alcibiadem, qui balbutiebat, de illo sic loquentem: Celnis Theolum caput adulatoris habentem. Celnis pro cernis, Theolum pro Theorum ad exprimendam balbutiem Alcibiadis positum ibi est. Theoris quoq; ut ipse Plutar. in Demosthene indicat, mulier Athica fuit, et fatidica, quam tum alia multa committentem, tum seruos ad fallendum instituentem, accusauit Demostenes, ac morte multauit. Tiora dictionis Belgradi municipij carnici est, sicuti etiam uicus Lista, quem à Lista oppido Latinorum deriuari ambigendum non est. Aborigenum metropolim fuisse Listam Dion. Halicar. primo antiquitatum referi, Sabini eam noctu ex Urbe amiterna sunt adorti, et incautam cœpere, qui à Lista euaserunt, à Rheatinis suscepti sunt, et cum moliti plurima Urbe frui nequiuissent, sacram dicarunt tanquam suam adhuc Terram diris execrationibus profanos faciendo, quicunq; ex ea deide fructus perciperent, Carni uocabulum corrupere, nam pro Lista, listiciam proferunt. si stadia ex Utina Urbe .XL. uersus meridiem dimetieris Puteolos uicum aspicies, ubi cum Ioannes Iustinianus Prætorem Utinæ ageret, plura numismata cum aurea, tum argentea quidam Uillicus, radicibus arborum euulsis, commentus est; quorum ea cæteris præferebantur, quæ imagine Traiani Augusti erant insculpta: uidi unicum ipsius Cæsaris numisma, quod Iacobus Partistanius Vir antiquitatis amator mihi efflagitanti ostendit, pondo erat scutatorum trium, nec auri colorem immutauerat, perinde ac si tunc è fornace aurifex illud eduxisset, puto hunc uicum à Puteolis oppido Campaniæ nomen sortitum, abest à Neapoli. X. millia passuum, ueluti Antonius Augustus tradit. T. Liuius .IIII. decadis .III, ac sequentis referi homines .CCC. eò in Coloniam deductos à T. Sempronio Longo Consule, M. Seruilio, et. Q. Minutio Tyrannuitis; Nero Cæsar Puteolis cognomen, ac ius coloniæ, Tacito autore, tribuit. Velleius Paterculus in uolumine priori huius Ciuitatis meminit, cui Strabo Geogra. V. ait: nomen inditum, uel à frequentia Puteorum, uel à putore aquarum. Dicæarchiam Plinius uocat .V. libri tertij. Ptol. Dicæarchias numero multitudinis protulit, eius Scholiastes dici hodiè Puzzuoli affirmat, ut etiam uicus noster passim nuncupatur. Statius .II. Syluarum Pollij Surentinum extollens, Dicarchum his carminibus appellat:

Est inter notos Sirenum nomine muros,
Saxaq; Thirrenæ templis onerata Mineruæ,
Celsa Dicarchei speculatrix uilla profundi.
Sidonius Apollinaris.
Nanq; Dicarchææ translatus puluis arenæ

ubi de puluere puteolano innuit, quem M. Vitruuius .VI. Libri secundi laudibus miris extollit. Canusium uicus Tiliauento amni, et Varamo inter iacet, Canusium Apuliæ oppidum ei nomen indidisse constanter affirmarim, quò plurimi ex Romanis cannensi clade affecti accessere, illos Canusini mœnibus, ac tecto excepere, ac tutati sunt, præsertim uero Paula cognomento Busa frumento, ueste, ac uiatico eos iuuit, pro qua munificentia bello perfecto senatus illi honores impertiuit, cum uero ibi essent quatuor Trib. militum Fabius Max. de legione prima. L. Publicius Bibulus, at P. Corn. Scipio de legione secunda, nec non Appius, cl. Pulcher de legione tertia. omnium consensu ad pub. Scipionem admodum adolescentem, et Appium. cl. imperij summa delata est. Canusij per aliquot dies Octauium Augustum morbo afflictatum Appianus memoriæ prodidit, dum M. Antonius ex Syria in Italiam classe fuit deuectus; Liuium Plutar. in Marcello sectatur, alij qui uerò Canusium, et cannas esse idem contendunt, at Procopius tribus millibus passuum alterum ab altero distingit. Æsernia uicus non longè à Canusio est, uulgus Esernicum uocat, dictionem siquidem corrupit, ab Esernia Colonia, quæ in Samnio est, dici opinor; eam. L. Florus eo anno deductam scribit, quo Hiero Rex Syracusarum pacem à Romanis impetrauit. Appianus Alex. primo belli Ciuilis Aserniam dixit, ad quam Vectius Cato Dux Italorum Sociali bello Sex. Iulium ducem Romanorum acie propellens deduxit, et quo Emotilus Samnitum Imperator à L. Sylla uulneratus effugit; Strabo Geogra. V. Æserniam diphtongo scriptam Samniæ ascribit, Eserniam uerò Campaniæ. Silius .VIII. Punicorum de oppido Esernia his carminib meminit:

Et quos aut Rufræ, aut quos Esernia, quosue
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.

haud procul uicus ostenditur, qui Palatium nominatur, stallio flumine adiacet, quod plerique dicunt stellam; hunc uicum opinor denominatum à Palatio oppido, quod Euander in medio fere Urbis Romæ condidit, et à Metropoli Arcadiæ Palantium nominauit, postea uerò per dimi-nutionem literarum Palatium dictum est, ut Solinus, et Dion. Halicarn. autores sunt. Nisus quoq; Virgilianus. IX. Aeneid. hoc innuit Eurya-lum sic allocutus:

tumulo uideor reperire sub illo
Posse uiam ad muros, et mœnia Pallantia.
et rursus
Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallantea.

obiter

obiter id annotandum est, quod Palatium etiam cheronesi Cimerij castellum est à Sciluro, eiusq; filijs contra duces Mithrijdatis excitatum, sicut Strabo .VII. Geographiæ autor est. Carni postremam consonantem huius dictionis Palatium in .L. commutarunt, non .n Palatium, sed Palatiul ui-cum appellant, qui magnus admodum est, ac Comites Sauorgnanos utriq; Illustres Dominos agnoscit. Corniculum uicum in Palustri Carnorum situ positum, uel pueri norunt; à Corniculo ciuitate latinorum deriuatum existimo, cuius à Plinio fit mentio libro .III. historiæ naturalis, autor Liuius est Tarquinium Priscum Regem Corniculum, Camerium, et Crustumerium latinis bello ademisse, Liuio Dion. Halicar. annuit .III. antiquitatum. paludes quoq; ambiunt uicum, quem accolæ Cuculum uocant, in itinere ad oppidum Maranum ducenti collocatum, alter huiusce nõis arduum montis supercilium occupat, primo lapide supra Ciuidale oppidum situs, placuit Bembi Cardinalis uerbo uti, à quo Ciuidale Carnicum, ac Ciuidale Belunianum ad differentiam nuncupantur, sed de ijs mox plura, utriq; uico Cuculum oppidum Latij uocem autumo, indidisse, quod Strabo .V. Geogra. nominat. deriuari quoq; id denominationis potest à Cuculo aui, quarum fortasse ibi copia frequentissima est, utpotè in editioribus locis esse consueuit, Horat. Sermonum .VII. altitem hanc Cucullum hoc metro appellauit:

cui sæpe uiator
Cessisset, magna compellans uoce Cucullum,

Hæc cum tempus pariendi appetit, Curruca ova nido exturbat, et sua enititur, unde Plautus in Asinaria: Cuculum eum uocat, qui cum alienis uxoribus dormire consueuit, et etiam inquit; cubat Cucullus, surge amator, i domum, et mox; cano capite uxor te Cuculum ex lustris rapit, Carni Cuculam utrunq; uicum nominant, Liuius .IIII. primæ arcem Caruentanam. latinis ascribit, quam Aequi M. Aemylio. C. Valerio Potito Coss. occuparunt, donec M. Menenius Trib. plebis agrariæ legislator delectum impediret, postea eam Consul Valerius recepit, colonos, hinc deductos Aquileiam puto, et uicum denominasse, qui Urbem Aquileiam modico interuallo supra est, ac hodie Caluentanus appellatur, incolæ litteram .r. in aliam commutarunt, hinc ad oppidum Gradiscam iter est, cuius descriptionem in præsentia omitto. Cluuianus inde uicus ostenditur uini admodum feracissimus, incolæ clauianum uocant, plerique Claudianum, ueluti à Claudio ei nomen inditum sit, utraq; opinio nequaquam refellenda est, potest siquidem à Cluuiano Samnij oppido deduci, quod Teste Liuio Samnites obsessum fame, quia ui capi non poterat in deditionem acceperunt, ac deditos uerberibus fœdum in modum laceratos interfecerunt. C. Iunius Bubulus Consul nihil antiquius oppugnatione Cluuiana ratus, quo die aggressus est mœnia, ui cœpit, et omnes puberes obtruncauit. Nec minus à M. Claudio, qui Gallis è Carnia exactis, contra Istros bellum confecit, ut libro .IX. decadis .IIII. Liuius attestatur, uel à Druso Claudiano Patre Liuiæ, quam octauius Cæsar Vxorem duxit, si Velleio Paterculo fides adhibenda est, ipsa quippe Liuia uino Carniæ mirum in modum oblectabatur, præcipuè autem Pucino, ut Plin. VI. Libri .XIIII. tradit de uinis generosis loquens; Liuia, inquit, Augusta, LXXXII. annos uitæ Pucino retulit acceptos, non aquoso, gignitur in sinu Adriatici Maris non procul à Timauo fonte, saxeo colle maritimo aflatu paucas coquente amphoras, nec aliud aptius medicamentis iudicatur, hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus pyctanen appellarunt ex sinu Adriatico, et quæ sequuntur. Augustus Cæsar, ut ait Suetonius, Aquileiam sæpe numero accessit, putandum. Quandoq; Liuiam eum sequutam, et cum forte uinum ex hoc uico degustasset, quod medius fidius optimum est, illi patris cognomen indidisse. Iul. Capitolinus in Gordiano iuniore: Claudianas inter columnarum genera enumerat, et Ioannes Magnus Cap. XX libri V. de gestis Gothorum: tonitrua dicit Claudiana, quæ auditu horrenda sunt, exitu autem uana, Iouialibus Gothi malleis ea exprimebant, cum fragores in nubibus concitatos audiebant, tunc enim eorum Deos ab alijs oppugnare arbitrabantur, eisq; malleorum sonitu opitulari. Meretum uicus è Regione huius est, uini feracitate adeo excellens, ut Apollo, et Musæ uini suauitate allecti apud Fiducium meum ibi sæpius hospitentur, alter id ipsum nomen sortitus ad ripas Torrentis Corni est, magis Cereris, quam Iyæi amator, utrunq; opinor ab Hereto latinorum oppido aspiratione in .M. commutata, sicuti usus uetustatis corruptor facere consueuit, denominationem habuisse; Maro Aen. VII. de oppido Hereto sic loquutus est.

Vna ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites
Hereti manus omnis, oliui feraq; Mutiscæ.

Oppidum hoc à Iunone dictum Seruius ibi attestatur, solinus ei assentitur scribens à Græcis conditum in Heræ honorem, sic n. Iunonem uocant. Strabo Geogra. V. uicum Sabinorum esse ait, Halicar. oppidum, prope quod .L. Tarquinius Hetruscos uicit,

STEPHANE supra uicus est, à quo ad Utinum sex millia passuum intercedunt, S. Stefanus à uulgo nuncupatur, ibi Augustinus Todeschinus inter Utinates admodum illustris prædia nimirum feraciora colit, denominatum reor à Stephane Latij Urbe, cui postea nomen Præneste inditum est, ut Plinius .V. libri .III. prodidit, et Volaterranus .VI. geogra. Polistephanum Strabo appellat, idest multarum coronarum. Præneste fuit à copia Lentisci nuncupata, quæ maxima est in montibus, secundum quos ædificata est; nam Græci lentiscum Prinen dicunt, Sylla .XII. millia hominum ibi occidit, unâ cum Mario Iuniore, ac Templum fortunæ condidit, à qua sortes petebantur, quod Silius .VIII. Punicorum his carminibus ostendit:

Hinc Tybur Catillæ tuum, sacrisq; dictatum
Fortunæ Præneste iugis.

Cominium oppidum tenuere Samnites, si Liuius .X. primæ à ueritate non aberrat. hoc sp. Caruilius consul expugnauit ad .XV. millia hominum, et .CCCC. infidem Consulis uenerunt, cæsi sunt ad quatuor millia. CCCLXXX. Plin. nil prorsus de illo meminit; sed Cap. XII. Terij Cominos Aequiculorum populos esse attestatur, si ab Utina orientem uersus quatuor millia passuum metieris, Cominium uicum reperies, qui Turro amni adiacet, alterumq; huiusce nominis, quem Varamus leui aqua interluit, hac iter Venetias proficiscentibus frequentissimum est, uterq; ſũt censeõ, fuit ab oppido, cuius memini, denominatus, incolæ uocalem primam immutarunt, et Caminum uice Cominij protulerunt. prætermisi Rudiam uicum, qui modica intercapedine ab Aquileia disiungitur ad Soncium amnem positus, accolæ i. uocalem abiecere, ac Rudam uocant, puto id nomen inditum à Rudia oppido Appuliæ, cuius Mela, et Plinius meminere, Rudias numero multitudinis Ptol.

cap.

cap primo .III. enunciauit. Strabo autem .V. Geogra. Rhodias, utpotè Rhodios habuerit conditores; ibi Ennius Poeta ortus est, à cuius stercore Maro dixit, aurum collegisse: à Rudia modico fere spacio Uescia positus est uicus Francisco Robortellio Utinate, qui prædium ibi habet, ac in florentissima Bononiæ Academia liberales disciplinas profitetur, ualde insignis; à Vescia urbe Latij uocatum opinor, quam Liuius .VII. primæ recenset T. Manlius Torquatus, et P. Decius Mus. qui deuouit se, Romanorum Coss. latinos deuictos adegere isthuc. Inter amnem Turrum, et Malinam torrentem quatuor circiter millia passuum ab Utina uicus est, quod primo Commentariorum Io. Candidus Horatianum uocat, utpotè à nomine Horatij deductum sit, Horzanum incolæ appellant: ob id ego à nominis similitudine Hortanum potius dixerim ab Hortano Hetruriæ oppido, ut Plin. scriptum reliquit; Hortanam Liuius .III. primæ nominat, et Volscis ascribit; Aequos inde populos M Horatius repulit, dum Romanis subito incursu illud ademissent, Halicar. .X. Antiquitatum Ciuitatem Volscorum esse contendit, et Britonem à quibusdam nominari autor est. Virg. .VII. Aen. Hortinam ijs carminibus dixit:

Qui Tybrim, Fabrimq; bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Hortinæ classes, populiq; latini.

Seruius per classes Hortinas, equites intelligit; Hortinæ inquit, classes, Hortini equites, qui classes dicuntur; unde et eorum Tubas classica dicimus, quæ quinque fuerunt. Supra Utinam .VIII. fere stadijs Paternum uicus, immo Suburbanum est, nos utiq; haud puto erraturos, si eius denominationem à Paterno Campaniæ loco deducamus. Ibi n. Antoninus Augustus locat in itinere, quod ab equo Tutico per Roscianum uehit; eiusmodi nominis alter uicus est Natisoni fluuio accubans, si tamen ille Natiso est. Si uersus occasum Solstitialem à Paterna iter habueris, latinum uicum reperies, à quo Utinam usq; quinq; millia passuum intersunt, existimo id nominis deduxisse ab oppido, quod Saturnus condidit, et Latium dixit, ut à Solino Cap. .VIII. traditum est; posset quoq; sic denominari à regione Italiæ, cui Saturnus Latij uocabulum indidit, quod ibi latuisset; ut Virg. .VIII. Aen. his uersibus ostendit:

Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo
Arma Iouis fugiens, et regnis exul ademptis;
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, latiumq; uocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Varro autem, ut ibi Seruius ait, Latium diri arbitrabatur, quod Italia inter Alpium præcipitia, et Appeninum lateat. cum igitur ex Latio sint Coloniæ Aquileiam deductæ, pro comperto habendum est, aut ab oppido, aut à prouincia nomen uico inditum; sicuti etiam illas ex Latio, et Vrbe huc deductas, Colonia uicus argumento est, quem maiores ad primum lapidem supra Utinam posuere, Fons limpidissimus apud uicum latium est, qui ab Vtinensibus per fistulas in Vrbem fuit deriuatus maximo cum oblectamento, et incredibili omnium admiratione, dum Præforem Utinæ ageret Nicolaus de Ponte Patritius Venetus, quem honoris gratia nomino, eminentissimus siquidem uir, et in omni genere scientiarum absolutissimus est, hinc ad oppidum Faganeam, cuius descriptionem alio differendam censui, breuis admodum uia est; ab oppido ad Vicum Batalliam modica intercapedo, inditam ei appellationem arbitror ab oppido Campaniæ Batulo, de quo hæc Maro Aen. .VII.

Quiq; Rufas, Batulumq; tenent.

Item Silius .VIII. punicorum sic canit:

Qui Batulam, Mucrasq; colunt.

Batulam Silius protulit, quam uox ad nomen uici proprius accedit, cui adiecta i. uocalis est. obiter id adnotabo, Demostenem à tenui ualetudine Batalum fuisse nuncupatum; Batalus siquidem fuit scriptor, in quem ob infractum, et distortum corpus Antiphanes Poeta uersus scripsit. alij Batalum uatem lasciuorum carminum fuisse aiunt, Battalum. n. Attici uocant partem quandam corporis, quæ honestè non potest nominari, ut Plutar. in Demostene autor est. Ad ripam citeriorem Tiliauenti est Vicus, quem Accolæ Vitulim appellant, potuit hanc denominationem consequi à Vitelia Vrbe Latij, quam T. Liuius .II. primæ Decadis Aequis populis ascribit, et Accius Tullius, ac Cn. Martius Coriolanus Volscorum Duces Romanis bello ademere, diuersitas quædam inter has dictiones Vitulim, ac Viteliam intercedit, quæ à uulgo nata est, qui uocabula ferè omnia corrumpit, mutilat, et inuertit; fortasse id nomen potuit quoque adipisci à Vitula Dea, quam Hyllus autore Macobrio in Saturnalibus, lætitiæ præesse arbitratur, de quo mox plura sum dicturus, eo libro, qui de uicis nomina Deorum sortitis à me inscribendus est. si ripas Silis Carniæ fluminis accedas, Occriculus uicus occurret [ut reor] ab Vrbe occriculo denominatus, quam Biol. Vilumbris populis Vmbriæ ascribit, Strabo idemlidem Vmbriæ, qui numero multitudinis occriculos enunciauit; Volaterra .VI. geogra. attestatur esse Vmbriæ municipium latio tamen proximum, an uerò illud Strabo, sicuti ait, Sabinis attribuit, ipse uiderit. fluuius Silis, secundum quem occriculus est, Forumiulium interluit, et diuersus ab eo est, qui Vrbem Taruisij elambit; ob hoc uicus nomen fuit assecutus, qui Silis nuncupatur. Hactenus secundum argumentum absolui, ex quo patet clarè oppida, et Vrbes Latij, et locorum ei proximorum mirificè cum nominibus Patriæ huius conuenire; undè liquidò elicitur Colonos Aquileiam deductos cum ex latio, cum ex Urbe has denominationes indidisse; paucis fortium absoluam; quod Attina Vrbs latinorum sit, Maro .VII. Aen. id clarè his carminibus ostendit:

Quinq; adeo magnæ positis incudibus Vrbes,
Tela nouant, Attina potens, Tiburq; Superbum,
Ardea, Crustumeriq;, et Turrigeræ Antemnæ.

Ciuitas hæc, inquit, Seruius, iuxta paludes Pontinas est, dicta à morbis, qui græce a. TH. dicuntur, quos paludis uicinitas creat; hæc palus in. Volscis fuit iuxta uiam Appiam, et non longe à Circeis, quem locum .XXIIII. Vrbium fuisse Mutianus ter Consul prodidit; exsiccata est Palus hæc à Corn. Cethego Consule, mox à Theodorico rege Gothorum, sicuti ex inscriptione illius cernitur, Latrunculorum sedem fuisse Iuuen. Satyra .III.

eo uer-

eo uersu attestatur.

Et Pontina palus, et Gallinaria pinus,

Atinam esse urbem latij mediterraneam Ptol. III. Geogra. autor est; at T. Liuius, IX. primæ Decadis in regione Samnitum locat, eam. c. Petilius Dict. ator, siue, ut alij maluñt, c. Iunius Bubulcus Consul recuperauit, L. autem Papirius cursor, et Sp: Caruilius Coss. depopulati sunt. Plinius de hac urbe nullum quidem uerbum, at V. libri. III. Atinates populos Campaniæ ascribit, XI. Lucanis, XII. inter marsos enumerat, et insuper Atinates in Apulia esse contendit. Volat. VI Geogra. in latio secundum Liris fluuium ponit, et cl. Neronis Coloniam uocat; Silius Italicus. VIII. Puni: corum: Atinam Vrbem Latinis ascribit, Carmina quæ subiecí utiq; id clarè ostendunt.

hic Scaptia pubes,

Hic Fabrateriæ uulgus, nec monte niuoso,
Descendēs Atina aberat ſa-

Petrus Marsus interpres Silij tradit: Atinam oppidum in monte situm adhuc extare, ac nomen retinere; in decliuitate montis positum reor, ut quasi descendere uideatur, quod Silius his uerbis eleganter expressit.

nec monte niuoso
Descendens Atina aberat.

Reliquum est, ut quartum argumentum explicando eos recenseamus, qui è patria discedentes in solum exterum migrauere, atq; oppidis et urbi: bus ibi conditis, patriæ, à qua exulabant, denominationes indidere, à Rhodo itaq; initium capiamus. Rhodij classe ad Hispanias delati Rhodon urbem ibi condidere, ut Strabo Geogra. XIIII. autor est; idem, Plinio autore. IIII. Historiæ naturalis: Rhodam oppidum in Gallia Narbonensi po suere, à qua Rhodanus amnis appellatus est, autoritatem Plinij Berroaldus sectatur, Dictatorem Tranquilli exponens, ac Rhodani mentionem fa ciens, qui ex Alpibus in lacum Lemanum defertur. Euboici à Troia domum redeuntes penes Edessam in Macedonia Euboeam Ciuitatem condi: dere, alteram in Sicilia, et alteram in Corcyra, si Straboni aliqua fides adhibenda est; quippe qui Euboeam quoq; in Lemno, ac Argiuorum Ter: ra collocauit, Castellumq; Syracusarum Euboeam uocari testis est. Cato de originibus Pisam Hetruriæ urbem à Pisis Alphæis Pelasgis ædi: ficatam refert. Phocenses identidem populos, Pelios populos, Pelium montem, ac Peliam fluuium. o. denominationem à locis Græciæ habuisse, compertum. n. est Phocenses, ac Pelios Græciæ populos fuisse; oppidum etiam Pelium Strabo Thessaliæ ascribit, à quo Pelij Populi Thessaliæ; ubi quoq; mons Pelius est, cuius arbores Argonautæ effecere, ut Catullus his metris luculenter ostendit:

o in Hetruria Transiminia reperiri ait, unde apparet cum populos, tum montem, ac

Peliaco quondam propugnatæ uertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus, et fines Aeeteios.

Val. flaccus identidem primo Argonauticon:

in mœnia pernix
Thespiaca ad ocharum Tritonia deuolat Argum,
Moliri hanc pubem iubet, ac dimittere ferro
Robora. Peliacas etiam Comes exit in umbras

Virg. X Aen. Copias Aeneæ auxiliares narrans memorat, quod Pisa Vrbs Italiæ, quam Pisis fluuius Antonino Augusto autore aluit, denomi: nationem habuit à Pisa Elidis Vrbe nobilissima; sic n. ait Poeta Eminentissimus:

Hos patere iubet Alphæam ab origine Pisæ,
Vrbs Hetrusca solo.

Ibi Seruius ita disserit: Alphæus Fluuius est apud Pisam, et Elidem Ciuitates Arcadiæ, ubi est templum Iouis Olympici, ex quibus locis ueneruni, qui Pisas in Italia condiderunt dictas à Ciuitate pristina; unde addidit, Vrbs Hetrusca solo, cum præmisisset, Alpheæ ab ori: gine Pisæ, hactenus Seruius. Illud ex. VIII. Strabonis adyciendum est; Pisam Vrbem Græciæ à Pisa fonte nomen habuisse; fontem au: tem à pitissando, id est, bibendo appellatum; quod Antoninus Augustus ordatur innuere, cum dicat Pisim fluuium Pisam Vrbem Italiæ præter: labi. Pyrgi, [ut Strabo ait] oppidum est Pisæi Græciæ agri, et Italiæ similiter ad Tyrrenum mare, quod Virg. Aen. VII. uetus hoc carmine appellauit:

Et Pyrgi ueteres, intemptæque Grauiscæ.

Vtranq; Ciuitatem à Pyrgitis Græciæ populis, qui agrum Pisæum coluni ædificatam, non dubitandum est. Sybaris fons est Burræ Ciuitatis Peloponensij à quo Sybaris fluuius Italiæ nomen habuit, uel Strabone VIII. geogra. autore; qui oppidum quoq; Sybarim Crotoniatis populis Italiæ ascribit, quod Achiui erexere in Crathidem, ac Sybarim fluuios. Pausanias in Eliacis de Sybari oppido cum Italiæ, tum Græciæ meminit; et si Plutar. in Pericle audiendus est; Sybaris Colonia fuit à Pericle missa in Italiam, et à plerisq; Thurria nuncupata. Solinus ue: rò tenet, Sybarim oppidum Italiæ à Troezenijs, et Sagari Locrifilio excitatum, quod Plin. III. historiæ naturalis una cum amni Brutiorum agro assignat. Ptol. autem Tarentinis, ac Thurium uocat; eius Ciues à Crotoniatis ob luxum delectos Leonicus de uaria historia ex Thimæo autor est. Salamina Ciuitatem Achaiæ fuisse, ac Teucri Thelamonis filij Patriam; Euander Virgilianus. VIII. Aen. his uersibus autor est.

Nec minus Hesiones uisentem regna sororis,
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.

Capto . .

Capto Ilio, Teucer ui tempestatis ad Cyprum delatus ibi Urbem condidit, et à nomine patriæ antiquæ Salamina dixit, uti Plutar. in Euagora, Vel-leius paterculus in uolumine priori, ac Mela in VII. Geogra. tradidere, apud ipsum Paterculum id etiam legitur Agamemnonem Troia excisa, ui tempestatis actum in Cretam insulam tres ibi Urbes condidisse, Mycenas, ac Tegeam Patriæ cognomines, ac Pergamum à uictoria; quod Micenæ, ac Tegea Græciæ urbes fuerint, uel Pueri norunt. Appia. Alexandrinus libro, quem Syri-ac. inscripsit, Tegeam quoq. inter Syriæ oppida enumerat. cum Messenij Græciæ populi, et Dux eorum Aristomenes fuissent à Lacedæmonys superati, Messenemq. Ciuitatem amisissent, Zanclem Siciliæ Urbem occuparunt; et antiquato ueteri nomine, Messe-nem uocarunt; mox ab Epitele, ac Epaminonda in Patriam restituti, oppidum nouum excitarunt, ac ei Messenes, pristinum ui-delicet nomen indidere, ut Pausanias in Messenijs autor est. cuius sententiæ Plutar. in Agesilao astipulatur, licet innuat Epa-minondam Messanam ipsam condidisse. at Diodorus Siculus .V. de gestis fabulosis tradit Orionem Messanæ Urbis Siciliæ, qu-am priuś Zãcli appellabatur, autorem extitisse. Ammia. Marcellinus libro .XXIII. historiarum Messenem Assiriæ Adiabenæ ci-uitatem ascribit, quæ priuś Apamia dicebatur; licet hinc coniectari aut Græcos, aut Siculos illuc profectos antiquum nomen immutasse, ut de Zancle immutatum ostendi, quæ Strabone autore id nomen sortita est quod esset Curua, Siculi. n. Zanclia uocant ea, quæ curua sunt. Omnium sanè scriptorum sententia est, Troiam Phrigiæ Urbem post decem annos à Græcis excidium per-tulisse; cum Menelaus, et ingens captiuorum manus ui tempestatis Aegypto appulissent, Troiani captiui abeo defecerunt, et cum diuti-us ad inuicem pugnassent, non prius Troiani quieuere, quam libertate data urbem Troiam iuxta Nilum condidere, ut Diodo-Sicu-lus .II. de gestis fabulosis meminit, Troia insuper, ut Dion. Halicar. II. antiquitatum ait: in Butroto Epiri portu quidam Tumulus est à Nationibus, quas ibi habuere Troiani, capto Ilio, cum Aenea profugi nomen sortitus, ad quem Ouidius .III., Meta. his carminibus innuit:

Proxima Phœacum fœlicibus obsita pomis
Rura petunt, Epiros ab his, regnataq. uati
Butrotos Phrygio, simulataq. Troia tenetur.

Vatem phrygium appellauit Helenum Priami regis filium, qui Vrbem Troiam in Chaonia Epiri excitauit, ut Maro Aen. III. sic loqui-us est.

Procedo, et paruam Troiam, simulataq. magnis
Pergama, et arentem Xanti cognomine riuum
Agnosco, Scææq. amplector limina portæ.

Idem Poeta ibi referi, quod Aeneas in Creta insula urbem Troiam ædificauit, seu magis Pergamum, uersus Poetæ hi sunt -

Hortantur socij Cretam, proauosq. petamus;
Prosequitur surgens à pupi uentus euntes,
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior Vrbis,
Pergameamq. uoco, ui lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcẽq. attollere tectis.

Locus etiam ille agri laurentis, ubi Aeneas cum Troianis errorem cohibens consedit, Troia nuncupatus est, ut Halic. perhibet; cu-ius sententiæ Liuius annuit, à quo id relatum quoq. accepimus Troiam uocari eum locum, in quem primum Antenor Venetos, et Tro-ianos eduxit; ac inde pagus Euganeorum uocatus est Troia, gens autem Vniuersa Veneti. Operæ præcium est id obiter obseruare, quod Troia Substantiuum nomen trisyllabum est, ac primam corripit, adiectiuum autem producit; ut Seruius hoc Virgilij hemisti-chion interpretatus obseruauit, utpote occulatissimus:

Et Troja gaza perundas.

Quod et Quintianus adnotauit Epographia prima, et sexta; illud siquidem carmen adducit, quo Virgilius Aeneida inchoauit.

Arma, uirumq. cano Trojæ qui primus aboris.

Vbi Troiæ dactilon esse contendit, uti etiam illud Senecæ in Troada:

An frequens ruscis leuib. Methonæ
Quæ sub Oetæis latebrosa syluis
Misit infestos Troiæ ruinis
Non semel arcus.

Pallantium Arcadiæ oppidum esse Pausanias in Arcadicis tradit, quod Pallas filius Lycaonis condidit, dum Nyctinius eius fra-ter natu maximus regnum Paternum adijsset, Oresteus Orestasium, et Phigalus Phigaliam, oppida constituissent. Pausaniæ Virgi-Aen. VIII. ita loquens scribit:

Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa sequuti,
Delegere locum, et posuere in montibus Vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum -

Euander profectus in Italiam ibi condidit, ubi nunc Roma est, ac oppidum Pallanteum condidit, quod à Romanis postea dictum Palatium est, unde mons Palatinus, et Apollo Palatinus, de quo Elegiarum. IIII. sic ait Propertius:

Musa.

Musa Palatini referamus Apollinis ædem,
Res est Calliope digna fauore tuo.

Horatius primo Epistolarum

et tangere nitet
Scripta, Palatinus quæcunq; recepit Apollo.

Dion. Halicar primo antiquit. refert Pallantium Arcadiæ metropolim fuisse, à quo Euander Castellum Pallantium nominauit, ubi nunc Roma est, positum, quod deinceps Romani Palatium dixere, cui Ouid. primo Metamor. allusit Iouis regiam describens.

Hîc locus est, quem si uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia Cœli.

Quod etiam Regius interpres innuit, præterea ipse Dion. Palatium oppidum Latij fuisse assueuerat, .xxv. Stad à Rheate distans, et uiæ Quintiæ proximum, quod tenuere Aborigenes Solinus Cap. xxv. attestatur Erythræam esse insulam Hispaniæ, sic à Tyrijs è rubro mari, q. Erythræam dicitur, profectis uocatam, Pœni Gadir, idest sepem, nuncupant. Propert. iii. Eleg. huiuc opinioni annuit:

Amphytrionides qua Tempestate Iuuencos
Egerat à stabulis, ô Erythrea tuis.

Beroaldus interpres Propertij nomine huiuscemodi appellatam referi, quia eius conditores ab Erythreo mari uenerunt, nec Plinius id aduersatur, nec Phœrecides, qui Erythræam esse Gades affirmat, è qua Hercules Gerionis oues abduxit, ut ipse Propert. ibi attestatur.

Venit ad inuictos pecorosa palatia montes,
Et statuit fessos fessus et ipse Boues.

Vbi Poeta innuit palatium à pecore nuncupatum, sicuti Varro autor est, ac Nœuius, qui balatium à balatu ouium illud nominauit. Larissam fuisse urbem Italiæ Dion. Halicar. primo Antiqui. testis est, quam Pelasgi à Græcia profecti erectis siculis condiderunt, uocaruntq; à nomine Larissæ Vrbis Peloponensi, quæ fuerat eorum metropolis. Amyclas fuisse Vrbem latinorum, quæ à Serpentibus deleta est, Plinius haud præter: misit, nec Virgilius .x. Aen. his carminibus, quæ subieci.

Protinus Antæum, aliq. Licam, prima agmina Turni
Persequitur, fortemq. Numam, fuluumq. Camertem,
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri,
Qui fuit Ausonidum, et facilis regnauit Amyclis.

Seruius: inter Caietam, et Tarracinam, inquit, oppidum constitutum est a Laconibus, qui Comites Castoris, et Pollucis fuerunt, et ab Amyclis prouinciæ Laconiæ Ciuitate. ei nomen inditum. Lacones itaq; isti cum secundum sectam Pitagoream à cæde omnium animalium abstinerent, ac uicinis paludibus natas Serpentes occidere nefas putarent, ab ijsdem interfecti sunt, unde Amyclas facilas dixit, id est Pytagoreas, nam Pythagorica uirtus est quinquenale silentium. est et alia expositio, cum frequenter nunciarentur hostes, et inani Terrore Ciuitas quassa retur, lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret aduentum, postea cum uere hostis ueniret, nullo nunciante, ex improui: so capta est. Vnde Tacitæ Amyclæ dictæ sunt, quod periere silentio: hinc est quod ait Lucilius, mihi necesse loqui est, nam scio Amy: clas tacendo perysse, id ipsum attestatur Mancinellus Commen. iii. Georg. Carmen illud enarans:

Talis Amycleæ domitis Pollucis habenis
Cyllarus &c.

ac Erasmus in chiliadibus. Pausanias in Laconicis tradit: Amyclam lacedæmonis filium Amyclas oppidum condidisse in laconia, sicu ti autem Amiclæ Vrbs Italiæ à Virgilio Tacitæ appellantur, sic Amiclæ oppidum laconiæ dicuntur uirides, ac tetricæ. Statius in Epicedio patris:

qua lege recurrat
Pindaricæ uox flexa liræ, uolucrumq; precator
obsitus, et tetricis Alcman cantatus Amyclis.

Idem .ix. Thebaidos.

Figitur ora Iamus, flet Saucius inguina Lygdus.
Perfossam telo niueam gemis Aeolæ frontem,
Te præceps Euboea tulit, te candida Tysbe
Miserat, hunc uirides non excipietis Amyclæ.

Opinor tetricas dici à uita nimis austera, quam Lacones ducebant, uirides aũt ob luctam, in qua oleo ungebantur, et nudas uir: gines adhibebant, ut Propert. iii. Elegiar. his carminibus ostendit.

Multa tuæ spartæ miramur iura palestræ,
Sed magè Virginei tot bona gymnasij.
Quod non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella uiros.

Plin.

Plin. libro. III. historiæ naturalis Argos Vrbem Apuliæ, scribit à Diomede conditam, prius Arpi, nunc uerò Argirippa nominatur, minus ædepol ambigendum est, Diomedem illi nomen ab Argis oppido Græciæ indidisse. Uti Phœnices, si Ammianus Marcellinus uerax est, Tyrum Ciuitatem, ac Coloniam Syriæ Europeæ, quam Tyras fluuius alluit, à Tyro Phœniciæ nuncuparunt. alia ferè innumerabilia id genus, possem in medium afferre, Laco autem potius, quam Milesius esse malo. Vltimum itaq; argumentum enucleabo, quod ijsmodi est, C. Plinium de situ Carniæ loqui, cum de interritu Atinæ, ac Celinæ meminit. Ut autem hoc facilius queat dignosci, audiamus ipsum Plinium: Sequitur, inquit, decima Regio Italiæ Adriatico mari apposita Venetia, cuius fluuius Silis ex montibus Taruisanis, oppidum Altinum, flumen Liquentia ex montibus opitergijs, et portus eodem nomine, colonia Concordia, flumen, ac portus Romatinum, Tiliauentum maius, minusue, Anassum, quo Varamus defluit, Alsa, Natiso, cum Turro præfluente Aquileiam Coloniam. XII. mill. passuum à mari sitam, carnorum hæc regio, iunctaq; regioni Iapidum, amnis Timauus, Castellum nobile uino Pucinum, Tergestinus sinus, Colonia Tergeste. XXIII. mill. passuum ab Aquileia, ultra quam sex mill. passuum Formio amnis ab Hauenna. CLXXXIX. mill. passuum, antiquis auctæ Italiæ terminus, nunc uerò Istriæ. qui hoc caput Plinij, quod est. XVIII. libri Tertij, tantum legeret, procul dubio urbes celeberrimas Cremonam, Brixiam, Veronam, Vincentiam, Patauium, Opitergium, Belunum, aliasq; plurimas extra Veneticæ fines existimaret, at si caput sequens, quod de Istria inscribitur, præ oculis habuerit, has etiam in Venetia sitas nequaquam dubitabit, nam ita hæc duo capita sunt connexa, ut nequeant prorsus diuidi, nam si diuiderentur, Venetia regio inter Silim, et Istriam solum comprehendere tur, ipse autem Plinius ambiguitatem hanc tollit, cum enim caput decimum octauum ita inchoauerit: Sequitur decima regio Italiæ Adriatico mari apposita Venetia, sequens his uerbis auspicatur: Istria, ut peninsula excurrit, latitudinem eius. XL. mill. passuum prodidere quidam, et cum oppida Istriæ, Ægidam, Parentium, Nesactium, et Polam enumerauit, hoc caput ita cum superiori annectit: In mediterraneo, inquit, regionis decimæ Colonia Cremona, Brixia Cenomanorum agro, Venetorum autem Natri, Ateste, et oppida Acelum, Patauium, opitergium, Belunum, Vicetia, Mantua Tuscorum trans Padũ sola, et quæ sequuntur. Phineus equidem, ac Tiresias, qui oculis capti sunt, hæc duo capita uiderunt adeo esse coniuncta, ut nullo pacto queant dissolui, utrunq; siquidem oppida Venetiæ complectitur, recenseq; Adde, quod sicut in utroq; urbes, ac oppida nunc extantia enumerauit, ad eas quæ suo tempore interierant, in posteriori procedit: ex Venetis Atinam, Celinam, Carnon, ac Segestam, ex Tauriscis Noreiam, præterea oppidum, quod. XII. lapide ab Aquileia M. Claudius, et L. Marcellus, inuito etiam Senatu, deleuere, uti L. Piso autor est. Unde cum hæc oppida in Foroiulio sint, et congruant cum ijs, quæ caput. XVIII. declarat, medius fidius arguendum est, duo hæc capita unum corpus effitere, ac Plinium in priori sub nomine Altini, Concordiæ, Aquileiæ, in posteriori Atinæ, Celinæ, Carni, ac Segestæ uniuersæ Carniæ tractum expressisse. Vtinam esse carnorum Metropolim omnes consentiunt, eam ueteres Atinam uocasse non inconsentaneum dictu est, cum ex nominis similitudine, tum ex sono, qui utriq; par est, nec alia diuersitas inter Atinam, et Vtinam sit, quam unius literæ, quam usus uetustatis corruptor, uel inuertit, uel immutauit, ut in pluribus facere consueuit. Brenus Gallici agminis dux, Brennonam Ciuitatem in Italia excitauit, hæc postea immutatis literis Verona dicta est, maior quippe immutatio ex Brenona in Veronam, quam ex Atina, in Vtinam consistit, hæc primam solum uocalem, aut inuertit, aut immutauit, ea primam immutauit, secundam, quæ consonans est in uocalem transtulit, sequens uocalis formã consonantis recepit, magna itaq; transmutatio ex Brennona in Veronam effecta est, nihil eadem Vrbs est. Idem Opitergio Carnorum oppido euenit, quod Cæsar, Plinius, Lucanus, Quintilianus, et alij Opitergium dixere, Ptol. uero. III. Geogra. Opipergium, Antoninus Augustus in itinerario Vbitergium, Strab. autem Geogra. V. Epiterpum uocant. sed quid plura? non ne oppida, et Vrbes sunt, quæ integram prorsus dictionem immutarunt? Iliturgis oppidum Hispaniæ hodiè Mora nuncupatur, Illiberis Granata, Numantia Soria, Bituris Galliæ Vrbs olim Auaricum dicebat? Iulia Ciuitas, nunc Parisij, Itium Belgicæ oppidum recentiores Calesium dixere, Gesoriacum uerò nunc, Bononia est, prisci Athenas Vrbem Atticæ nobilissimam uocarunt, ei à neotericis Setiriæ nomen inditum est, Sinope urbs Campaniæ, Suessa hodiè pronunciat? Amineum oppidum, q. Picentini populi, autore Macrobio, tenuere, Salernum his temporibus nominatur, Circeio Latij promontorio, et urbi S. Felicitatis appellationem indidere, Alsioq; oppido Hetruriæ S. Seuerinæ uox immutata est. Sabbata, siue ut Plinius ait, Sabbatium Liguriæ maritima Vrbs Sauona uulgò nuncupatur, Titinum Papia, Tusculum in Frascati nomen arbijt. Pixus ciuitas Lucaniæ Buxenti uocem adepta est, postremò Aternus Ciuitas, et fluuius Marrucinorum in denominationem Piscariæ immutati sunt. Non igitur dicere absonum est, Vtinam prius Atinam dictam fuisse à Colonis ex Atina Vrbe Latij Aquileiam profectis. quod Cœlina Vrbs Carniæ fuerit, uel grauissimo Plinij Testimonio acquiescere deberemus, uerum enimuerò id quoq; Sabellici, Candidi, et aliorum, qui rerum Carnicarum meminere, autoritatibus comprobatur, nec minus Cœlina fluuio, secundum quem fuisse positam existimamus, his temporibus nobilissimo, quippe qui magnam lignorum uim ad inclytum orbis ferè uniuersi Emporium Venetias deuehit, ut annis superioribus uidi, eò Hieronimum Cesanam Seraualen Iurisconsultum eminentissimum Comitatus, Is. n. Francisci Sanuti Equitis Foroiuliensium Prætoris assessor litem, qua illi de Montis Regalis, et Maniaci ob id flumen disceptabant, iudicio exactissimo diremit. Candidus primò Aquileien. Commen tradit, Celinam ibi fuisse, ubi nunc Maniacum est, ibi. n. hoc Epitaphium in marmore obeso legitur.

* locus videtur mutilus.

C. HOSTILIVS, et L. EGNATIVS VEITOR QVINTÆ DECIMÆ LEGIONIS TRIB. PRO S. P. Q. R. CVM BARBARIS DIMICANTES PARITER occisi, HIC PARITER IACENT, SINGVLARE POSTERIS EXEMPLVM, ET CHARITATIS, ET FORTITVDINIS. CELINENSES. XXL. DIES ATRATI LVXERVNT. ____ Item aliud

C. VIRGINIO SVAVISSIMO FILIOLO RARÆ PVLCHRITVDINIS, ET LEPIDITATIS ADOLESCENTVLO AB AQVILEIANIS MILITIBVS

PRESSO, DE PONTE LAPSO, ATQ̃ MISERABILITER EXTINCTO. C. VIRGINIVS LEGATVS. L. POSTVMII DICTATORIS, ET LOLIA INFELICISSIMI PARENTES POSVERE.—

Hinc medius fidius patet Urbem Forĩulij Celinam fuisse, à qua populi Celinenses nuncupati sunt, ueluti Epithaphium prius innuit, nullibi.n. legitur Ciuitatem hanc extra fines Carnorum Italiæ populorum extitisse; non inficior tamen, quod Antoninus Augustus aquas Cilinas Hispaniæ locum esse atteſtatur, et in itinere à Bragara ducente Asturicam constituit. Nunc de Carno aliqua dicamus, quod Plinius oppidum statim post Atinam, et Celinam recenset. Forojulij locus est ad radices montis positus, eum ab Utina .XII. lapis ferè disterminat, incolæ quam Iam litteram immutarunt, non.n. Carnos, sed Carmos dicunt. Augustus Hieronymianus Poeta Vtinensis absolutissimus in Saphicis, quæ duci Venetorum Hieronimo Sauroniano Vtinensi elaborauit, Cormonem his carminibus, quæ subiecti nominat:

Vt celer summi domitas fugarit
Cæsaris Turmas, dederitq̃ læto
Anxios Terræ, pelagiq̃ reges
Viuere uultu.
Vt Cromoneo uiolentius hosti
Dempserit Sauis alimenta flam̃is,
Vt uel alpinas superarit arui
Fulmine turres.

uoluit forte ad similitudinem nominis alludere; Nam Cromio agri corinthiaci est uicus à Cromo Neptuni filio denominatus, in quo Pithio campes fuit educatus, sicut in Corinthiacis Pausanias scriptum reliquit, uel causa metri .r. litteram ex loco tertio in secundum posuit. ut Virg. X. Aeneid

Nam tibi Tymbre caput Euandrus abstulit ensis.

Cum Tymber dicatur, uel ipso Virgilio autore, cuius uerba hæc sunt.

Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in armis
Daucia laride, Tymbersq̃ simillima proles,
Indiscreta suis, gratusq̃ parentibus error.

Sabellicus tamen .II. de uetustate Aquileiæ in sententiæ Hieronjmiani manibus, et pedibus it, nam Cromonem uocat; Paulus uero Diaco. de gestis Longobardorum, et Ioannes Candidus Cormonem appellant; id quoq̃ ab eis proditum est; Patriarcharum sedem ibi fuisse ab Helia, usq̃ ad Calistum .XXXIIII. Antistitem. Antonius Bellonus in Paulo. XXI. idem atteſtatur, Cormonum tamen nominat, Petrus Bembus Cardinalis .VII. historiæ Veneiæ Cormonse uocat: Quamobrem, inquit, formentis muralibus adductis, q̃ oppidum Cormonse citra Sontium flumen natura, atq̃ arte Communitum, monti.n. impositum muro prælto cingebatur, opportunum hostibus receptum dabat, omnib̃ ad id copijs accesserunt, magnaq̃ ui aggressi deiecta muri parte celeriter cæperunt, et quæ sequuntur. Andreas Mocenicus libro V. Historiæ Cameracensis Cromonium appellat. Cum itaq̃ autores ij de nomine huius oppidi adeo uaria memorent, Plinium ego sequar; et Carnon magis dicendum opinor, utpotè illi à carnis populis nomen inditum sit. quemadmodum etiam Persepolis Vrbs à Persis nuncupata est, Item Albana Ciuitas, quæ post Cæsij Asiæ fluminis, q̃ui Ptol. V. geogra. aiũt à populis albanis, et Carmanæ oppidum à Carmanis Asiæ populis denominatio indita est, ut apud ipsum Ptolomæum legitur. Si autem uolumus aliunde id nominis deriuare à Iouis cognomine, qui Carmon dicebatur, et stadio uno Templum habuit à tumulo Epaminondæ, ut Pausanias in Arcadicis refert, ac Giraldus Syntagmate secundo, illud deducemus. Id uero in præsentia omitto, et identidem oppidum Segestam, quod paludibus Carniæ ambitur, et à Plinio statim post Carnon explicatur, cum.n. à Dea Segesta ei nomen inditum sit, de illis posteà sum acturus. Id obiter adnotabo, id neotericos Sextum uocare, utpotè à numero Ciuitatum, seu uicorum nomen adeptum sit. ad Noreiam itaq̃ oppidum procedamus, quod intercidisse Plinius ex Tauriscis memoriæ prodidit, an uero in Carnia fuerit, nec ne discutiendum est. Strabo Geogra. IIII. post istos, inquit, propiores sinum Adriaticum ad Aquileiam non nulli Norici, Carniq̃ tenent, in Noricis, et Tauristi sunt, idem libro V. Aquileia sinui, ait, proxima à Romanis condita est, incumbentibus imposita barbaris, ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur nauibus p. Natisonem fluuium plus stadijs. LX. gentes ad Istrum Illiricæ ad ipsum subuehuntur emporium, conuectant autem hi res sanè maritimas, uinum ligneis dolijs, quæ plaustris imponunt, oleum præterea, illi autem mancipia, pecora, pelles. Extra Veneticæ quidem fines Aquileia est, quæ flumine ab alpibus descendente disterminatur, p. quod sursum nauigatur stadijs mille, ac ducentis ad Vrbem usq̃ Noreiam, ubi. C. Carbo Collatis aduersus Cimbros signis re infesta discessit, et quæ sequuntur. Cum itaq̃ Plinius Noreiam in Tauriscis locet, Strabo autem Noricos, et Carnos sinum Adriaticum ad Aquileiam tenere autor sit, et in Noricis Tauriscos esse affirmet, Noreiamq̃ Vrbem Aquileiæ proximam fuisse innuat, utiq̃ dicendum est Noricos Tauriscos, et Carnos tractum Forojulij olim tenuisse, ac Noreiæ oppido denominationem ab ipsis Noricis fuisse inditam. Illud probationi accedit, quod Strabo ait, flumine Aquileiam disterminari, p. quod ad Vrbem Noreiam sursum nauigabatur, non longè ab Aquileia Noreiam fuisse id clarè ostendit, et subindè in regione Carnica, quæ

ultra

ultra Timauum [sicuti supra docuimus] late protenditur; quod uero Aquileiam extra fines Venetiæ Strabo male posuerit, ex ijs, quæ primo libro sunt congesta, liquet, satis. Petrus Bembus Cardinalis .VII. historiæ Venetæ Castellum Treuisam Istriæ ascribit, unde profecto elicitur, quod Turisci eam oram incoluerint, ut Strabo tradit, et ab eis Castellum hoc denominatum sit, cuius nomen uulgus postea corrupit, ut pro Taurisco Treuisam dixerit. Cæsar primo de bello Gallico urbem Noreiam in Norico sitam esse ait; Raimundus Marlianus quædam in Cæsaris commentaria edidit, ubi Noricam pro Noreia legit, et Norimbergam hodie à Germanis uocari autor est. Concedamus Noreiam recte ibi legi, alia enim uero ab ea erit, cuius et Strabo, et Plinius meminere; nullus. n. fluuius Aquileiam disterminat, p. quem ab Urbe hac usq ad Noreiam Cæsaris, et Noricam, siue Norimbergam ipsius Marliani sursum possit nauigari. Comperti-simum ergo est, Noreiam, de qua Plinius, et Strabo, esse oppidum Carniæ, q. Norici cum Tauriscis Aquileiam profecti à Noreia urbe nuncuparunt; ad Sontium Amnem positum est, à quo Aquileia sub uocabulo Natisonis olim alluebatur, sicuti mox sum dicturus, et Strabonis errorem ostensurus in numero stadiorum, quæ ab Aquileia usq. ad Noreiam ipsam Carniæ interiecunt. Ioannes Candidus Noritiam uocat forte à Nortia Suitrinorum Dea, uulgus Goritiam nominat, eius descriptionem in præsentia omitto, cum alijs. n. oppidis eam explicare consentaneum est. puto me hactenus satis, superq. argumenta proposita enucleasse, ita quod nihil pene supersit ad cognitionem huius rei, quam scribendam suscepi. Quod. n. ad primum argumentum attinet, ostendi Aquileiam Coloniam, tum ex Vrbe, tum ex Latio deductam, Vicos deinceps, ac loca non nulla in Forotulio extare, quibus nomina Vrbium, et oppidorum Latij, Hetruriæ, Samnij, Campaniæ, Brutij, et Apuliæ indita sunt, insuper Atinam esse urbem Latij; præterea ueteres oppidis recens conditis nomina Vrbium, et oppidorum, à quibus diuerterant, indidisse, ac postremo. c. Plinium de situ Carniæ huius loqui, cum de interitu Atinæ, Celinæ, Carni, Segestæ, ac Noreiæ meminit. Cum itaq. ratio euidens sit ex ijs, quæ adduxi, loca, et uicos Patriæ nomen sortitos ab oppidis latinorum Hetruriæ, Samnij, Campaniæ, Brutij, ac regionum, quæ illis adiacent, necessario arguendum est aliquos ex Atina Colonos hic consedisse, ubi Arx est, ac memores Patriæ, qua migrarunt, locum Atinam denominasse, quam posteri uel inuersa, uel immutata prima littera Utinam* dici oportere, quasi Pannonica dictio sit, non autem Latina, ut Sabellicus perperam existimauit. Latina medius fidius uox est, atq. Atina, quæ potens à Virgilio nuncupatur, orta est, unde id elicitur, quod maior inde numerus Colonorum Aquileiam deducens, quam ex alijs locis descriptus sit. puto Vicum primo ibi extitisse, cui Atinates à Veteri Atina uocem indidere; Vrbs ex Vico paulatim effecta est, uti etiam Romæ Vrbi euenit, quam ibi conditam perhibent, ubi stabula Regis Euandri fuere, unde Proper. IIII. eleg. sic canit.

* deest aliquid.

Hoc quodcunq. uides hospes, quæ maxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis, et herba fuit.
Atq. ubi Nauali stant sacra palatia Phœbo,
Euandri profugæ concubuere boues. co

Tibullus identidem libro eleg. secundo.

Carpite nunc tauri de septem montibus herbas,
Dum licet, hic magnæ iam locus urbis erit.

argumento id etiam huiuscemodi comprobatur, quod sicuti Atina urbs Latij condita in monte arduo fuit, unde Silius uates ait.

nec monte niuoso
Descendens Atina aberat,

ita hæc in editiori monte, qui arcem sustinet, posita est. Nomen itaq., situs, et positio utriq. par est, sors autem dispar, sicuti n. ob excidium illius Roma fuit omnium rerum potita; hæc Aquileia excisa, quæ totius Venetiæ habita Metropolis est, solius Carniæ fuit magistratum consequuta, cui superioribus annis non parum etiam diminutum est, at qui hoc facinus moliti sunt libertatem prorsus amisere, ac seruituti perpetuæ addicti sunt. Nos uero his omissis ad propositum redeamus, siquidem malum consilium consultori pessimum. ad probandum, quod Vrbs Carniæ, quam recentiores Utinam dicunt, Atina debet nuncupari, hactenus nonnulla in medium adduxi; nunc uel hoc unum adijciamus, quod insigne Vrbis hac A figura expressum id clare ostendit. A. literam profecto hæc figura præseferi, à qua hæc dictio Atina initium capit, propterea ego sic de hac re sum loquutus in poemate, quod Dominico Bolano Prætori Atinam inscripsi:

Hæc Vrbs, quam gemino præterfluit æquore Turrus
Progenitus latebris Musarum, et carcere cæco
Rupis inaccessæ, Latiæ uetus obtinet Vrbis
Nomen, et à prisca genitrice uocabula seruat.
Illa potens Atina fuit, qua uindice Turnus
Nequicquam Rutulos armauit,
et mox.
Ex illo fertur Latij Mauortia pubes
His sedisse locis, hæc propugnacula summo
Erexisse iugo, turritaq. mœnia nostræ
Vrbis aueniferi posuisse ad flumina Turri,
Et Patriæ Atinam de nomine compellasse.
Postera mox annis urbem fugientibus ætas

Utinam

Vtinam dixit, mutataq; littera prima est,
Immò inuersa pedes Cœlo, ac uestigia fixit,
Et caput in præceps dedit, illisitq; barathro,
Vtinam hinc omnes appellauere minores,
Insigni tamen urbis adhuc migrantibus hæret
Interfusa notis, ueterisq; ab origine formæ
Ostendit Latij genus, Atinamq; figurat.

Præterea id etiam probationi accedit, quod à Petro Antonio Sbroiauacca, et Petro Alchainio Vtinensibus, qui antiquitate plurimum delectabantur, olim accepi. Narrabant sibi cum Fontana Venetorum Architecto, cuius opera Iacobus Cornelius Prætor in ædificanda rursus arce usus est, familiaritatis multum intercessisse, ac dum excauationi ueteris arcis pariter assisterent, ter arcem incensam sub fondamentis reperijsse, ubi turris triangularis uestigia uisebantur, in fundamentis cuius numismata commenti sunt, P. Corn. Scipionis Nasicæ, C Flaminij, et L. Manlij Acidini, à quibus Colonia ex Latio Aquileiam deducta est. Numismata hæc Cornelius Prætor habuit, et sua in fundamento arcis, quæ nunc extat, cõlocauit. Non ne hoc argumentum euidentissimum est hanc Vrbem ab Atina Urbe Latij originem, ac denominationem habuisse? et Atinam pro Vtina dici debere? Id uel turris, quam triangularem dixi fuisse, nimirum innuit, alter siquidem Angulus Nasicam, proximus Flaminium, Tertius Acidinum significabant, qui numismata eorum ibidem condi iussere, ut inde huius rei ueritas omnino eliceretur. attamen usus corruptor uetustatis obtinuit, ne Atinam, sed Vtinam potius diceremus, sicuti hodie passim enunciatur, hoc mehercule tam ualidum argumentum est, ut prorsus concedendum sit eos, qui Planicie hac consedere, arcem huic monti condidisse, atq; illi hoc A. insigni addidisse, quod A. uocalem figurat, unde principium Atinæ dictionis est, ut posteritati innotesceret, inde Vtinam originem habuisse, atq; Atinam, non Vtinam dici oportere, ut etiam Plin. III. historiæ naturalis eleganter attestatur. Nec illud Ceastor admittendum est, quod Volfangus Lazius uir penitioris admodum literaturæ. XII. rerum Romanarum narrat: Ciuitatem hanc Idunum debere nuncupari, transpositis. n. uocabulis opinatur dici Vdinum. Siquidem Ptol. XIII. Cap. libri II. geogra. Idunum Norico attribuit, et Anbidrauis populis, qui magis orientalia Norici colunt, fere ascribit, Ptol. uerba, quæ subiecti, hæc sunt:

Vatorium.	36	2/3	47		Idunum.	36 47
Poeticum.	37	1/2	47	1/3	Sianticum.	35 1/4 47 1/4
Virunum.	37	1/4	47	1/3	Cœlia.	37 1/4 47 2/3
Teurnia.	34	2/3	47	1/4	Inter Italiam, et Noricum.	
					Iulium Carnicum.	36 1/2 47 2/3

Volfranus enim uero hallucinatus ob uerba Ptol. est, qui tabula. V. Europæ Noricum describens Idunum primo superius collocauit, Iulium Carnicum inferius, medium autem Vatorium posuit. cum itaq; Iulium Carnicum in forotulio sit, quamuis Ptol. inter Italiam, et Noricum locet, atq; Idunum propinquum habeat, ex Iduno autem fiat Udinum, si uocales primam, et secundam commutes, facile Lazius deceptus est, opinatus perperam nihil Vatorium Iulij Carnici ruinas continere, quod utrq; absonum est, Vatorium siquidem, quod recentiores Villacum dicunt, licet in Carnia sit, ubi supra docuimus, Drauo flumine alluitur, qui ambidrauis populis eum accolentibus uocem impertiuit, ut Ambidraui, quasi Drauum ambientes, sint uocati. Iulium uero Carnicum aliquanto supra Tulmetium Carnorum oppidum est, Quod Butes amnis rapacitate insignis elambit, Zulium incolæ appellant. Bernardus Iustinianus libro. VII. historiarum male id extitisse Forumiulium oppidum existimauit, Ptol. n. horum uel maximam diuersitatem facit, alterum etenim gradus habet 36 1/2 46 1/3 alterum uero 35 2/3 45 2/3. Hanc etiam ob causam Volfangus in errorem uidetur prolabi, quoniam Italia Noricum attingit, et aliqui Norici, ut Strabo, quem adducit. IIII. geogra. autor est, Sinum Adriaticum Aquileiæ proximum tenuere, unde Noreiæ, quam nunc Goritiam dicunt, ueluti supra diximus, nomen inditum est. Si uero caput primum libri. III. ipsius Ptol. perpendisset, cuius uerba hic adiecti, utiq; hoc errore captus non fuisset; Carnorum, inquit Ptol. similiter in flexione Adriatici sinus intimus, sinus in quo

Ostium Tiliaueti fluminis.	35 1/4	45 1/2
Natissonis flum. ostium.	35 11/24	45 1/2

& rursus

Carnorum Ciuitates mediteraneæ.

Forumiulium Colonia.	35 2/3	45 2/3
Concordia Colonia.	35	45 1/2
Aquileia Colonia.	35 11/24	45 1/2

Quemadmodum ijs uerbis Ptol. innuit, gradus Ciuitatum Carnicarum, et Iduni cùm in longitudine, tùm in latitudine plurimum differunt, non igitur Idunum ea Urbs est, cui recentiores Utinæ nomen indidere, ac idiomate populari Udinum pronunciatur, sed altera extra Italiam posita, et septentrioni magis subiecta, q, ex tabula quinta Ptol. clarè uidemus, qui Aquileiam Vrbem infra Forum iulium Colonìam ita collocauit, ut quasi ex perpendiculo sub ea fuisse uideatur, atq; Forumiulium ipsum ibi constitisse, ubi nunc Ciuitas Utina est, q, etiam Nicolaus Zenus in Longobardicis memoriæ prodidit, cum. n. Paulus Diaconus, et alij plerìq; dicant Forumiulium à Cacano rege

Auarum

Auarum fuisse obsessum, Zenus urbe Forojulij Vtinam posuit, Tabulæ itidem recentiores Ptol. effecere, in quibus locum Forojulij Vtinam comprehendit. quam si Udinum debemus nominare, ab Udinis populis, [ut Gregorius Amasæus existimauit] eius denominationem fieri magis consentaneum est, qui Oceanum Scythicum tenent, ut Plin. VI. historiarum tradit, et forte cum Attila etiam Scythæ profecti ad expugnationem Aquileiæ sunt, uel à Dudinis, quos idem Plin. Illyrico ascribit: Arsiæ, inquit, gens Liburnorum iungitur usq; ad flumen Titium, pars eius fuere, Mentores, Hymani, Encheleæ, Dudini, et quos Callimachus Peucetias appellat, et quæ sequuntur. Nec mirum si Lazius sit captus est, cum Ptol. in positione Julij Carnici aberrauerit, locans inter Italiam, et Noricum, quasi alia regio inter utranq; sit, quæ nulla profectò est; nam Italia Norico, et Noricum Italiæ coniungitur, nisi forte innuat in limitibus eorum ita situm esse, ut ignoretur, cui ascribendum sit, quod etiam errore non caret; siquidem Carnia longè supra Iulium Carnicum protenditur, extra Noricum igitur est in Carnis positum, seu Antonius Augustus in itinere sic docet,

Ab Aquileia, inquit, Veldidenã. M.P. CCXV. sic

Ad Tricesimum.	M.P. XXX. Litiamo. M.P. XXVI
Iulio Carnico.	M.P. XXX. Sebato. M.P. XXIII
Loncio.	M.P. XVI. Vipiteno. M.P. XXXIII
Agunto.	M.P. XVIII. Veldidena. M.P. XXXVI

nullibi dubium est Tricesimum in Forojulij Castellum esse ita nuncupatum, quod Tricesimo lapide ab Vrbe Aquileia inter sit, ab eo ad Iulium Carnicum tantundem intercapedinis est.

Puto me hactenus originem Vtinæ Vrbis nobilissimam sic ostendisse, at ita scriptorum, qui antiqua eius primordia Colluuiæ Barbarorum labefactarunt, eliminasse, ut eam posteri non ab Vnnis, ut Callimachus, Sabellicus, Iustinianus, Zenus, Bellonus, ac plerique alij perperam credidere, non ab Iduno, et Noricis, ut Lazius, non à Ducibus Austriæ, ut Blondus, et Volaterranus, non denique ab Udinis, Dudinisue, ut Amasæus, et alij, sed à Ciuibus Atinæ Vrbis Latinorum potentissimæ Aquileiã profectis conditam, et nuncupatam referant, et inde cum uetustatem, tum nobilitatem, qua pollet, fuisse consequutam. Nec Vtinam in futurum, sed Atinam dici oportere.

IOSEPHI SPORENI VTINEN. ANTIQ. FORIULY LIBER QUINTVS.

Nihil esse operum, quod non reueletur, neq; abconditum, quod non sciatur, aurea pyssimi Seruatoris D. nostri Iesu Christi sententia est, quã D. Luchas Euangelista. xij. cap. luculenta phrasi exarauit, et D. Thomas in uolumine, cui aurea catena iscriptum est, mirifice interpretatur, autoritatem, cum Origenis, tum Bedæ, ac Theophilacti sequutus. Bedas siquidem opinatur, quod ea, quæ in tenebris olim pressurarum, et umbris carcerum locuti, uel passi sunt Apostoli, mox clarificata per orbem in Ecclesia publice prædicarentur, non autem in tectis iuxta morem prouinciæ Palestinæ, ubi solent in tectis residere, non culminibus, ueluti nostra sublimatis, sed plano schemate in æqualitatem factis. Thephrastus uero arbitratur hoc Pharisæi Elogio significari, quod eorum occultæ cogitationes patefient, at Origenes putat de illo tempore Dominum ibi meminisse, quo iudicabit Deus occulta hominum, aut quia, licet aliquis bona conetur aliorum infamijs occultare, bonum naturali ter latere non potest, optimæ sunt porro, et Sanctissimæ interpretationes. Ego autem illud etiam elici hac sententia opinor, quod Deus opt. Max. solet quandoq; uni sensum, et intelligentiam scripturarum aperire, quam pluribus licet uigilijs, et labore assiduo studiorum inuestigantibus occultare consueuit. de situ climatum, et locorum idem quoq; dicendum est. Multo siquidem Patricio Veneto, ac Christoforo Columbo Genuensi, ad oppositum nobis hemisphærium nauigationem impertiuit, quam prioribus sæculis nemo alius, licet in re nautica celeberrimus, adipisci potuit, et quoniam Seneca huiuscemodi in Medea futuram diuinauit, non ab re usum est carmina illius hoc significantia hic subnectere, ut dignoscatur poetas, [quod Io. Platonis attestatur] numine Diuino ad scribendum agi, Senecæ carmina hæc sunt:

uenient annis
Sæcula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, et ingens
Pateat tellus, nouosq; Tiphis
Detegat orbes, nec sit terris
Vltima Thyle.

Quod Anneo Senecæ spiritus Sanctus ad futuram noui Orbis cognitionem inspirauit, utique mihi ad indagandam ueterem Vtinæ Vrbis originem concessit. Cum n. Carnicæ oræ scriptores, qui superioribus annis fuere, diu, ac multum in ea perquirenda elaborauerint ac plurima historicum uolumina lectitauerint, præcipuè autem locum Plinij. III. historiæ naturalis, quo Atinam interijsse autor est, ita nihil oculos mentis caligine obductos habuere, ut non uiderint eam fuisse Atinam, quæ Utina uulgò nuncupatur. Ego primus id deprehendi, atq; Atinæ [quod pyssimo humani generis seruatori acceptum referò] pridem conclamatæ uitam redintegraui, cognita eius cum nobilissima, tum uetustissima origine. qualis fuerit, et qua forma, dum Atinates illam condidere, inuestigandum est, nullus. n. autor id describit, unde coniectura uti cogimur, quæ dum probationibus claris egemus, opitulari consueuit. Artem in editiori montis supercilio, cui rupes uiuæ cohærent, ab eis conditam primum opinor, ut inde prospectus in patentiores campos, et uniuersam regionem haberetur. Ita siquidem inter Aquileiam, et montes fuit constituta, ut totius Foriuliy umbilicus esse uideatur, et quam eius partem malis, facilè fueri possit. adiectas postea domos, quæ radices montis occupant, dictu consentaneum est, atq; ita in speciem urbis paulatim coaluisse, ut hæc prima, et origo, et infantia illi ascribenda sit, mox intereiecto aliquot annorum spatio ei accessisse totum id, quod area foriueteris, ac noui comprehendit, et usq; ad portam, quæ Poscollina nuncupatur sese ferat. Id uel istiusmodi ratione comprobatur, quod ædes foriueteris ad similitudinem priorum, quæ sub radice montis sunt, positæ formam Semicycli efficiunt, et huius spatij mediitullium peculiari nomine Utinam uocant. Iota eius fabrica in occidentem prominebat, eam muro altero ad septentrionem, altero ad meridiem fuisse occlusam ferunt, qui ueluti brachia expandentes in angulum illum coibant, quo ædes Porcariæ sustinentur, et portam in altum erectam uidemus, cui nomen procul dubio Atinates indidere, ut Poscolliam dixerint, quasi post collem positam. Omnes siquidem latinè ijs temporibus loquutos accepi, uel à T. Liuio autore grauissimo, qui. X. quartæ ait: permissum eo anno Cumanis fuisse, ut latinè publice loquerentur, ac præconibus latinè uendendi ius esset, quo C. Seruilius Pont. Max. decessit. Mœnia hæc ubi fuerint, non satis compertum est, tametsi parsquædam Septentrioni obiecta, et altera orienti prospicianur adhuc, pinnasq; in altum assurgentes ostendant, utraq; supercilium montis occupant, et paulatim demittunt se, donec planiciem attingant, inferior Adriani Pauonæ Iuriscon. et Iosephi Manini hortum sepit, quò inde progrederetur, primam oppidi formam occludens, incertum est. paries siquidem infra turrim positus, et Aquileiam uersus iter faciens nihil ad priscum municipium attinet. Unde licet conjectare, quod iuxta ædes Valentinas flexum in occidentem habuerit, et in angulum, quem dixi per gyrum porrectus idem factitarit, quod uia illuc ducens nunc prorsus facit, at superior decliuitatem passus uestigia in Aquilonem obuertit. quod si uetus oppidum complectebatur, ambigendum non est in occasum olim processisse, atq; ijs menibus annexum, quæ ad ipsum angulum hodiè circumferuntur. modica enim uerò distat intercapedine alter murus immensæ crassitudinis, quem ab editiori montis uertice in æquam duci planiciem uides, ac ædes Philippi Bartolini, et Danielis Andriotti hærentes partiri, iuxta flexum, quem uia militaris facit, positus

est

est, Multi arbitrantur mœnia ueteris municipij hæc fuisse, primò siquidem in occidentem seseferi, mox in austrum uideꝛur iter habuisse, ac coniunctionem cum ijs mœnibus, quæ facto circuitu in angulum ipsum producuntur, non secus uia militaris procedit, nam secundum ædes Bariolinas Cubitum Zephiris obiectum facit, uergens inde ad meridiem angulum ipsum comprehendit, et uiæ alteri coniungitur propè domos Valentinas initium capienti, murorum ueterum ea fuisse pomœria, uel ratione hac dicendum est, quod perinde ac mœnia viæ obliquant se, in eorum uerò parietibus domicilia pleraq; uidemus constituta, et pinnas semiobesas supra iectorum fastigia extare. Municipio huic tres portas fuisse Ioannes Candidus autor est, Fori ueteris apicem primo complectabatur, secunda in eius calce fuit, tertiam ipsi angulo ascribunt, reor Aquilonarem iuxta flexum uiæ militaris extitisse, inferiori locus ille attribuendus est, qui ædibus ad fontem Latianum positis angustior fit, ac iter Aquileiam uersus ostendit, enim uerò Ciuitatis hæc puerilia ferè dicenda est, quam progredi ulterius, et Adolescentiam contingere fata prohibuere, cum n. Aquileia populo, et opibus florens caput in Cœlum extulisset, Atina Ciuibus eò migrantibus adeò fuit destituta, ut interijsse à Plinio dicta sit, obeunt siquidem opida, cum Ciues non habent, utpotè corpus Anima in auras euanescente, quid n. corpus sine Anima? quid Urbs sine Ciuibus est? sola profectò sedet, ut de Hierosolymis Hieremias diuinauit, et quasi uidua effecta est. Dum uerò Attila Immanissimus barbarorum Aquileiam obsideret, moramq; ibi longiorem traheret, intercedente obsidionis tempore, Atinam ruinis obsitam redintegrauit, arcem colapsam restituit, et XXX. millibus equitum communiuit, ut eam cum tota regione ab incursione hostis custodiret, post Aquileiam expugnatam, et igni ferroq; Vnnorum absumptam, adeò numerus Colonorum Atinam migrauit, ut uidens Attila confluenti multitudini locum angustiorem oppido adiecit totum id, quod Gemonia, et Aquileiana portæ ambitu interiori comprehendunt, et quicquid arearum, domorumue Antonianæ, Poscoliæ, Grachianæ, ac Luciliæ portis adiectum uidemus, quas eminentiori turrium fastigio ita eduxit, et Crasso murorum obice annexas circumuallauit, ut nedum oppidum, sed iusta Ciuitas potuerit nuncupari, adde, quod ueius oppidi nomen antiquauit, et Vtinum dici maluit, perinde ac conditum ab Vnnis eum sequutis. Hoc errore Sabellicum uidemus irretitum, quippe qui originem primam huius oppidi ad Vnnos refert, et quod illi per instaurationem addidere, primordium existimauit, carmina Poetæ id attestantia hæc sunt:

At ubi sublimi ressidens Dux Breucius arce
Vndantes campos longè, quos odit, et Vrbem,
Sub pedibusq; uidet sibi Carnica rura iacere,
In sua castra refert oculos, quę collis ad ima
Circumfusa uidens, mox arctius illa coire
Imperat, et ualido cingi conuntia uallo.
Iussa facit, uallumq; simul traducit in orbem
Attilana manus, fuit hæc prima urbis origo,
Hæc facies antiqua fuit, uix urbica mille
Quingentesq; breuis complexa est area passus.

Idem post Aquileiam excisam primos Vtinam Colonos migrauisse his uerbis, quæ subiecì ostendit:

Vrbs antiqua ruit, disiectaq; mœnia uictor,
Æquatasq; solo calcat dux Breucius arces
Tale sub excidium, funestaq; tempora primos,
Crediderim, et fama est, Vtinum migrasse colonos.

et quæ sequuntur.

Ego autem satis superq; illum esse hallucinatum aperui, nam Unni Atinam penè labefactatam redintegrarunt, auxeruntq; sicut in Atina poemate his uersibus explicaui, Latini uerò Ciues prius condidere:

At populi, quos Rex Scythicis eduxerat oris
Attila Bellipotens, Italas ut uerteret Urbes,
Rursus in hoc Unni posuere cubilia cliuo:
Hanc Urbem campis struxere patentibus olim,
Nomina cui gentis dux Breucius indidit arces,
Militis alticiens animos, Vtinumq; uocauit,
Vtinæ patrio renouans idiomate nomen.
Dum præmeret muros Aquileiæ, ac mœnia crebro
Ariete conuulteret, clypeoq; insignis aheno
Infaustos Ciues longa obsidione teneret,
Prostituens aditum Beleni, et Apollinis aras,
Templaq; dissectos, matrum referentia crines,
Abstulit unde suos, tremefacta Ciconia nidos,
Et maris Adriatici latuere paludibus imis
Carnorum proceres, desolatique Latini.

præterea sex portas municipio retens nato ascribit, cum tres solum habuisse compertum sit, nec aliter profectò credendum est, cum prisca murorum uestigia uideantur adhuc ita breuiorem ambitum complexa, ut nequaquam dici possit, totidem portas illud habuisse. Opinio itaq; Sabellici explodenda est, cum nihil ueri aut uerisimilis habeat; Dicendumq; Atinates conditores, Unnos uerò instauratores Ciuitatis fuisse. Diù et multum ambitu, quem dixi Atinam fuisse comprehensam ferunt, uicos inde, qui erant proximi, et accessisse compertum est, Incolæ duodecim enumerant, ex quibus nouem latinas uoces adhuc retinent, tribus alijs nomen aliundè inditum est. Si Romanas uoces seruari placet, utiq; dicemus Aquilium, Cossinium, Cœsium, Gracchum, Collinum, Cascam, Quirinum, Clusium, et Aruntium autores fuisse, hi etenim uici Atinæ sunt, Aquilianus, Cossinius, Cœsius, Grachianus, Collinus, Cascanius, Quirinus, Clusius, et Aruntius. porrò nullum opinor extare, qui negei familias. M. ac D. ex Urbe Romæ huc deductas, ciues aliquot sic uocatos habuisse, à quibus deinceps loca

huiusce:

huiuscemodi nuncupata sint. C. Aquilium, et T. Sicinium Coss. fuisse. T. Liuius autor est, Glareanus in Chronologia horum meminit, at nullibi cognomina reperisse attestatur. Cicero de claris oratoribus C. Aquilium Gallum recensei, qui Seruij Iuriscon. praceptor fuit, domos C. Aquilij Equitis Ro. admodum Plinius libro. XXVII. historiæ naturalis extollit, et Mithridatem Regem in os Aquilij ducis Romani aurum infudisse prodidit, M. Aquilium de repetundis accusatum, et cicatricibus ostensis absoluium Florus autor est, quipe qui et Aquilij à Mitridate capti, et identidem. Q. oppij Proconsulis mentionem facit, quod Ciuibus Romanis Cossinius esset asscriptus, Cicero in Epistolis ad Atticum scriptis tradit; Cossinius hic C epi. XVI. primi ait) cui dedi litteras, ualdè mihi bonus homo, et non leuis, et amans tui uisus est. Item in sequenti Epistola sic ait: de meis scriptis misi ad te, græcè perfectum consulatum meum, eum librum. L. Cossinio dedi, attestatur identidem prima libri secundi, ac epi. libri. XIII. familiarium ad Seruium Sulpitium data, mortem ipsius Cossinij deflet, huius etiam meminit Epi. XXIII. Lucio inquit, Cossinio amico, et Tribuli tuo ualdè familiariter utor, nam, et internosmet ipsos ueius usus intercedit, et Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. Itaq. tota Cossinij domus me diligit, in primisq. libertus eius L. Cossinius Anchilaus homo et Patrono, et Patroni necessarijs, quo in numero ego sum, probatissimus. adde, quod M. Varro cap. III. de re rustica inducit Cossinium sic loquentem cum Faustulo: quoniam satis balasti, Cossinius inquit, ō Faustule noster accipe à me cum Homerico Melanthio Cordo de Capellis, et quæ sequuntur. Onuphrius Panuinius Veronensis eo libro, quem Ciuitatem Romanam inscribit, Cusinia his uerbis meminit, ex marmore quodam receptis.

C. ASCONIO C. F. FAB. SARDO IIII. VIR. I. D. PRÆF FABR. FRATRI CVSINIÆ. M. F. SARDI MATRI, ET. SIBI ASCONIA. C. F. AVGVRINA SACERDOS DIVÆ DOMITILLÆ.

fuit etiam Romæ uicus, qui Cosinius appellabatur, si qua sex. Ruffo adhibetur fides; cuius uerba hæc sunt

REGIO CIRCVS MAXIMVS.

Vicus Cosinius.
Vicus Proserpinæ.
Vicus Cereris.
Vicus Argati.

et quæ sequuntur, parua equidem inter Cosinium, et Cossinium differentia est, unde à uico urbis noster facile potuit nuncupari, sed his omissis ad reliqua properamus. Cæsios inter familias Romanorum annumeratas uel Catullus hoc Epigrammate ostendit:

Nam si luserit ad librariorum
Curram Scrinia, Cæsios Aquinos,
Suphonum omnia Colligam uenena.
Ac te his suplicijs remunerabor.

C. Cæsius Quæstor M. Crassi fuit; et Parthos Syriam infestantes clade ingenti affecit, ut à L. Floro memoriæ proditum est. Ammianus Marcellinus libro historiarum. XIX. Cæsium Magistrum Equitum recensei, qui Amidam Mesopotamiæ oppidum expugnans à Sapore Persarum Rege captus est, apud ipsum Onuphrium de flamine Traianali hæc inscriptio est, qua Cæsius nominatur, inscriptionis uerba hæc sunt:

SEX. TITIO. SEX. FILIO PVP. MONTANO
CAESIO. SABINO EQVO PVBLICO AED.
PONTIFICI FLAMINI TRAIANAL. PATRONO
MVNIC. PLEBS VRBAN. H. R. I. R. I.

domus Cæsiæ idem onuphrius mentionem pluribus locis facit, unde superuacaneum arbitror ijs amplius insistere, prisci Cæsios illos dixere, quorum oculis erat Cæli color, inde Mineruam oculos Cæsios, Neptunum Ceruleos habere Cicero de natura Deorum autor est, ac Diodorus siculus primo de gestis fabulosis ait, quod ab Ægiptijs Aer Pallas fuit nominatus, quam et filiam Iouis, et uirginem fuisse autores prodidere; quoniam minimè corrumpatur, et sublimem locum teneat, unde finxerunt eam ex capite Iouis natam, et trigeminam uocant, ob tres anni tempestates, uer, æstatem, hyemem; Item Glaucopin, non quod oculos albos habeat, sed quod aer glauci aspectus sit. Empedocles [ut ait Cœlius Rhodiginus libro. XVI. lectionum antiquarum] oculis Cæsijs parum esse humoris, plus uero ignis opinatus est, nigris autem plus aquæ, ac minus ignis, unde interdum Cæsij nequeunt cernere acutè ob aquæ inopiam, noctu uero nigri ob defectum ignis. Gracchos Ciues Romanos fuisse omnes scriptores monumentis tradidere, Cicero de claris Oratoribus Ti. Gracchi, et C. Gracchi meminit, quorum mater Cornelia Epistolas scripsit, unde appareat filios non tam in gremio quam sermone matris educatos; Quintilian: et Appian. Alexandrin. sententiam Ciceronis probant: T. Sempronius Gracchus Celtiberis in deditionem acceptis Gracchorum oppidum monumentum operum suorum in Hispania constituit, uti L. Florus libro XLI historia-

historiarum autor est, hunc ait Glareanus in Chronologia fuisse Patrem Tyberij Gracchi, et C. Gracchi, ac cum P. Corn. Falcone consulatum egisse olympiade .CXXXV. anno autem ab Vrbe condita .DXV. et cum .C. Claudio pulcro anno ab Vrbe condita. DLXXVII, olympiade autem .CII. Qui tribuum Romanorum meminere, Collinam recensent, unde nomen portæ inditum opinor, de qua sex. Pompeius hæc: Agonia, inquit, sacrificia, quæ in monte fiebant, hinc Romæ Quirinalis mons Agonius, et Collina porta Agonensis. Idem alibi: Quirinalis porta, siue quod ea in Collem Quirinalem itur, siue quod proximè eam est Quirini Sacellum, Collina uerò à Collibus Quirinali Exquilino, et Viminali, uel ab Vrbis tribu, ac regione, in qua erat sita, quæ Collina dicebatur. Liuius libro .V. scribit Gallos Senones per Collinam portam ingressos urbem incēdisse, Ouidius .IIII. fastorum.

Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet, à Siculo nomina colle tenet.

ubi Venerem ab Erice monte Syciliæ Romam fuisse translatam innuit, quod ex carminibus sequentibus nimirum patet, Iuuen Satyra .VI. huius portę hoc homistichio meminit:

et proximus urbi
Annibal, et stantes Collina in turre mariti.

Salios, Dion. Halicar. libro II, ac III. antiquitatum Sacerdotes à Tullo Hostilio, dum Sabinos prælio esset aggressurus institutos refert, ijdem Collini etiam nuncupati sunt, quemadmodum Onuphrius Panuinius hac uetusta inscriptione, quam subiecit, ostendit.

P. COELIO. P.F. SER. BALBINO VIBVLIO PIO X. VIRO STILITIB. IVDIC. VI. VIRO EQVIT. ROMANO. TVRM. EQVIT. TR. MIL. LEG. XXII. PRIMIG. P.F. ADIECTO INTER PATRIC. AB IMP. CAES. TRAIANO HADRIANO AVG. SALIO COLLINO QVAESTORI AVG. FLAMINI VIPIALI P.R DE FIDEI COMMISS. COS. DESIGNATO DECVRIONES SVA PECVNIA

Item hac in Auentino, [ut ait reperta] et in Cenobio. S. Alexy apposita:

C VETTIO. C.F. COL. NIGRO, DOM. ANTIOCHIA, SYRIA VETERANO LEG. XII. FVLMINAT. MILIT. ANN. XXVI. VIXIT. ANN. LVII. EX TESTAMENTO.

Cascas fuisse Romanos uel Cicero in secunda philippica est testis, duos n. Seruilios Cascas memorat, Brutum, et Cassium socios habuisse, dum Cæsar dictator interfectus est; Quid duos, inquit, Seruilios Cascas dicam? an Halas? et hos auctoritate mea censetis excitatos potius, quam charitate Reipublicæ, et quæ sequuntur. Plut. in Cæsare fratres illos fuisse attestatur: primus, inquit, Casca ense percussit, et mox: ille autem ubi percussit, fratrem Græco sermone uocans, fer, inquit, frater auxilium; horum etiam meminit Tranquillus in Cæsare, ac Titus Liuius libro .V. decadis .III. Seruilium Cascam Trib. plebis recenset, cui cum M. Posthumio Pyrgensi publicano eius propinquo, et consanguineo dicta est dies, ne seditio fieret, Concilium dimisit, Bruti armigerum Cascam fuisse Silius Italicus .VII. Pun. his carminibus elegantèr ostendit:

uolucrem per terga sagittam
Fundit Achemenio detrectans prælia ritu,
Nec damnata manus, medio sed flebile mento
Armigeri Cascæ penetrabilis hæsit arundo.

M. Varro libro .VI. de lingua latina scripsit: Cascam ueius significare, ac dictionem Sabinam esse, carmen hoc Ennij adducens:

Quam primum Casci populi genuere latini.

et illud Manlij: Cascum duxisse Cascam mirabile non est, qui Canoras faciebat nuptias. Onuphrius Panuinius de nominibus antiquis ageris Gascam esse cognomen ab ortu existimauit; Coelius Rhodiginus cap. VIII. libri XIIII. lectionum antiquarum non nulla de hac dictione congessit, quæ laconismo studens omitto. Dion. Halicar. II. Antiquitatum refert Curialum uocatum fuisse Quirinum, esse tamen incertum, an sit Mars, uel alius Deus; Seruius exponens hoc carmen in primo Aen. descriptum:

Cana fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt.

ait, Martem Quirinum à priscis uocatum, cum erat Tranquillus; Gradiuum autem, cum sæuiebat; unde habuit duo templa unum in Vrbe quasi Custos, et tranquillus, alterum extra Vrbem in Appia uia propè portam, quasi bellator. Ouidius fast. his carminibus prodidit Romulum ueteres Quirinum appellasse:

Tertia lux uacua est, at tertia dicta Quirino,
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Siue quod hasta Quiris priscis est dicta latinis,
Bellicus à telo uenit in astra Deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanus uicerat ille cures.

Lactantius primo institutionum diuinarum Ouidio astipulatur: mortuis, ait, consecratis nomina immutari credo, ne quis putet eos homines

fuisse

fuisse, nam et Romulus post mortem Quirinus dictus est, et Iœda Nemesis, et Circe Marica; hæc Lactantius. Si uero fidem Macrobio adhibemus, prisci Ianum uocarunt Quirinum, Patulcium, et Clusium, quod eius ualuæ bello paterent, pace clauderentur, ad quod Maro primo Aen. sic allusit.

diræ ferro, et compagibus arctis
Clauduntur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, et centum uinctus aheneis
Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.

Item libro VII. ipsius operis.

Sunt geminæ belli portæ, sic nomine dicunt,
Religione sacræ, et sæui formidine Martis,
Centum arci claudunt uectes, æternaq; ferri
Robora, nec Custos abstitit limine Ianus.
Has ubi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis reserat, stridentia limina Consul

Virg. hoc hemistichio, claudentur belli portæ; Ianũclusium significauit, eo autem, reserat stridentia limina consul. Ianum Patulcium. id. ouid primo fastorum sic expressit:

Quicquid ubiq; uides, Cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostra clausa, patentiq; manu.

Idem rursus.

Nomina uidebis, modo namq; patulcius idem,
Et modo sacrifico clusius ore uocor.
Scilicet ætemo uoluit rudis illa uetustas
Nomine diuersas significare uices.

Autor, qui opus thesauri edidit, clusios, ait, eos Demones à Gallis nuncupari, qui mulieris corium appetunt, et aliquando perагunt. Cœlius Rhodiginus cap. VI. libri II lectionum antiquarum Dusios referi nominari, et Aereos esse posteritati prodidit. Aruntios inter Romanorum tribules fuisse annumeratos, M. Aurelius Cassiodorus in chronicis autor est; quippe qui L. Aruntium, et M. Marcellum Coss. recenset statim post decimum. C. Augusti Consulatum, ac C. Pisonis, et rursus M. Lepidum, et L. Aruntium Coss. numerat. Velleius paterculus in uolumine posteriori tradit Aruntium Senatui Romano ascriptum, et à Iepido Augusto, et Antonio triumuiris proscriptum; mox reip. postliminio restitutum, pace inter Augustum, Antonium, ac sex. Pompeium sequuta; dum uero Augustus Cæsar et M. Antonius ad Actium dimicarent, Aruntius, et M. Lanus Classi Cæsaris præfuere, Aruntius leuum cornu, Larius dextrum sortitus est. Onuphrius Panuinius in fastis prodidit Aruntium manasse ab Aruntе Tarquinorum, prænomine, ac L. Tarquinium Egerij filium, qui cum L. Iunio Bruto primum Consulatum egit, Aruntis Collatini nepotem arbitratur. Hactenus Romanorum nomina protuli, à quibus uici Atinæ Ciuitati Carnorum adiecti meo iudicio appellationes habuere; nunc quædam in medium afferam, ex marmoribus Aquileiæ habita, in quibus Aquilii, orum, Cæsiorum, et claudiorum mentio fit: Beluederius uicus secundum mare infra Ciuitatem Aquileiam positus est, ubi lapis, quem Victor Grimanus Venetias cum multis alijs adduci fecit, uerba huiuscemodi præfefti

BELÎNO AVG. SACRVM. VOTO SVSCEPTO
PRO. A. AQVÎLIO. G. F. POM. VALENTE III. V.
Î. D. DESÎGN. PHOEBVS LÎB. V. S. L. M.

In Ecclesia Belinæ propè Altare lapis alter uisitur, in quo hæc nomina sunt inscripta.

Q. VALERÎVS CAPÎTO.
L. DONNÎVS PROBVS.
C. TVLÎVS PHÎLETVS.
L. CANÎNÎVS SVPER.
M. VALERÎVS SECVNDVS.
CLAVDA HELPÎS.
L. VALERÎVS SECVNDVS.
M. HERENNÎVS CAPÎTO.
C. VALERÎVS GRÆCVS.
Q. RABÎLÎVS MANSVETVS.
C. CÆCÎLÎVS RVFVS.
A. AQVÎLÎVS PHÎLETVS.
L. HAEVIVS PROCVLVS.

et alia

et alia plurima, ubi debemus animaduertere, maiores nomen Aquilij plerunq; simplici .L. quandoq; geminato scripsitasse, ut in lapidibus his adnotatum uidemus: extra Vrbem scripta hæc sunt, en uerò, quæ subieci iuxta sacrarium ædis maximæ ipsius Ciuitatis.

P CAESÎVS. P.F. ROM.
AEDÎLÎS SORÆ
PVBLÎCANVS
ROMÆ
ARRÎ PEDATÎ HÎLALARÎ
L. M. F.

Saxum præterea corrosum prætorio Aquileiæ coheret, in quo uerba hæc passim leguntur:

AVRELÎVS SVDLCEN.T.CVS MÎLEX
LEGÎONÎS XI CLVDIE

non ambigendum medius fidius est litteram X. pro S. ibi locatam fuisse, nam ea prisci utebantur pro g s, et cs. has.n. dictiones pax, et lex ita scribebant, pacs, et Legs, antequam .x. reperiretur, qua potuimus carere, ut Quintil. Cap. IIII. primi oratoriarum institutionum ait, si non quæsissemus, attamen usus inualuit, ut postremum locum in ipsis dictionibus obtineret. Item in ædibus claudij Collorati Canonici, quæ Aquileiæ sunt, hæc rapsodia insculpta est:

AVGVSTAE. B.
CASTRENSÎ EX
FERONÍA LÎBANÎ LÎB
TÎ.CLVDÎVS STEPHAN.

Possent duo hæc nomina Cludius et Clusius aliqua diuersitatem ignaris afferre, si uerò Diomedem, Agretium, Caprum et alios Grammaticos, in primis autem Priscianum lectitarint, omnem prorsus ambiguitatem abijcient. Siquidem Appius Claudius, antequam ex Sabinis Romam proficisceret, Clausius dicebatur, postea uerò Claudij nomen sortitus est. Sicuti Valesij, et Fusij, Valeriorum et Furiorum appellationem habuere, quod nedum Grammatici, sed Liuius, et Quintilianus quoq; obseruarunt; Carolus præterea Sigonius, Onuphrius Panuinius, et alij recentiores, quos breuitatis causa omitto. Clusij pars uicus Bonius est, Iccirco eum prætermisi, quamuis nomen Romanum habeat, quod utiq; Bona Dea ostendit, quæ à Romanis religiosissimè colebatur, eius sacra in operto à mulieribus fiebant, et uiris erant prorsus interdicta. Multi arbitrantur hanc esse Faunam, seu Fatuam, non nulli uerò Semiam; pudicitiæ [ut Varro ait] sanctæ fuit, ut nemo eam dum uixit, præter uirum, mas uiderit, aut eius nomen audierit, unde causa hæc fuit, ut in operto mulieres illi sacrificarent. P. Clodius eius sacra uiolauit, ut pro Milone, Pro domo sua, ad Pontifices, ac de responsis Aruspicum Cicero memoriæ prodidit, nec non plerique alij cum ex priscis, tum ex recentioribus, præsertim uerò Gruchius de Comitijs Romanorum autor est. Aquilenses quoq; sacris Bonæ Deæ operati sunt, quod ex inscriptione, quam subieci, constat, in Domo quadam Ciuitatis Aquileiæ inuenta:

DECÎDÎA PAVLÎ, ET. PVPÍA. LL. PEREGRÍN
MÎNÍSTRAE
BONAE DEAE
ÆDEM FECERVNT.
P. S.

præterea eos in usu habuisse nomen bonæ rapsodia hæc in eadem Ciuitate insculpta optimum argumentum est:

BONAE PAGANAE
RVFRÍA. C.F. FESTA
CAESÎLÍA. Q.L. SCYLACE
MAGÍSTRAE
D. P. S.

Bonius insuper nomen apud Romanos fuit, quod ex hac inscriptione apparet, quam Wolfangus Lazius in Neapoli Urbe Italiæ Commentariorum .V. esse attestatur.

L BONIVS

L. BONÎVS. L. F. N. FAL. CELER. IIVÎR. Q. AVGVR PRÆF. FABR. TRÎB. MÎL. LEG. III. CYR. PROCVR. LVDÎ TAMÎL. GLAD. CAESARÎS ALEXANDR. AD AEGYPTVM ADLECTVS ÎNTER SELECTOS AB ÎMPERATORE CAESARE AVG. SÎBÎ, ET SEXTÎAE. L. F. NERVLÎAE VXORÎ OPTÎMAE, CVM QVA À PVERÎTÎA SÎN OFFENSA VÎXÎT ANNÎS XXXI.

At de his satis superq; nunc ad alia huic rei magis opportuna diuertamus, et Vicos, qui supersunt referamus. Inter Quirinum, et Collinum alios duos uides prolendi; Castellum Villalta uni uocem indidit, alteri ædes, ac Xenodochium Ciuitati proximum, quod Elephantiasi laborantes colunt; hic Lazarius, ille Villaltæus appellatur; Quirinus in Gemonij denominationem abijt à Gemona oppido .XV. Mill. passuum intercedente, cuius mox descriptionem faciemus; Collinus præpositionem hanc post recepit, et Post collinus dicitur, quasi post collem positus. Quod enim uerò dictu minimè absonum est; arx siquidem, quam nunc in mediullio Vrbis erectam uidemus, in angulo fuit olim constituta; et area, quæ ad Solstitium æstiuum radices collis attingit, et nundinis ascripta est, [Turridarium recentiores uocant] primo lacus decens fuit, mox in hortum Principis aiunt Commutatam. Vici, quos retuli, totidem portis uocabula indidere; portarum nomina hæc sunt, Aquiliana, Cossinia, Cæsia, Gracchiana, Collina, uel [ut ait uulgus] Poscollina, Cascania, Villaltæa, Lazaria, Quirina, seu Gemonia, Clusia; Bonia,* Cæsia, et Cascania in desuetudinem abiere. Fuit Cassina etiam inter Quirinam, et Clusiam posita, quæ similiter antiquata est. Ioannes Candidus .V. commentariorum eas ita enumerat; Clusiam uerò Ciuitatensem uocat, quod illàc iter ad Ciuidale oppidum sit, et Ronchiam, quæ Aruntia peculiari uocabulo est. Lazius. XII. reip. Rom. Commentario in Candidi sententiam it. obelisco tamen hic eius error expugnandus est, quod Vdaltæam pro Villaltæa scriptitauit. Habent singulæ turres aliquot demissiores interiectas, quibus uigiles, cum bella imminent, ad custodiam excipiuntur. Gracchiana insuper. Poscollina, Villalta, Lazaria, et Clusia propugnaculis admodum ualidioribus circumdatæ sunt, quæ ita prominent, ut hostem ad muros accessurum protelent.

* et Aruntia. eKys nouem tantum aperiæ sunt, Bonia*

Cætera desiderantur.

, 5A

LVCIFER AQVILEJENSIS.

M.CCC.LXXXVI.

In nōie scē & Individue Trinitatis. Amen. Ad laudē & gloriam Omnipotentis Dei, ejusq. Gloriose Genetricis Marie ac beatorū Martyrum Hermacore & Fortunati almē Aquilegen. Eccl̄ie patronorū, necnon ad requisitionē pariter & mandatū Rmi ac Sermi p̄ris principis & Dni nri D. Philippi de Alçonio S. R. E. Epi Card.lis & Pathē supradicte Eccl̄ie Aquilegen.

Ego Odoricus Andree de Utino Aquil.s Dioc. fel. mem. Dnōrū Ludovici & Marquardi Pathārū Aquil.ē & nunc supradi. D. nri Card.lis & Pathe Cancell.r super dominationibus honoribus juribus & jurisdictionibus, spiritualibus & t̄emporalibus supradē Aquil.s Eccl̄ie pro eorū notitia & conservatione, memoriale p̄s breve, prout nunc memorie mee potuit occurrere, ultra memorialia alias dudū per me in pleniori forma compositum, ordinavi & descripsi, prout inferius est expressū.

Primo quidē supradē Aquil.s Eccl̄ia, ejusq. pastores & presules Pathe h̄nt superioritatē jure metropolitico super Epātus & Epos. XVI. scilicet Concordien. Ceneten. Tarvisinū, Paduanū, Veronen. Vicentinū, Mantuanū, Cumanū, Tridentinū, Feltren. & Belkunen. Tergestinū, Emonen. Parentinū, Petenen. Justinopolitanū, & Pollensē.

Itē Capitulū Veronen. & Abbas Monast.i de Piro Tarvisine Dioc.s sunt Aquil.si Eccl̄ie ejusq. Pathe imediate subjecti.

Itē quilibet Patha habet jus anteferendi, seu anteferri faciendi Crucē in memoriā passionis X̄sti quocumq. ibit, preterquā in p̄ntia Pape.

Hec ōia & alia plura sunt notoria ex publicis & autenticis privilegijs Ap̄licis per me visis & lectis.

Pāthalis Dioc.s extenditur per totū Pāthatū & Ducatū Forijulij, potissime citra Tulmentū inclusis contratis Carnee & Cadubrij, etiā per Archidiaconatus Carinthie, Sauādie, Carniole & Marchie, ubi ordinariā potestē, seu authoritē Aquil.s Pātha quilibet habet disponere usq. huc disposuit ad beneplacitū, tā providendo de Archidiaconis, beneficia Eccl̄ea authoritate ordinaria perpetuo conferendo, corrigendo Clericos delinquentes, absolvendo, excomūnicando, atq. ut quilibet ordinarius Dnūs & Prelatus opportuna alias per se vel alium in spiritualibus jugiter exercendo.

Etiā ultra Tulmentū Pātha habet conferre, authoritate ordinaria more predecessorū suorū Curatas Eccl̄ias in S. Paulo penes Tarvisiū, in Sacillo, in Meduna, ac Capellā unā in Castro Aviani.

Et insuper Abbas Sexten. cū Monast.o suo est eidē Pathē & Aquil.si Eccl̄ie imediatē subjectus.

Et simil̄ Abbates Rosacen. Bellinien. Sumaguen. & Mosacen. atq. plures Abbates & Prepositi cū Monast.is ipsorū qui in predi.s Archidiaconatibus constituti, sunt imediatē subjecti.

Monast.a Dnārū Majus Aquilegie, & Majus Civitatis Austrie, necnon Monast.a Dnārū in Archidiaconatibus subsunt simil̄ imediate supradē D. Pathē. Necnō Monast.a S. Quirini & S. Nicolai in suburbijs Utini.

Canonicales prebendas & Beneficia in Eccl̄ijs Collegiatis de Utino, de S. Stephano penes Aquil.am habet authoritatē ordinariā conferendi, et insuper unā Vicariā in Eccl̄ia Aquil.si & aliā in Eccl̄ia S. Johannis, atq. nonnulla alia beneficia in Eccl̄ijs antedi.s sed ipse Vicarie earumq. collationes

sunt

sunt ẽporales tantũ & non perpetue, & durantes solumodo ad beneplacitũ cujuslibet Pãthe.

Archidiaconatus quoq. Karinthie, Sauvie, Carniole, & Marchie sunt ad tempus. sc. ad Pãthe cujuslibet beneplacitũ conferuntur, & sunt potius officia quã beneficia, & ideo credo de Archidiaconatibus Cadubrij & Carnee, sed clarã vel expressã inde non obtineo certitudinẽ.

Ultra hec D. Pãtha quilibet consuevit ordinare ac constituere, ordinat & constituit loco sui, ultra Commissarios, quos interdũ solet constituere, ẽples tres Vicarios. sc. unũ in Pontificalibus, aliũ in Spiritualibus, & tertiũ in ẽporalibus. Qui in pãthali Dñio & Diocesi juxta officiorũ suorũ requisitionẽ consueverunt se exercere, & reddere rationẽ, & ij Viarij durant solum ad Dñi beneplacitũ, et duo ipsorũ. scilicet in spiritualibus & ẽporalibus consueverunt obtinere provisionẽ & salariũ a Dño. Vic.s vero in Pontificalibus solet esse contentus de quastu & lucro suo, ac plusq. contentus.

Insuper de Insula & Plebe Gradensi, & qualiter antiquitus esset Aquil.si Ecclie immediate subjecta, & qualr potissime ẽpore belli, & bon. mem. Popponis Aquil.t Pãthe idem Poppo in Concilijs plurib⁹ Implibus & Papalibus objecit sapius Pãthã Gradensẽ se falso nõiari Pãthã, extant plurima & autentica docum.ta a me visa & lecta.

De Ducatu Forijulij sunt plura & diversa antiqua publica & authentica privilegia Imperatorũ, Romanorumq. Regũ a me visa & lecta, qualr ipsa Patria sive Ducatus cum terris locis juribus & jurisdictionibus quibuscumq. extitit perpetuò traditus donatus et concessus scte Aquil.si Ecclie ejusdẽq. Pãthe & Presuli tunc presidenti, successoribusq. suis.

Sunt etiã pub.ca & authentica privilegia antiqua a me visa & lecta, de singulari donatione & concessione perpetuo facta ipsi Ecclie Aquil.si ejusq. Pãthis & Presulibus castrorũ. sc. Buje, Faganee, Gruagni, utini, et Palazoli * cum tribus milliarijs circumquaq. quodlibet dictũ castrum & cum territorijs juribus & jurisdictionibus universis dictorũ castrorũ infra limites supradictos.

al. * Puzolij.

Principales & potiores Ministeriales ejusdẽ Ecclie, ejusq. Presidentis pastoris & Pãthe sunt nobiles de Cuchanea, Pertistagno, & Valvasono, qui vocantur Camerarij, & tenentur custodire Camerã Pãthalẽ, potissime vacationis ẽpore cum pertinentibus ad eandẽ cameram.

Nobiles de Spilimbergo, qui dicuntur Pincerne, vel Canisarij & habent custodire Canipãm cum pertinentibus ut supra.

Nobiles de Muratio & de Triano, qui vocantur Marascalchi & Vexilliferi Ecclie Aquil.s potissime ẽpore generalis guerre ejusdẽ Ecclie, & habent custodire stabulũ pãthale equorũ vacationis ẽpore ut supra.

Nobiles de Prampergo, qui vocantur Magistri Coquine pãthalis, & habent vel debent custodire Coquinã ut supra.

Et habent nobiles ipsi occõne ministeriorũ & officiorũ hujusmodi plura pheuda & bona & redditus ab ipsa Ecclia Aquil.si ultra eorũ Fortilicia & Castra, que jugiter possident & tenent, prout notoriũ extitit de premissis õibus in longo retroacto ẽpore.

Ipsi nobiles in levẽ habuerunt custodiã, quia Camera Aplica se de premissis õibus vacationũ temporibus intromisit.

Nobiles de Prata & Porcileis vocantur Comites & Liberi, in quẽ sunt Vassalli supradicte Ecclie Aquil.t & comitatus eorũ sunt pheudũ Ecclie Aquil.s et recognoscere debent, ut inde patet per pub.ca instra, potissime de Prata & ejus comitatu, que jã vidi & legi.

Certi nobiles de Castello, Strassoldo, Villalta, Castellerio, & Cauriaco olim vocabantur de genere liberorũ, sed quia per matrimoniale copulã nati sunt de genere Ministerialiũ, ideo Ministeriales vocantur, tamen Castra & plura alia bona recognoscunt seu recognoscere debent in pheudũ ab Ecclia Aquil.si supradicta ut etiã inde instra publica apparere debent, licet antiqui eorũ pheuda in scriptis non dederunt.

Similr quoq. ceteri nobiles hujus patrie Ducatus Forijulij recognoscunt seu recognoscere debent eorũ Castra & plura ac diversa bona in pheudũ ab eadẽ Ecclia Aquil.si licet in scriptis ipsa pheuda & bona investiturarũ ipsorũ ẽpore ad plenũ non extiterint tradita aut notata ab antiquis.

Sunt

Sunt etiam certi nobiles vocati de genere Habitatorum. sc. illi de S. Daniele, de Atemps superiori, de Manzano, de Maniaco pro parte, de Faganea, de Pinzano, de la Fratina &c. qui recognoscunt seu recognoscere debent Castra, sive Fortilitia & plura bona jure Habitantie, seu pheudi Habitantie ab Aquil.si Ecclia sive ejus Pātha presule & pastore.

In Castro S. Viti, Utini, et alijs locis, et Medune sunt certi Habitatores, qui domos Habitantie & mansos ac bona plurima et diversa jure Habitantie seu pheudi Habitantie ab Aquil.si Ecclia ejusq. Antistite recognoscunt & recognoscere debent.

Sed notandum quod Pātha quilibet tam super Rectis pheudis, quam etiam in Ministerialibus & Habitantie, ceterisq. bonis ad investituram suam spectantibus habet vigilanter & diligenter per se vel Officiales suos inquirere & diligenter providere. Certum est n̄, quod de ipsis bonis, mansi & bona plurima irrequisito Dn̄o sunt distracta, & tanquam jure proprij, postposito jure Aquil.s Ecclie in premissis, alienata & vendita, atq. ad manus personarum bonorum talium non capacium in damnum non modicum & prejudicium S. Aquil.s Ecclie ejusq. Pāthe & presulis, non sine dolo forte translata.

Notandum est etiam publiceq. notorium et servatum semper extitit, quod in Civitē Aquilegie, nec non terris Utini, Civitis Austrie, Glemone, Venzoni, Tulmetij, Montisfalconi, Portusgruarij, S. Viti, Sacili, Medune, ceterisq. patrie locis, nullus habet vel pretendere potest in civilibus vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio, vel licentia & authoritate nōiati Pāthe obtinere noscatur.

Preterea notandum est, quod tam nobiles quam alij cujuscumq. conditionis & status obtinentes pheuda Ministerialia & Habitantie, seu alia cujuscumq. conditionis bona ab Ecclia Aquil.si & non recognoscentes, seu non facientes se investiri de ipsis bonis & pheudis t̄pore debito. sc. infra annum post adventum novi Pāthe & pastoris, sive postquam possidentibus extiterit quomodolibet novum jus aquisitum in eisdem bonis, privati dicuntur ipso facto, sicq. sunt ipsa bona ad p̄ntem Pātham legitime devoluta, de quibus bonis idem Pātha potest ante annum, ut alias servatum est, pleno jure disponere, et in alium transferre, elapso m̄ ipso anno, nisi idem Pātha disposuerit, ut prefertur, tunc ipsa bona Pāthali Mense applicata cernuntur.

Si vero aliquis, vel aliqui ex predictis vel alijs quibuscumq. fidelibus subditis Pāthe ejusq. Aquil.si Ecclie deliquerint rebellando, seu non obediendo Dn̄o suo, aut aliquid contra honorem & statum ejusdem Dn̄i, vel majestatis crimine verbo vel opere attemtando, ipsi delinquentes realr̄ & personalr̄ ut de lese majestis crimine puniuntur, et sic retroactis t̄poribus servatum est.

Officialis gn̄lis gerens vices pāthales in criminalibus est Mareschallus, qui ad officium hujusmodi per Pātham ad ejus tn̄ beneplacitum deputatur. Mareschallus quidem iste durante officio suo & beneplacito Dn̄i habet potestatem plenariam & arbitrium custodiendi stratas hujus pāthatus Patrie & puniendi crimina & delicta potissime in stratis & locis, ubi Officiales Dn̄i. sc. potestates, Gastaldiones, capitanei &c. non regunt nec president: si vero presidentes Officiales in Civitatibus Terris & locis hujus pāthalis Patrie quibuslibet in puniendo criminalia quomodolibet deficerent, sive essent quomodolibet negligentes vel desides, tunc ad officium ejusdem Mareschalli spectat defectus supplere hujusmodi, delinquentibus, etiam infra Terras & loca, excessus patrationes criminum punire, debitam inde tradere & exequi disciplinam, servatis tn̄ ordinibus patrie consuetis.

Officiales vero ceteri. sc. potestates, capitanei, gastaldiones &c. in Terris & locis quibuslibet hujus pāthalis patrie per Pātham, ut premittitur, more solito deputati, habent potestatem plenariam in civilibus & criminalibus, in locis dumtaxat ubi deputati existunt, ducendo hōies per laudum & sen̄tiam, juxta patrie morem & consuetudinem diutius retroactis t̄poribus observatam. Ubi vero Officiales hujusmodi, vel aliqui eorum deficerent, seu negligentes forent, tunc Marescallus sive Marescalli, qui pro t̄pore fuerint defectus hujusmodi potissime in criminalibus habent supplere

plere & corrigere, juxta patrie morem ut supra est expressum, & hec fieri solent cum sciencia & voluntate supradicti D. Pathei, qui potest officiales suos singulos ad libitum corrigere & domare.

Strate publice hujus pathalis Patrie, potissime extra Fortilicia spectant, & spectarunt retroactis temporibus continue ad jurisdictionem & custodiam supradicti D. Pathei ejusq. Marescalli, sive Aquil. Ecclie vel Capituli, sede vacante, ut notorium extitit, & ad officium Marescalli spectat punire crimina delicta q. que in dictis locis publicis committuntur.

Aque similit & fluvij per Patriam currentes ad jurisdictionem Aquil. Ecclie, ejusq. Presulis & pastoris, seu officium suorum, cui vel quibus spir comiserit, pleno jure spectant & pertinent, & idem intelligi debet de nemoribus & sylvis, in quibus locis potest idem Pathei & presul per se vel alios piscari & venari facere, pro suo libito voluntatis, ut alias factum est, virtute privilegiorum plenum patent.

De singulari & plenissima donatione in jurisdictione Aque Zignine * a montibus usq. ad mare, in qua nullus potest edificare pontem nisi Pathei, & aque Ratisse transeuntis per Civitatem Aquilegiam, que inferius Amphora nominatur, patent. pub.cas & authentica privilegia imperialia seu regia, ut me viso & lecto.

* al. Lermine

De terris insuper infra Plavim & Liquentiam existentes site Aquil. Ecclie & Pathei ejusdem pleno jure donatis & concessis patent amplia patent privilegia similit in plenis formis.

De castro quoq. Montisculcis cum pertinentijs juribus & jurisdictionibus quibuscumq. ad ipsum castrum spectantibus apparent privilegia regalia sive amplia pub.cas & authentica a me visa & lecta.

Castrum S. Pauli in partibus Trevisanis cum villis castri, & S. Georgij, nec non cum sylvis de Medullo, & Medardo &c. atq. universis juribus jurisdictionibus & pertinentijs suis ex antiquo privilegio olim per me viso & lecto ad pathalem mensam spectaverunt & spectant. Hicq. Patriarche qui fuerunt pro tempore consueverunt dare Capitaneo & Rectore ibidem pro voluntatis libito ibidem providere.

Terras Portusgruarij per aliquos occupatas, exemptas est & liberatas de manibus occupantium per fel. mem. D. Marquardum Patriarcham Aquil.em Cui pro se & q. Terrigenes ipsius Terre & incole per se & commune ipsorum prestiterunt plene atq. perpetue fidelitatis & obedientie homagium, cesserunt q. omnes introytus, dacias, jura, & jurisdictiones Terre ad ipsum commune quovis modo spectantes, sed postmodum idem D. Pathas de gratia permisit eis medietatem dictorum introytuum ad usum voluntatis & necessitatis Terre prefate & communis, de quibus mandato Nicolai Zirbini &c. in. MCCCLXXI. vel circa, Ego q. scripsi aliqua in premissis, ubi idem Dns Pathas tunc sumptibus propijs unum castrum satis forte ad cautellam edificari & firmari fecit.

Marchionatus Histrie, & tota Histria obedire consuevit & obedivit ex privilegijs pleno jure concessis site Aquil. Ecclie ejusq. Pathe pastori & presulibus qui fuerunt pro tempore, sed Venetis per vim & potentiam pluribus retroactis temporibus occupaverunt & occupant plures civitates terras & loca Marchionatus predicti se. Polam, Justinopolim, Parentium, Emonam, Pisinam, Montonam, plura q. alia castra in ipso Marchionatu existentia, solvendo tm annuatim comuni ipsi Pathe & pastori pro regalibus juribus & jurisdictionibus civitatum terrarum & locorum predictorum.

Notandum est tm quod juxta sententiam arbitrariam alias latam per D. Comitem Sabaudie in MCCC-
al. * MCCCLXXVI. LXXXI.* super differentijs vertantibus inter Dnos Regem Ungarie, Januenses, Dnum Padue & Aquil.em Ecclim ex parte una, & Venetos ex altera, D. Gurnus Pontifex pns vel qui pro tempore fuerit, habet potestatem & authoritatem plenariam sententiandi & declarandi diffiniendi & determinandi super oibus & singulis civitatibus terris & locis per supradictos Venetos, ut premittitur, occupatis & super juribus ipsarum.

Civitas Tergesti cum auxilio & favore Januensium extitit nuper. &c. in. MCCCLXXX. per bonem. D. Marquardum Patriarcham Aquil.em aquisita, & de manibus Venetorum illam occupantium redempta cum castris de Muco & Muculano, Ipsiq. Pathe pro se & successoribus suis, ac vice & nomine suo & Aquil.e Ecclie per cives dicte civitatis prestitum extitit obedientie & fidelitatis plenum & perpetuum debitum juramentum, ita quod idem Pathas & successores sui perpetuo in ipsis civitatibus & castris providere.

providere de Capitaneis & Rectoribus pro eorū libito voluntatis, ipsorū tñ civiū sumptibus, & preter hoc tenebantur ipsi cives eidē Pāthe & successoribus suis de certis censibus annis singulis respondere. Prout hec & alia in̄stis publicis inde confectis manu Jacobi de Fagedis, tunc pāthalis Not^i debent seriosius & plenius contineri. Etiamq. fit mentio in sen̄tia D. Comitis Sabaudie supradi. Nunc etiā propter guerras nimias in Patria existentes, & potissimū quia supradi. Dñs card^lis & Pāthas, impedientibus nonnullis patrie, sibi et d^o Aquil^si Ecclie Rebellis, plena et debita Pāthatus non potuit consequi obedientiā, & debita jura sua, D. de Duino sibi usurpavit & usurpat Civitatē, & Castra predicta indebite & de facto.

D. Doymus de Castello, seu illi de domo sua, nōie pignoratitio tenent Castrū Petrepilose ad mensā pāthalē spectans, & ultra hoc per violentiā & de facto pluribus retroactis temporibus occupavit et occupat Marchionatū supradictū cū juribus jurisdictionibus & omnibus pertinentijs suis. In quo Marchionatu, ultra occupata per Venetos, ut superius notatū est, adhuc extabant & extant Castra .VIII. Aquil^si Ecclie et Pāthis, qui fuerunt pro t̄pore, obedientiā debitā & plenā prestantia .sc. Castra de Buleis, Portulis, Pinguento, Albona, Flanona, Rotio, & duobus castris. * al. * Flaona, Collino, Rotio &c.

Terra Mugle cū oīb̄us juribus & jurisdictionibus & pertinentijs suis spectat & pertinet ad Aquil^am Ecclia, ejusq. Pāthā & presulē, ubi idē Pāthas habet et potest pro voluntate sua de Potestate sive Capitaneo & Rectore providere: tñ virtute privilegij Imp̄lis & regalis antiquitus ipsi Aquil^si Ecclie sp̄lr concessi, prout in Registris privilegiorū Cāpli ejus de Ecclia vidi & legi, quā etiā virtute pactorū ultimo contractorū inter bo. me. D. Marquardū Pāthā, ac cives & incolas Terre supradi. & preter hoc predi. de Mugla annuali pensione solvere tenentur pro Regalibus & Decimis Vinū & Olei consuetū, necnon certā pecunie quantitatē, virtute ipsorū pactorū, de quibus apparere debent in̄stra pub^ca manu q. Nicolussij Tirbini de Utino, tunc pāthalis not^i in MCCCLXX. vel circa.

In partibus Carniole & Marchie etiā sunt plura Castra, & bona spectantia ad Pāthalē mensā. sc. Castra de Los, Vipach, & Indisperch * cum ipsorū pertinentijs, que nunc occupantur per Comites Cilie, & de Ortenburch, Credo tñ quod ipsi comites investituras habent tacita veritate obtentas. al. * Drisperch.

Pāthas quilibet debet & tenetur Regalia & temporalia sua ab Imperatore recognoscere, ac de illis investituras accipere, & hoc potissime quando Imperator in partibus Italie existit, alibi tenetur, ut ex sp̄li privilegio Imp̄li constare vidi.

Castrū quoq. Windisgratz cū mutis & oīb̄us suis pertinentijs olim fuit de patrimonio felicissime me. D. Pāthe Bertoldi, & idē Pāthas illud et alia bona, jurisdictiones, & jura concessit perpetuo & donavit sctē Aquil^si Ecclie ejusq. Pāthis & pastoribus, prout ex patentibus privilegijs ejusdē Pāthe plene & clare constat. Sed nunc occupantur per Duces Austrie. In ijsdē partibus sunt Vassalli multiplices, & diversi recognoscentes diversa pheuda a d^o Aquil^si Ecclia & Pāthis, qui fuerunt pro t̄pore recipientes in forma debita investituras ipsorū, prout apparere vidi per authentica privilegia, & pub^ca documenta, & ego quoq. in materia eadē scripsi.

D. Rex Bohemie tenetur ex debito redimere Pāthā Aquil^am si forte ab aliquo caperetur, & ob hoc idē Rex tanquā Vassallus obtinet bona plurima ab Ecclia Aquil^si

Dñi Duces Austrie etiā sunt Vassalli Ecclie supradi. Aquil^si ejusq. Pāthe & pastoris, & obtinent plura & diversa bona, & pheuda a d^o Ecclia in partibus Karinthie & alibi, que recognoscere debent, & jā retroactis t̄poribus a Pāthis qui fuerunt pro t̄pore, recognoverunt.

Similr quoq. Comites Goritie, Cillie, & de ortemburch sunt Vassalli supradi. Ecclie Aquil^si & obtinēt plura Castra & bona jure pheudi a d^o Ecclia & Pāthis, qui pro tempore fuerunt, que recognoscere & se de illis investiri facere tenentur, prout alias fecerunt. Isti tenent & occupant bona pheudalia plurima & diversa, que non curaverunt forma debita recognoscere ut tenentur.

Insuper

Insuper ille Dnūs de Duino deberet, & debuit recognoscere more progenitorū suorū Castra Duini, Prem, & Solosench cum eorū pertinentijs juxta antiquarū scripturarū tenorē quas ego vidi & legi jure pheudi Aquil. Ecclie prelibate, sed idē de Duino etiā requisitus per bo. me. D. Marquardū Pathā Aquil. hoc facere non curavit; de qua requisitione debet instū apparere pub. manu Johis Gubertini tunc pathalis Not.

Etiam apparere debent & sunt clara & authentica implia privilegia de confirmationibus privilegiorū donationū & jurisdictionū omniū ipsi Ecclie Aquil. olim per quoscumq. Imperatores, Reges, & Principes, & Dnos quomodolibet concessorū.

Notandū est ulterius, quod tpore bo. me. Ottoboni Pathe vel circa depositata seu pignorata fuerunt penes quemdā de societate Caponorū de Florentia certa Implia & Regalia optima privilegia continentia Donationes Forijulij aliorumq. locorū & terrarū ad suprad. Ecclia spectantiū, quorū privilegiorū major pars erat bullis aureis bullata, prout inde continere vidi pub. insto manu q. D. Meliorantie Can. Utini tunc pathalis Not. scripto.

MCCCLXXXVI.

In Xsti Noie Amen. Infsti sunt introytus ad Aquil. mensā Pathalē spectantes, per me Odoricū de Utino Pathalē Cancell. juxta parve capacitatis mee memoriā, fidelr notati & descripti, necnon Capitaneatus, Gastaldie, ceteraq. d. mense Officia, & pro quanto pretio annuatim comuniter vendi solent seu solebant, salvo pluri & minori juxta tporū dispositiones prosperas & adversas.

Quedā Patrie loca numeranda sunt.

Pmo namq. Capitaneatus Cadubrij cū juribus & jurisdictionibus suis, ubi sunt duo Castra, sc. Plebis & Bottistagni, ultra custodias ipsorū Castrorū, quas Cap. ibidē deputatus proprijs sumptibus facere tenetur & debet, Vendi solet annuatim pro lib. par. iiij.c & ultra.

Gastaldia Carnee, ubi sunt duo Castra. sc. Tulmetij, & Castri Moscardi, qui custodiri debent expensis Gastaldionis ibidē, ut § Vendi solet comuniter annuatim pro Mar. dnr. VIII.c & ultra.

Capitaneatus Terre Venzoni cū jurisdictionibus suis alias concessus est gratis & parū valet.

Capitaneatus Terre Glemone valet Mar. dnr. LXX.ta & ultra. & Cap. deputatus tenetur proprijs sumptibus custodire Castrū ibidē, & Gastaldiā Artenee.

Gastaldia Buje, ubi est Castrū custodiendū, ut supra, solebat vendi pro Mar. VII.

Gastaldia S. Danielis pro Mar. dnr. XII.

Gastaldia Faganee pro Mar. dnr. XXIIII.

Gastaldia Tricesimi, ubi est unū Castrū custodiendū sumptibus Officialis ibidē, ut supra, vendi solet annuatim pro Mar. dnr. LX. & ultra.

Gastaldia Sedejani pro Mar. dnr. XIIII.

Capitaneatus Utini cū Garritu, juribus, & jurisdictionibus, ut supra, vendi solebat pro Mar. dnr. L. & ultra.

Gastaldia Civitatis Austrie pro Mar. dnr. XX. & ultra.

Gastaldia Antri pro Mar. dnr. ij.c & ultra.

Muta Utini pro Mar dnr. L. et ultra.

Muta Civitatis Austrie pro pro Mar. dnr. XL. alibi. LX. & ultra.

Gastaldia Tulmini, ubi sunt duo Castra, unū scilicet in monte & aliud in plano custodienda sumptibus Officialiū ibidē ut supra, Vendi solet ultra ipsā custodiā pro Mar. dnr. V. & ultra.

Muta Scluse que nunc exigitur in Venzono, vendi solebat annuatim ut supra, pro Ducatis auri. iij.m vel circa. alibi. CCC.

Capitaneatus Montisfalconi, ubi est unū Castrū, sive Roccha in monte custodienda ut sup. vendi solebat cū juribus & jurisdictionibus pro Mar. dnr. LXX. & ultra.

Muta Montisfalconi pro Mar. dnr. CCCIV. & ultra. alibi. CCC.

Gastaldia

Gastaldia Manzani pro Mār. dnr. XL.ta
Podestaria Aquilegie pro Mār. dnr. XVI.
Muta Aquilegie pro Mār. dnr. XII. alibi. XL. Sed his elapsis tporibus modicū valuit propter bellū, & pro datio Aquil.ie solebant solvi per Cōitū Aquilegie annis singulis mār. dnr. XL. medietas scilicet in Festo Nat.s Dni, & reliqua medietas in Festo Bmi Hermachore.
Gastaldia Agelli pro Mār. dnr. XXIIII. vel circa. alibi. XX.
Potestaria Marani pro Mār. dnr. LXX. & ultra.
Gastaldia Carisazi, & Palazoli pro Mār. dnr. XIII. vel circa.
Gastaldia Mosse pro Mār. dnr. XXVIII. & ultra.
Gastaldia Nebule pro Mār. dnr. III.
Gastaldia S. Viti pro Mār. dnr. C. & ultra.

Capitaneatus Terre Portus-gruarij cū Garritu, & jurisdictione, necnon cum mediet.te Datiorū ejusdē Terre, vendi solebat pro modico, quia major pars expenditur pro custodia Castri, ibidē tñ percipi possunt, & percepti sunt ultra ōes expensas Ducati. n.o L. & ultra.

Gastaldia Medune, ubi est unū Castrū custodiendū, vel custoditū ut supra, vendi solet annuatim pro Mār. dnr. C. & ultra.

Gastaldia, sive Capitaneatus S. Steni, ubi est unū Castrū, sive fortis Turris, custodiendū ut supra pro Mār. dnr. C. vel circa.

Gastaldia Turris cū Castri ibidē custodia juribus & jurisdictionibus pro Mār. XXIIII. & ultra.

Gastaldia Aviani pro Mār. dnr. XII. vel circa.

Gastaldia Maniaci modicū valet, & pluribus retroactis temporibus non fuit vendita quia nobiles de Maniaco pro eorū fidelibus impensis servitijs illā ad qui fuerunt pro tpore bene placitū habuerunt.

Capitaneatus Sacilli, ubi est unū Castrū custodiendū, ut supra, cum Gastaldijs Canipe, & Cavolani pro mār. dnr. C. vel circa.

Marchionatus Histrie pro libris pār. M.

Castrū Petre pilose in Histria habetur, sive possidetur, pignoris tñ nōie sub certis pactis per D. Doymū de Castello, & spectat ad pathalē mensā ut supra.

Terra Mugle debet annuatim Regalia, & Decimā Vini & olei, & D. Pātha habet ibidē de potestate & Rectore ad voluntatis sue libitū providere tū ex privilegio antiquo, quā etiā virtute pactorū inter bo. me. D. Marquardū Pātha Aquil.s ultimo contractorū, & sunt Vini urne & olei urne & insuper virtute dictorū pactorū scriptorū manu q. Nicolussij Zirbini tunc pāthalis not.i tenentur ipsi de Muglas certas pecunias D. Pātha annuatim persolvere pro officijs supradictis

Civitas Tergesti aquisita & redempta per D.D. Marquardū Pathā de manibus Venetorū illā occupantiū, debet ex pacto & conventione ultra debitā fidelitatē & obedientiā per cives ibidē in manibus ipsius pāthe eorū sacram.to prestito, annuatim solvere pāthali mense Vini Robolei urnas. C. & Marcas. C. dnr. & preter hoc D. Pātha, qui fuit pro tempore habet voluntatis sue libito ibidē providere de Cap.o & Rectore, prout de pactis & conventionibus hujusmodi apparere debet per pub.m instū manu Jacobi de Fagedis tunc pāthalis not.i

Canipe Pāthales Utini, Civitatis Austrie, Aquilegie percipiunt annuatim magnos & multos census de bladis, vino, pecunijs, & rebus alijs, prout in libris Canipariorū, qui fuerunt pro tempore, plene constat, sed spl.r Canipa Utini est pro ceteris canipis in preminis omnibus opulenta, & consueverunt Pātha pro tempore eorū familijs pro majore parte anni cujuslibet expensas facere inde opportunas.

Census per Venetos annuatim debitus occōne juriū & jurisdictionū Histrie, quas tenent, ascendit ad Duc.s m. vj. vel circa.

Gratia Vini de Histria, quod estimatur in Grado, ascendit ad rōnē medie marche dnr. pro amphora

amphoras ad illas summas, de quas fit estimatio, & vinum quod habet debet extimari, si ducetur ad ipsum extimatorem, capit Amphoras. MCCII. ab inde infra. alibi. MCX. vel ab inde infra.

Capitaneatus S. Pauli in partibus Tarvisinis, ubi est unum Castrum custodiendum, ut supra, cum juribus & jurisdictionibus suis, solebat vendi annuatim pro Duc. n.o C. & ultra.

Nota quod ultra predicta certe pecuniarum condemnationes juxta Patrie morem & per sententias Pathali Camere applicantur.

Ego David de S.to Felice civis Utini q. Egr. Viri ꝙ Nicolai de Tricesimo pub.s im-
pli auctoritate Not.s suprascripta Memorialia ex vero & authentico originali manu
supradicti q. D. Odorici q. Andree de Utino Pathalis Canc.ri mihi ostenso & comodato
per nob. Virum meum amicissimum ꝙ Odoricum de Susannis, nepotem supradicti q. D. Odorici
Andree, fideliter exemplavi nil addens vel minuens, Verumtamen quod nonnul-
la verba aliquibus in locis deficiunt, non quod ipse prefermiserim, sed quia ori-
ginale erat ab eadem vetustate corrosum, & ipso restituto, idem ꝙ Odoricus, ma-
gnum accedentes, illud extemplo attulit, & largitus fuit M.co & Cl.mo D. Andree
Lauredano dignissimo Locumt.i &

AD JOANNIS PARTHENOPAEI HIST.AM DE BELLO FOROJULIENSI

PRAEFANDA

JO. JOSEPH LIRUTI DE VILLAFREDDA NATALIS F. LIRUTO EX FRE NEPOTI.

Calamitates, & clades penè singulares, quas per quinquennium, Cameracensis Belli tempestate, provincia nostra Forojuliensis miserandum in modum perpessa est, a Joanne Parthenopaeo, hac concinnata historiola, posterum memoriae mandatae sunt; illiusq. fatalis, et in omne aetate memorandi Venetis belli origo prima, et initium in nostris Alpinis ad Cadubrium confinibus a Germanis in nostros excitatum panditur. Res equidem hoc eodem bello in Forojulio gestas in suis Coment.iis lib. VIII. Joannes Candidus, et in sua Veneta Hist.a lib. VII. & seq. Cardinalis Bembus quoq. scripsere; ambo coaevi, et bello huic contemporanei, qui res vel oculis suis inspexere, vel ab ijs, qui eas oculis hauserant, praesentes audiere; sed uterq. non nimis curiosè, et minutatim, sed per summa capita majoribus impliciti, et occupati, quae in Longobardia eveniebant, gestis, res nostras Forojulienses prosecuti fuere; Bembus praesertim, qui Venetam Hist.am animo conceperat, et persequebatur. Parthenopaeus verò noster, et ipse supralaudatis coaevus, et qui ex gestis aliqua oculare fide perceperat, omniaq. praesens in patria sua acta cognoverat, diligentiùs perscrutatus etiam minutiora eadem diligentia, et pari fide conscripsit; qui quamvis post Candidum nostrum, et post Bembum, qui desinit in Julij Pontificis secundi morte, scripserit, ut ex ijs, in quae desinit, verbis, et anno MDXLII. videre est; nihilominus ejus fidem, et diligentiam in Forojuliensibus calamitatibus, etiam minoris precij, recensendis [illegible] hanc Historiolam lectoribus (Forojuliensibus tamen) debere arbitror; quum ego eadem de causa, et ratione ipsam in Collectionem hanc induxerim.

Duo tamen notatu, et animadversione digna in hac Parthenopaeana scriptione mihi visa sunt; Primum, quod de populari tumultu, incendio, et caede, quae Utini anno MDXI. ultimis Bacchanaliorum diebus per populum, regionariosq. milites patrata fuit, ducibus partium Ant.o Savorniano, et Turrianis, suo loco (inter eas scilicet anni memorati gesta) praetereat, eaq. jejunè admodum, et invito penè calamo alieno loco commemoret; mentionem libens praetermissurus, ut profitetur, damnansq. etiam probrosos scriptores, qui illius cladis posteris scriptis suis notitiam peculiarem mandare curarunt; Dum, ut ego quidem existimo, potiùs eorum, qui ante illum memoriam hac de re contexuere, narrata redarguere, veritatemq. facti in aperto ponere oculatus testis debuisset; cum in partes, affectu trahente, scriptores isti distracti, alij Savorniano adhaerentes eum ab hujus facinoris nota eximentes rem componunt ita, ut Turrianis, et illorum asseclis criminosam causam tumultus tribuant, alij, ut Candidus, et Amasaeus, Savorniano inimici, hujus seditionis auctorem Savornianum eundem criminentur. Alterum, Osopi oppidum eodem bello Caesarianis deditum fuisse, vel desperatis rebus ab invicto Comite Hier.o Savorniano in eorum potestatem, et ditionem dimissum; Quod contra aliorum scriptorum fidem, et Candidi contemporanei praesertim testimonium, affirmatur, et ab eis, quae ab ipsomet de remuneratione a Venetis Savorniani virtute narrantur, et a verosimili abhorret; cum praemium benè gestae rei, et fidei constanter Principi suo servatae consequatur, non hostibus primae faciei cedenti tribuatur. Verùm hac in re Amanuensis potiùs, et descriptoris fidem me desiderare profiteor, quàm Parthenopaei nri; ideoq asterisco ad marginem locum notavi, ut fideliori Ms.to invento, locus correctioni esse possit; omninò enim inverisimile est, Nostrum in re tam clara, et aperta, omniumq. oculis tunc exposita caecutisse, gloriamq. hanc Savorniano nomini invidisse; cum coaevi omnes scriptores de Osopo, a Hier.o Savorniano egregiè hoc bello propugnato, nunquam Caesarianis dedito, fidem inconcussam faciant. Et insuper Savornianus ipse, numismate, vel toreumate aereo cum sua protome, et nomine in antica percusso, vel conflato ad posteros virtutis suae monumentum permanare voluerit, [illegible] et OSOPUM [illegible] IN JESU contra Germanos DEFENSUM, epigraphe hac in postica cum victoria excusa, glorietur; et praeterea marmori, in fronte cujusdam aedis Osopi posito, et ipsius oppidi GERMANIS DEVICTIS propugnat.is, et virtutis suae praemia a Veneta Rep.ca sibi accepta anno MDXIII. insculpi jusserit, cujus toreumatis ectypon, et inscriptionis apographum Cl. Fontaninius vulgavit in Coment. S. Columbae c. 2. pag. 8. 9.

Quod ad scriptorem attinet, is ex honesta familia ortus Tricesimi, vel potiùs Reanae, ubi suas aedes huius [illegible] trahit, arbitror. [illegible] Latinas operam aliquam [illegible] scriptas produnt, sed quadam intermixta barbarie, fortassè militaris muneris causa, quod se obijsse in Neapolitano regno, hoc eadem in hist.a innuit, non [illegible] cum Marte musis [illegible]. De Turcarum incursionibus, quibus labente saeculo XV.o acerrimè [illegible] haec provincia afflicta fuit, libellum quoq. latina lingua [illegible] Filios ac nepotes, [illegible] quam fres (utrò [illegible] quo vixere, [illegible] videtur) Herculem et Aloysium [illegible], Reanae degentes, et ambo Notariatus officio penè eleganti [illegible] stylo, [illegible] [illegible] et Herculem praesertim, qui, cum sacris initiatus curam animarum in Eccl.ia Reanae Rector exerceret, [illegible] [illegible] [illegible] antiquae operae dabat, ut ex ejus Forijulij descript.e vulgari lingua composita, et typis Natolinas Utini an. 1600. edita [illegible] [illegible] Horum Parthenopaeorum posteritas Reanae permanens [illegible] saeculo superiori [illegible] —

JOANNIS PARTHENOPÆI FOROJVLIENSI.

DE BELLO A VENETIS CVM MAXIMILIANO CAESARE GESTO AB AN. MDVIII. AD. MDXIII.

Qui mans superi sinum incolunt, Veneti, patritia gens, et vetustate originis & generis claritate nobilissimi sunt; quippe qui ex præclaris totius terrarum orbis proceribus originem ducunt. Ac primo quidem Aborigenes priores Italiæ cultores, quos Græcia a vetustæ generis nobilitate Euganeos appellavit, Venetiæ loca tenuere. Inde ex Asia, aureo adhuc sæculo florente, venere Tylo, & Venetus, ac regiones illas, quæ ab ipso Veneto Venetia est appellata, incoluere, a Pado, cui nomen erat Eridanus ab alio Tylæ, et Veneti fratre Eridano, ad mediterraneas usq. loca ultras ripas Tiliaventi fluminis, quod ab ipsis etiam Tylo, et Venèto appellatum est. Post hos demum ex Asia Antenor, Trojæ jam diruta, Paphlagones, & Henetos duxit, et cum Venetis, Euganeisq. rebus compositis, et affinitate inter proceres juncta, in gratiam priorum accolarum utramq. gentem Venetos appellavit, unde proceribus genitis, omniq. Veneta regione præclaris familijs exornata, urbes, et vagi conditi sunt Florentes. Verò regione ipsa, heroibusq. passim referta, Hunnorum rex Athila in Italiæ perniciem per Histros descendit, Venetamq. regionem ferro, et igne vastare primùm cœpit: et dum Aquilejam, cæteraq. Venetorum urbes infesto exercitu obsidere parat; regionis proceres, ut ab hoste navigijs carente tuti forent, in insulas Adriatici maris proximas cum familijs concessere, et loci amœnitate, ac cómodo; quias infero, ac supero mari patet; capti urbium omnium nobilium condidere, eamq. et a veteri patria, et majorum suorum nomine Venetias appellarunt. Quibus effectum est, ut Optimates, qui ex toto Venetorum orbe in unam regionem prius convenerant, divinitus postmodum in unam Urbem coacti patriciorum regum conventum efficerent, indeq. Senatus patriciæ gentis Venetus, qui Christianæ pietati perpetuò faveret, et maritimis rebus jura imponeret, ortum habuit. Patres igitur Veneti ad imperium nati, et imperare a suis priori origine assueti, summa virtute ac prudentia terra, marique auxere Imperium, ac brevi loca omnia in Veneta provincia hæreditario quasi jure sibi vindicavere, ac mox ex Adriatico in Pontum egressi Græcia, & orientis Imperio potiti sunt. Maris quoq. inferi, quod Tyrenum vocant, urbes multas jure belli obtinuere, et ulterius progressi nonnullas Insubrum Civitates, ejectis Tyrannis, in suam ditionem adduxere; Armaq. in Galliam Cisalpinam, Picenum, et Appulos victricia transtulere.

1508 Et cum jam totius orbis principibus & bellicæ virtutis formidabiles essent, Anno a Partu Virgineo Octavo supra Millesimum, et quingentesimum bello petiti sunt a Maximiliano Cæsare, qui Forijulij regionem multis prælijs primùm afflixit, et mox icto fœdere, inter Julium ab hoc nomine secundum Pontif. Maximum, ac Maximilianum ipsum, et duos Francorum Ludovicum, et Hispaniarum Ferdinandum reges, totius Europæ vires in unum Senatum Venetum intulerere.

Primum cruentis Belli initium in Cadubrina regione fuit. Erant tunc in proximis finibus ex Cæsarianis præsidij causa ad duo armatorum millia, qui mox etatis signis Cadubrinam Arcem, munito satis loco positam, invasêre; Venetus verò arcis præfectus, in ipso tumultu aufugiens, oppidum in hostium manibus reliquit, ac se Venetias contulit facturus certiorem de ea re senatum; qui mox decrevit copias omnes, quæ secundum Vicetiam, et Patavium erant quæq. apud Juliadas hybernaverant, raptim duci Cadubrium, et vi hostium expugnatas, oppidum receptum iri. Quamobrem Bartholomæus Alvianus, ex Ursinorum præclara familia oriundus, qui tunc Venetorum auspicijs militabat, cæteriq. exercitui præfectus, audito senatus consulto, milites ire cogunt; et premisso celeriter equitatu, pedites subsequuntur Qui Patavio, et Vicetia profecti erant, iter per agrum Bellunensem tenuere, qui verò ex Forojulio processerant, Tulmetanum oppidum recta petivere; demumq. omnes pari celeritate Cadubrium se contulere.

Prodigia tunc in Forojulio multa fuere, ac his fermè diebus, quibus Venetorum copiæ proficiscebantur, Lunam sanguine aspersam attoniti mortales aspexerant, eodemq. anno multis in locis sacræ Ædes de cœlo factæ, hominesq. nonnulli fulmine exanimati nunciabantur, Lupos in rabiem versos humana corpora lanistes, puerosq. et adultos, quos in agris reperissent, devorasse ferebantur; et tanta ignavia mortales invaserat,

et

ut nec per ea portenta intelligerent, læsum humano scelere divinum Numen esse, et oportere rogationibus, et sacrificijs dira prodigia expiari; nutabant potius, nec eos resipiscere, & iram Divinam placare moles peccatorum sinebat.

Germani interim milites, qui Cadubrinam arcem occupaverant, audito primum ingenti nostrorum apparatu, et mox certiores facti eam omnem belli molem in se converti, impares viribus, relicto oppido fugam seriùs arripuere; nam fugientes persequuti sunt primò equites levis armaturæ, quos nostrates a græco nomine σπατιωτας vocant Stradiotas; ac novissimum agmen aggressi iter abeuntium interceptum impedivere, quoad pedestres copiæ propè essent. Germani ut se fugere impeditos viderunt, nec aliter suæ saluti consulere posse, intrepido consistunt animo, aciemq. elegantèr instruunt, et se persequentes hostes expectant dimicaturi. Cominùs itaq. fit validiss. utrinq. congressus; verùm cum ad primum teli jactum Germanus Dux, qui acri prior animo manus conseruerat, balistæ jaculo in fronte ictus occubuisset, reliqui milites ducis casu perterriti ad terram prostrati veniam supplices rogabant, ac sese hostibus sponte dedebant armis projectis; quos tamen Bartholomæus Alvianus præfectus, vir profectò crudelis, feritate magna noluit ut dedititios accipere, sed ut hostes; et sicuti erant acie instructi, omnes ejus jussu ad mille, et quingenti ibidem trucidati fuere. Quod facinus crudele admodum inter Christicolas omnibus visum est, et postmodum causa fuit, ut Germani ad Vicetiam aliquando victores idem in Venetos milites in suorum ultionem fecerint, ut de hac strage alibi dicetur. Ab hac cæde ad arcem Cadubrij, quæ Germanorum præsidio tenebatur, expugnandam Venetus exercitus adductus est; et commissa cum ijs, qui arcem Maximiliani nomine tuebantur, acri pugna, tandem oppido potiti, præsidiales omnes ad unum trucidati sunt; ac tota Cadubrij regio, quam vulgo Plebem appellant, reciperata est. His ità gestis, et positis in arce præsidijs, Venetus exercitus, ductoribus eodem Alviano, nec non Georgio Cornelio Veneto patricio, qui rebus exercitui necessarijs præerat curandis, utinum Cadubrio commigravit. Erat tunc Utini Præses Andreas Lauredanus, vir solertiss.; hic non solum Patriam hanc Forojuliensem legibus moderabatur, sed etiam res bellicas cum Ducibus ipsis tractabat; Consulunt igitur de rebus agendis, et quo præcipuè in loco castra poni deberent. Duæ erant inter duces sententiæ; altera penes Manzanum, altera verò Tricesimi castra poni suadebat; prævaluere tandem qui locum Castris Tricesimi elegerant, ea de causa quod commodius ad res ibi esset peragendas, Cadubriumq. tuendum, si res posceret, fuisset; eo namq. novas Germanorum copias arbitrabantur reversuras. Fuere igitur per totam ferè Quadragesimam Tricesimi exercitus stationes, maxima cum jactura, non illius loci tantummodo, sed finitimarum quoq. Villarum; et præcipuè pagi Reanæ, ubi nostræ Ædes sunt. Nec interim a crebris incursionibus in agrum Civitatensem Cormonenses abstinuerant, homines inde, et pecora abducendo, et omnia hostilia faciendo; et quamvis fuisset eis pluries amicis Civitatensium verbis nunciatum, ut se ab hujusce iniurijs abstinerent, ipsi tamèn instando novas insidias, novasq. res moliebantur; quare fessi tandem tot malis Civitatenses legatos ad Duces Veneti exercitus questum misere de damnis sibi per Cormonenses illatis. Duces verò, consulto prius per literas Veneto Senatu, ex illius Decreto totam belli molem ex vicinis locis, et pagis in Cormonenses convertere; et mox, electo ad id apto loco, in patenti planitie, quæ Marsura dicitur, propè sacellum D. Nicolai de Premulaco in agro Reanensi, non procul Tricesimo, statuit Alvianus totum lustrare exercitum; quò jussi convenere cum legionibus omnes totius exercitus duces, et præfecti, a quibus acies instructæ fuere, hinc peditum, atq. hinc equitum: Loricati verò; quos Cataphractos vocant, genus est equitum gravis armaturæ, quorum quidem non parvus inerat numerus; agmen suum a coeteris procul eadem in planitie constituerant, locumq. ab alijs tertium tenebant; Videbanturq. tria hostilia agmina tribus diversis locis in eadem esse planitie. Nam et inter se exercitij causa, quasi cum hostibus prælium inirent, concursabant, præbebantq. jucundum intuenti spectaculum; ad quod de condicto convenerant ferè omnes Utinates, Civitatenses, et Castellani; et ut mihi; licèt aliàs pluries experto bellis Neapolitanis; pulcherrimum omnium visum fuerit intueri tot, tantaq. cum peditum, cum equitum concurrentia agmina; ità coeteri, qui aderant huic ludicro, se nihil unquam pulchrius vidisse affirmabant. Erant pedites septem millia; equites verò levis armaturæ ad duo millia; cataphracti, qui totius exercitus robur existimabantur, ad tria millia fuere.

Reanæ ædes Autoris.

Author miles in bellis Neapolitanis.

Operæ pretium fore arbitror hoc loco enarrare, quod ea die viderim de Equite quodam levis armaturæ ex pago propè Purlilias in ditione Comitum Purliliensium. Is fuerat parvulus hinc abductus ad orientis plagas a Turcis, qui annis superioribus in Patriam Forojuliensem hostilitèr incursaverant, prædasq. ingentes,

& cap-

& captivos quampluriмos inde abegerant; edoctusq. equitare, jaculari, et alia ejus generis exercere, quibus maximè Turcæ equites delectantur; tantum profecerat eo in ludicro, et arte, ut mirum fuerit intuentibus aspicere, quo se modo agebat ex equo; Nam dum equus toto curreret habenis Eques ipse saltu celerrimo, modo ad anteriora, modo ad posteriora equi partes se provolvebat, et pro habenis, quas nuper manibus tenuerat, postilena velle uti videbatur; eundemq. insiliendi modum agebat, tum adeo sapè, et celeriter, tum aptè, ut homines penè attoniti prospicerent illum saltu versum modò ad caput, et mox ad caudam equi, quàm ocissimè currentis, faciem habere; & sicuti hanc, aut illam partem saliens facie appetebat, ita sagittas nisu quàmaximo emittebat ex arcu ad certum signum, adversusq. cum erat, refugiente equo, certiùs feriebat, itaut nec stans certius ferire posset. Quin, ipso etiam velocissimè currente equo, tantas, modo prosiliebat, modo ascendebat celeritate, ut non prosiluisse, aut ascendisse, sed evolasse eum quis existimaret. Interdum verò aut genibus, aut plantis stans inhærebat equi dorso erectus, lanceaq. et clypeo pugnam simulabat; nonnunquam nudus ensem ore gestiens, arcu et sagittis acerrimè bellum inire fingebat; currente interim equo, quem insidebat, quàm ocissimè; jacens toto equi dorso supinus equum ipsum celerrimo cursu agebat. Hæc omnia magna adeo agilitate, et ludicro exercebat eques ipse, ut omnium oculos, et mentes ingenti cum admiratione in se unum converteret.

Sed ut ad id, quod instituti nostri est, redeamus. Alvianus ipse eodem anno circa Dominicum Palmarum diem versus Gorițiensem agrum castra movens, eodem die in Manzani vico exercitum omnem constituit, maximo quidem cum damno nobilis Manzanorum familiæ; Nam quicquid vini, ac tritici, aliarumq. omnium suppellectilium, ac generis cujuscumq. animalium, quod ibi extiterat, per milites direptum, atq. consumptum est. In ipso autem sequentis diei crepusculo pontes super Natisonem, qui fluvius in illis labitur partibus, injecto propter peditum faciliorem transitum, totus mox exercitus ad ulteriorem ripam deducitur; et jumentis appositis quampluribus pariter transvehitur totus belli apparatus, ac bombardarum, et aliorum tormentorum quicquid erat. Exercitui etiam, qui jam trajecerat, concti rustici ad duo hominum electorum millia adduntur, sed et eorum, qui nec electi, nec jussi sponte sua in castra venerant, allecti spe prædæ, multitudo major sequebatur. Ità adauctis copijs Alvianus per Villamnovam rectas profiiscens Merianum petijt, et cùm rumor palàm esset, exercitum eo itinere Gorițiam profecturum, copiæ omnes mox divertentes ad montem, cui Cormoni castellum imminet, se recepere, eodemq. die tormenta bellica, et bombardas, quibus oppidum dejiciendum foret, jumentis pluribus ad prominentem montis, qui Quirinus dicitur, apicem adduxere, arcemq. ad adversam direxere, feriendam. Et copijs divisis; equites in campo patenti, qui Gorițiam inter, et ipsum Cormoni oppidum medius jacet, custodiæ causa ab ea parte positi sunt; pedites verò ad montis radices circumducti, undequaq. diffundebantur, ac locum ipsum in coronæ modum circumdedere. Qui verò ad arcis præsidium erant, eodem die pariter ante solis occasum, eruptione facta, cum hostibus prælium commisere, et auxilio oppidanorum, qui suis ex arcis prorumpentibus suppetias venerant, nonnullos ex hostibus peremerant; inter quos fuit Andreas quidam ex Romandiolæ, qui Primumpilum in exercitu obtinuerat, et eum ità casum loricam pulchérimam exuerunt, ac se incolumes in arcem receperunt. Posteas autem circa noctem ejus noctis horam coeptum est horrendo bombardarum strepitu arcem ex Quirino percuti, quarum frequentibus ictibus muri pars, quæ Quirinum aspiciebat, ante horam diei tertiam locis plurimis solo æquata est, et aditus per apertas ruinas, et foramina patefacti. Tum Alvianus, dato ad prælium signo, suos ad ingressum hortabatur, impellitq. eo mox ruunt, alij per locas dejecta festinantes ingredi, alij verò, ubi altius fastigium videbatur, scalis oppositis ascendere conabantur; sed qui in arce erant, diversis telorum generibus locum tuebantur. Nam hinc sclopetis, hinc arcubus, aut balistis, hinc lapidibus, aut pilis, aliisq. missilibus uim hostium, ex quibus plerosq. peremerant, intrepidè arcebant; sed tandem victa est prædialium pertinacia, qui hostilem impetum jam sustinere nequeuntes sese ad interiorem Castri partem receperunt; Pars verò ea, quæ ad fossam versus Quirinum collem respicit, capta est, et in ipso primo hostium ingressu quotquot reperti trucidati sunt, et inter eos unus ex ipsius loci optimatibus, cui nomen erat Georgius de Cormono, pluribus ictibus confossus obijt; cæteri verò tam milites prædiales, quàm oppidani, qui se ultra fossam interius receperant ad turrim quandam, ubi matronas omnes tanquàm tutiori in loco recluserant, ejectis ex turri signis veniam postulantes deditionem facere, et ad Præfecti arbitrium omnes recepti sunt, mox q. in vincula conjecti; fœmina verò ferè omnes, ac præ cæteris matronæ, cum earum pudicitia servata, ac jussu ducum, et præfecti in Ecclesiam omnes deductæ,

inquisita

inquisitæ tamen prius, an pecunias, aurumve, aut argentū vestibus occultassent: quod repererunt eis abstulerunt, coeterū incolumes, ut irent, permisere. Tum bona oppidanorū direptas, et prædas militi datas, absq. ullo discrimine, aut inquisitione, essent ne in bonis direptis res eorū, quæ proximis incursionibus Cormonensis deprædati fuerant ex pagis, ac locis Venetæ ditionis; ut jus suadere videbatur, scilicet ut sua, qui novissent, spoliati reciperent. Majorē Cormoni prædā, quam quod credi possit, aut locus capere videretur, repertā fuisse, qui rem accuratiùs inspexerant, pro indubitato tradidere; congesta n̄ asseruere eo in oppido bona valoris pluris quā ducentorū milliū aureorū; quod nec incredibile videri debet; quandoquidē belli principio omnes Forojulienses eo sua bona congesserant. Erant, præter tritici, et vini, et aliorū hujus generis, quæ ad esum pertinent, et annonā, præterq. vestes penè innumeras, cū laneas, tum lineas, ac sericeas, vasa plurima aurea, et argentea, aliorumq. metallorum; monilia quoq. et torques, ac alia muliebris mundi ornamenta, prætiosa suppelectilia quoq. ac utensilia, et gemmæ, ac multa alia prætiosa mobilia, quæ aut Cormonenses eo ex præda convexerant, aut finitimi accolæ; etiā qui ex Veneta ditione attinentia loca incolebant, metu instantis belli ad id oppidū, tanquā ad munitū præsidiū adduxerant. Signati æris tantā ibi fuisse copiā quidā tradidere, ut victores ex abjectis, quæ vilissimi valoris essent, monetis, ut obolis, et byzantijs, vel onera fastidientes, vel precia floccipendentes, totā passim viā, quæ Cormono Merianū tendit, sevisse quis censeret. Captivis omnibus, ut se precio redimerent, potestas facta est. Erat inter captivos illustri loco natus Daniel de Flojana, quē Flojaniger appellabant, majoris colliū partis tyrannus, qui postmodū aureis octingentis persolutis liber dimissus fuit. +

Capto igitur Cormoni Castro, impositoq. ibidē ruraliū regionis Juliadæ præsidio exercitus ingenti prædā onustus Merianū primò, inde Gradiscam deducitur, et erecto ibi, ubi Mainiza dicitur, ligneo ponte, peditatus omnis trans Sontiū devectus est: equites ipsi per vada æquioris amnis maximo cum incommodo ob aquarū rapacitatē, et altitudinē, nantibus potiùs, quā reptantibus equis, transvadarunt; indeq. toto cum exercitu progressus Venetus non antea constitit, quàm in Goritiæ suburbiū, quod ad meridiē est, se receperit; ibiq. loco aperto firmatis signis, et bombardis expositis, alijsq. tormentis, et quod machinarū erat ad diruenda moenia, Goritienses per caduceatorē de deditione interpellavit. Quibus omninò se dedere recusantibus, oppidū ingenti impetu, ac crebris tormentorū ictibus oppugnari, ac prosterni coeptū est. Milites verò, qui in arce præsidij causa fuere numero octingenti cum Andrea Legtistaynero eorū præfecto, se interim præsenti animo tuebantur, breviq. temporis spatio plurimos ex hostibus telis, sclopetis, alijsq. missilibus peremerunt; nec eo, aut insequenti die memorabile quicquā gestū est, levia tantū certamina in quosdā, qui ingredi loca prærupta attentabant, et in eos, qui se intus tuebantur, cōmissa; quibus quidē congressionibus plures ex Venetis cæsi, aut saucij fuere. Ex præsidialibus etiā cecidit Leonardus Dorumbergus, et cum eo perpauci, qui se pertinaci animo hostibus ingredi enitentibus opposuerant; ac tunc post multa illata, acceptaq. vulnera, et cædē hostes recedere sunt coacti. Postmodū verò Venetus ira accensus, quod esset ignominiosè rejectus, et propterea oppugnationē navitèr prosequi ratus, iterū majori, quàm antea, impetu non muros tantū oppidi, sed ædes etiam omnes, quæ muris supereminēt, bombardarum ictibus, et boatu dejcere jussit; qua tandē clade perterriti cum oppidani, tum milites præsidiales, et videntes se ultra tueri non posse, et oppidū oppugnatū iri, colloquiū ab hostibus petiere. Quare intromissis quodā Joanne Ispano qui Veneto senatui militabat, et altero Joanne Scarsabursia Civitatensi, cui cum Legtistaynero vetus erat hospitiū, conventū est cum ijs, qui in arce erant, ut præsidiū omne cum ejus præfecto Legstistaynero liberi recederent, equos abducerent, arma, ac res suas omnes asportarent; ac insuper ut Veneti duo Florenorū millia præsidialibus ipsis solverent impræsentiarū ob stipendia sibi a Cæsare non soluta; quibus, ut erat conventū, mox persolutis, Legtistayn cum suo Germanico præsidio statim per medias hostiū stationes, oppido tradito, abijt incolumis. Hoc igitur modo Venetus Goritia potitus est, ac unâ omnibus, quæ vel in collibus, vel alibi sunt, municipijs, locis, ac pagis Goritiæ subjectis; quæ omnia Venetus prædatus est, et præter prædā rerū omniū, homines quoq. quamplurimos duxit captivos; quibus se pecunia redimi ideo concessit, quia resarciri æs præsidio Germano solutū eo modo volebat.

Posthæc

Posthæc Venetus Tergestũ Goritiæ profitisci orsus medio itinere Duinũ, atq. Pucinũ expugnavit, ac Fanicũ subiectis Tergestinæ urbis moenibus castra posuit; quò jàm maritimas Venetorũ Classis convenerat, ut Tergestũ terra, mariq. oppugnaretur; & jã undequaq. oppidũ ingenti bello premebatur, muriq. hinc a terrestri exercitu, hinc a maritimæ Classis bombardarũ, aliorumq. tormentorũ ictibus ferebrantur, turresq. et ædes multæ concutiebantur. Tergestini cum per dies multos oppugnationẽ intrepido animo sustinuissent, multosq. ex hostibus toto eo tempore peremissent, nec se ultra fueri posse arbitrarentur, suæ urbis deditionem fecere; qui eã conditione sunt accepti, ut deceñ aureorũ millia æquis per tot annos pensionibus solverent; quod postea ingenti cũ eorũ pernicie actũ est; eaq. omnis pecunia fuit inde Venetis mercatoribus soluta, et inter eos divisa. Ad aciem deinde Pucini, quæ, depopulato vico inferiore, adhuc præsidio Cæsariano tenebatur, profectus est Venetus, eamq. intra paucos dies compulit ad deditionẽ: pari etiã fortuna functa sunt multa alia Tergestinæ, ac Goritianæ urbibus subjecta oppida; et inter ea Rayfenbergũ, in quo castellanus præses, et omnes, qui erant in præsidio, milites obtruncati fuere. Dexnuæ gnata quoq. sunt Rantianũ, Vipavũ, et Castrumnovũ. Pustoimã inde, quo se pleriq. Cæsariani Equites receperant, castri illius custodiæ causa, totus exercitus Venetus est deductus. Ibi nonnulli Duces Cæsariani, qui equitatui præfuerant, hostes repente ex insidijs aggressi in fugam vertere, ac loco cedere coegerunt, et pluribus interfectis aciem dissiparunt; at ulterius progressi Castrum de Prem coeperunt, multosq. qui locũ præsidij causa tenebant, captivarunt; inter quos captus quoq. est, vir strenuus, et genere, ac virtute clarus, Hieronymus Savorgnanus, qui etsi ab hoste, ut hospes acceptus sit, et benè habitus; postmodũ tamen se redemit duobus aureorũ millibus. Venetas post hanc cladẽ nihil perterritus animo ingenti bellũ prosequebatur, Preemq. et loca alia, quæ amiserat, in suã potestatẽ mox redegit; ac rebus suis consulens præsides urbibus a se captis constituit. Nam Tergesti Prætor est designatus Franciscus Capellus Eques, qui se adeo severè gessit in Magistratu, ac Tergestinos tot, tantisq. affecit injurijs, ut postmodũ de malè administrata provincia apud Venetũ Senatũ accusatus, reus repertus sit, et coactus se abdicare a Præfectura; nec inde unquã ad Magistratũ aliquẽ assumi cautũ est: quamobrem reliquũ, quoad vixit, tempus inter privatos ignominiosè egit. Goritiæ etiam præfecturã tunc habuit Petrus Venerius, vir sanè conspicuus, et morũ honestate, et vitæ integritate. Is, ac unâ Alvianus ex Senatus Consulto Goritianũ oppidũ latioribus, validioribusq. muris, et fossis circumduci curarunt; ac primo quidẽ Arcem, edito satis colle positam, amplo muri crassitudine circumdedere; turres quoq. nonnullas, et propugnacula ad hostilẽ vim, si quando opus esset, repellendã, locis aptis erexere; Et nequid in mora esset, ac ut opus cœptũ sedulo perfici posset, omnes provinciæ fabri in mandatis habuere, ut mox adessent, ac operi instarent; & præter eos lixas omnes, et quibus excavare fossas, aliaq. ruralia exercere mos est, et non ex Forojulio solũ, sed ex Tarvisinis etiã pagis, ingẽtẽ hominũ multitudinẽ ad illud opus excivere: ac tunc ea fossa, quã incolæ vetere suæ gentis sclabonico vocabulo Grappam appellant, interiores Goritiæ vicos circumiens, excavata fuit. Quibus gestis Venetus exercitus dissolvitur, ita tamen ut Tergesti Civitas, Goritiæq. oppidũ firmam custodiã haberent, delecti, appositiq. sunt stipendiarij pedites, quibus, ne amoto jàm belli metu otio marcescerent, injunctũ est aggeres struere, aliaq. facere, quæ ad eorũ locorũ munimen opus essent, quæ sedulitate actũ, ut paucos intra dies pars Goritiæ superior, quæ orientẽ aspicit, aggeribus latis, terra lignisq; contextis, circumdata sit: quod si ab eo latere muri debiliores bombardis peterentur, ac forte icti corruerent, totũ tamen oppidũ aggeris illius oppositione tutus existeret. Hæc eo anno, sicut enarravimus, gesta sunt.

Annus Nonus supra Millesimũ, et quingentesimũ, et fœdere inter totius Europæ Principes in Venetum Nomen inito, et multiplici rerũ varietate insignis fuit; quare digrediar parumper, et causas arrectã, quibus et fœdus ictum est, et quæ tanti fœderis fuere conditiones. Igitur Cæsar Maximilianus hujus nominis primus occulto ardebat odio in Venetos, quod proficiscenti sibi ex Germania in Italiã, ad Imperij, ut moris est, possessionẽ adipiscendã, aditũ Veneti præclusissent, ne suos fines cũ exercitu attingeret; ac superbi interminati essent, si inermis vellet Cæsar iter facere, daturos se ingressũ, sin

aliter

aliter armis prohibituros. Ho responso irritatus Cæsar odio in Venetos excanduerat, ac postmodu peperit, quod in Venetu nomen odiu parturijt. His accessit, quod superiori tempore ingens bellu extiterat inter Insubriæ Principem, et Venetos: quare Insuber adversis prælijs attritus ad externas Turcaru opes confugerat, et per Liburniam pacato itinere, annuente potiùs, quàm prohibente Cæsare, in Forumjuliu decem equitu millia, duces scandero Turca, adduxerat, et totam Forijulij regionem cladibus affecerat; urbemq. Utinea in discrimen adduxerat; nam nisi a suis civibus egregiè defensa fuisset, prædas hosti, sicut cæteras Forijulij locas, extitisset. Nam tunc Martinus de Vincentibus per portu Glemonensem, cui præerat custos, cum paucis militibus eruptione facta, Turcas ingredi nitentes in fugu vertit: quare perfecto eo bello Ducalibus Literis, aliisq. muneribus honoris gratia a Ven.o Senatu donatus, familiæ suæ nobili utinensi a Porta, cui nunc est, cognomen dedit. Marcus quoq. Susanna, cujus hoc etiam bello claras facinora fuere, per portu Civitatensem cum equitibus non amplius quinquaginta erumpens extremu Turcaru agmen longiùs persequutus est, et hostibus multis trucidatis, cæsoru capita hastis affixa in Urbem retulit; ob eaq. Decreto publico aureis monetis virtutis gratia donatus est. Cæteru Turca ulterius progressi Liquentiam amnem transiverant, cum de Insubris morte certiores effecti pedè cæteri gressu retulere, ne a Venetis interciperentur, ac fugientiu magis, quàm abeuntiu more, eadè, qua venerant, via in suos fines reversi sunt. Veneti Patres, ea injuria ab Insubre accepta, irritati; nam, ut auctor est Candidus, decem hominu millia variis casibus in Forojulio tunc perierant; Insubriæ majori, quàm antea bello presuere, ac multis cladibus affecerunt, urbesq. nonnullas jure belli obtinuere. Interim verò nondu pacatis in Insubria rebus, Ludovicus Galliaru Rex, qui Venetis ad eà die conjunctissimus fuerat, dotali ut asserebat jure Insubriæ principatu adeptus, mutato animo, Venetos, ut hostes, occulto insectabatur odio; quas de causas Veneti hujus regis armas dudu suspecta habuerant. Julius quoq. ab hoc nomine secundus, Pontifex Max.s, et Hispaniaru rex Ferdinandus Europa querelis oppleverant; quod Veneti nonnullas urbes Ecclesiæ, et regni Parthenopæi injustè detinerent: quamobrem occasionem tunc nactus Pontifex, quæ inter Cæsarem, et Gallu erant, dissensiones, legationibus utrinq. missis, tollere primu decrevit, hortatus inde Cæsarem, uti cœptu jàm in Forojulio bellu navitèr prosequeretur, legatos in Germania, Gallias, et Hispanias misit Cardinales, viros summæ quidè auctoritatis, ingenij, et prudentiæ, qui de fœdere ineundo cum Cæsare, et regibus agerent. His ità actis libera horu Principu legationes cum mandatis Cæsarem, qui in Flandria tanquà ad locu ea de causa conditu convenerat, adiere; ibiq. multis dictis, auditisq. sententijs, Gallus Orator longissima in Venetu nomen habuit invectiva, quà ne hic recenserem indigna Veneti nominis obbrobria fecere; Decretu tandè est omniu consensu, uti sub communi fœdere bellu Venetis indiceretur, fœdusq. scriberetur, quod hisce conditionibus stipulatu, scriptumq. èst: Ut Gallus exercitu in Italia mitteret, sibiq. vindicaret Cremonu, Bergomu, Cremu, Brixiam, aliasq. nonnullas Galliæ Cisalpinæ, quam Lombardia vocant, civitates, et loca, quæ ad Insubriæ Principatu spectarent; Ut Cæsar bellu in Forojulio incohatu prosequeretur, ac regione ipsa, et unà Patavia, Veronam, Vicetia, et Tarvisiu quo arbitratu armis reciperet; Ut Julius Pontifex Ravenna, Cervia, Arimini, Pisauru, et Faventia Ecclesiæ recuperaret, Hispanus autè Tranu, Brundusiu, Monopolim, aliaq. regni Parthenopæi loca armis redimeret. His igitur legibus ictu fœdus postquà Venetis innotuit, Patres Conscripti sibi consulere cœperunt, ac vias excogitare, quibus fœderatos, aut eoru quempiam a fœdere retrahere, possent; quod nequicquà tentatu est, tùm quia jà convenerant fœderati de urbibus, quas coepissent, dividendis, tùm quia fœdus sanctissima juris jurandi religione firmatu erat, a quo sine perjurij labe recedi non poterat. Secundus has legas Pont.x Max.s a metu religionis primùm occepit Venetos urgere, ad urbes Ecclesiæ dimittendas; nam gravissimas in eos censuras, quæ tremendo a religione vinculo sejungunt contumaces, edixit, nisi infra certu tempus quicquid locoru, ac urbiu, quod esset Ecclesiastici juris, restituerent, quin temploru ingressus, missasq. ac cæteras divinas celebrare apud eos edicto anathematis prohibuit, et qui celebrasset, pari censura ligabat. Gallus verò, et Hispanus reges missis ad id Caduceatoribus, quos nostrates vocant Araldos, loca nuper commemorata, ut sibi redderentur, postulant; negantibus bellu indici jusserant.

Vere igitur, qui lapsa hyeme proximè apparuerat, Gallus, sicuti pepigerat, maximo cu exercitu Italia ingres-

ingressus est, ac Alpibus superatis, Mediolanum usq. pervenerat. Veneti verò Nicolaũ, cognomento Pisiglianum, genere Romanũ ex nobilissᵒ Ursinorũ familia oriundũ, suarũ copiarũ Ducem, et Impᵒ creavere, ac cum toto equestrium atq; pedestrium exercitu præmisere, ut Gallis, Abduã fluviũ transgredi parantibus, obstaret. Jam adulteriorem amnis ripã transituri applicuerant Galli, cum Venetus a uiteriori se maturè opposuerat, ne transirent: medius inter hostiles acies erat fluminis alveus, ac uterq. exercitus hic ad transvehendũ hìc verò ad obstandũ intentus erat. Galli tandẽ locum habilẽ nacti Pandinũ oppidũ versus per noctẽ noctẽ erectũ, composita acie, et exercitu instructo, ac ad pugnã, si opus esset, parato amnẽ transierant. Venetus, ut audivit, properat, nititurq. prinsquã vadũ exirent hostes, impedimento esse; Galli superato per tenebras amne, incedebant quadrato agmine, et servatis ordinibus, quũ jàm in ipso itinere ostendit se Venetus, tum ut propius ventũ est, pugna ingens cõmittitur. Erat fortè medius inter utrumq. exercitũ quædã prægrandis fossa, in quas Galli per occasionẽ suas formentas, ac bombardas astu locaverant, indeq. Venetos pedites miserari. Li cædes prosternebat: post hanc verò editã bombardis stragem, sit mox utring. equitũ concursus, ac miscẽri inter se ad pugnam exercitus hostiles, et cominus manus conserere coeperunt. Atrox prælium fuit, ac per horas quatuor acerrimè abutroq. pugnatũ fuit, ac multi mortales cæci, et diutius certatũ esset, ni Veneti mi. lites, qui in subsidijs locati fuerant, ut dato signo laborantibus suis mox succurrerent, audito tubæ, se ad suorũ subsidiũ evocantis, clangore, hostem adesse rati mox terga vertissent, ac sese in fugam præcipiti cursu dedissent; Quare cæteri, qui bellũ inierant, Veneti a Gallis profligati sunt. Multi eo prælio capti, plures cæsi, sed et eos, qui aufugerant, Venetos Gallus victor insequutus non prius destitit, quàm totus Venetorũ exercitus fusus, ac fugatus fuerit. Qui eo prælio superfuere Veneti Brixiam, aut Gremonã proximas urbes secepere; plures verò, qui se minus tuti in ijs locis existimabant, cæteris ulterius fugæ progressi Piscariã petiere.

Post hanc pugnam, in qua Venetorũ vires corruisse videbantur, quicquid ultra Piscariã posuerant Veneti, Gremonã, Caravatiũ, Borgomiũ, Gremas, Brixias defecere ad Gallos, ac se volentes dedidere. Capti eo prælio sunt Priglianus Venetus Impr, ac unà Aloysius Mula, & Zacharias Contarenus Provisores, Veni patricij, et præter eos in deditis urbibus præsides, præfecti, aliq. magistratus, qui arces tenuerant, quorũ nomina, et numerum recensere longum esset; hi omnes ad regem captivi deducti in custodiã traditi sunt. Rex inde in Piscariam profectus, ut oppidũ illud validissimũ expugnaret in quo sedites erant quingenti præsidij causa et eis præerant duo Veneti patricij, petijt, uti se dederent, sed illis recusantibus oppidũ bombardis aggreditur, præfatus se Piscariã Cæsaris nomine expugnare, quã cum vi tandẽ obtinuisset, quotquot ibi reperti sunt milites, obtruncati fuere, præter paucos, qui capti, et in vincula traditi, se postmodũ pecunia redemere. Præses verò Venetus, qui in tumultu capti oppidi aufugerat, cognitus, ac ex fuga abstractus, furcæ, ut hostis, suspensus est. A primo certamine ad Abduã facto addidi capta Piscaria recensendo in numero eorũ, qui cæsi sunt, sequutus sum eorũ fidẽ, qui adfuisse dixerant; nam pro certo affirmare, quod ipse non viderim, me ausũ non esse fateor, nec pro certo quis incertũ accipiat.

Relatum igitur est ex victore Gallorũ exercitu decem hominum millia cecidisse, quo damno irritatus Gallus victoriam sævius insectatus est, ex Venetis autem ad quindecim millia cæsa esse, præter captivos, quorũ non parvũ fuisse numerũ compertũ est. Rex Gallus, captis urbibus ipsis, rebusq. ut fœdere ascriptũ fuerat, naviter perfectis, aut quia, præter locus fuere noluerit aut quia nihil sibi negotij amplius esse existimaverit, non ultrà progressus, victorem exercitũ Mediolanũ reduxit; eamq. urbẽ, ut Romani solebant Imperatores, devictis hostibus triumphans invectus est.

Veronenses, auditis tot Venetorũ cladibus, et jàm conclamatũ de eorum Imperio existimantes, sibiq. ac fœderatis timentes, mox inito inter se consilio Magistratus Venetos qui in eorũ urbe fuerant, amicis verbis, ut indè recederent, hortati sunt: quibus ità emissis, Imperiale vexillũ mox elevarunt, ac sese, urbemq. suã Cæsari tradidere, et mox Veronam profectus Tridentinus Epus, ea totius Civitatis assensu, Maximiliani Cæsaris nomine potitus est. Veronensiũ vestigijs sequuta Vicetia, et Patavium urbes, dimissis Venetijs, qui eis præfuerant, Magistratibus, ad Cæsarem defecerunt; quamvis nullũ in ipsis Cæsareũ præsidã eo tempore fuisse constet, præter quemdã ex nobili Trivisanorũ familia Vicetina nomine Leonardũ. Is dudũ exulabat

propter

propter gravissimū crimen, eratq. capite damnatus a Venetis, quare ad Germanos, a quibus Comes susceptus fuit deportatus appulit, et dissipato ad Abduā Veneto exercitu, regias partes sequutus fuerat, ac tum licet regio procederet vexillo Vicetiam primū, Patavium inde ingressus est, et portis patefactis alacri animo ab utrisq. civitatibus exceptus fuit; Cæsaris tamen nomine, et ingenti omniū plausu præses salutatus. Tarvisini quoq. audita Vicetiæ, et Patavij defectione in tanta rerū perturbatione non quievere; nam coacto suæ Civitatis Consilio, oratores quam plures electos ad Leonardū Trissinū misere oratum, ut se sub Cæsaris Maximiliani auspicijs deditos acciperet. Nondū Patavium ad Trissinum eorū legati venerant, cum Tarvisinos ipsos jàm pœnituerat ejus, quod egerant; quare mutata mox sententia Venetū, quam nuper ejecerant, Magistratū in urbē revocarunt, ac rursus se Veneto Senatui tradidere; eoq. modo Tarvisium urbs, quæ jàm defecerat, per quos facta erat defectio, Venetis est restituta. Interim Leonardus de Trissino, qui summum in Patavina urbe gerebat Cæsaris nomine imperium, et felicitate successus jàm ubiq. apud Euganeos magnus habebatur, auxilium a Cæsare per literas quotidiè flagitabat, quo, et urbes, quas invaserat tueri, et fines latius propagare posset. Sed cum serius Cæsar postulata facturus videretur, et diuturna auxilij dilatio Venetis animum fecisset, rati priusquam ex Germania copiæ Trissino irent suppetias, moliri aliquid posse, statim Andreā Gritti, virum summa inter patribus auctoritatis, qui varia fortuna functus, demiq. ad Reip.ᵉᵃ Principatū ob virtutē a Patribus Conscriptis assumptus fuit, decernunt cum exercitu ad Patavij oppugnationē. Is igitur collectis undiq. copiarū ad Abduā fusarū reliquijs, quarū pars magna Patavio, Verona, Tarvisioq. confugerat Venetias post cladē illā, postea tempore earundē urbiū expugnationis, ad tutiorē quasi locum se receperant; nam alibi consistere vetaverat metus; in agrū Aquilejensē eo, ubi Cervignani insulas dicitur, convenere; ibi namq. ad ipsas reliquias conservandas, et construendas tutior, quàm alibi, locus visus est; quin nec Galli post victoriam ultra Piscariū processerant; ideoq. tuti ad eo tempora perterritæ ejus exercitus reliquiæ, aut propè Venetias in Musestrino agro, aut in Forojulien si patria, donec reciperent animū, delituerant. Eas igitur omnes Andreas Gritti, ac unā Nicolaus Pitigli nus, qui se a captivitate exemerat, in unū coactas ad Patavium redimendū adduxere statuunt. Patavini interea linguas, quàm viribus ferociores in Venetos probra dicere, verbisq. cum re non possent, animū, quem, ad Veneto parebant, habuerant, appetunt demonstrare; quare plura edicta, pluresq. leges in Venetū nomen edidere, et inter cætera decreto caverunt, ut quisq. id rei Venetis esset in finibus Patavinis, id totū proscriberetur, ac sub hasta veniret, et in ærariū pecunia redigeretur. Quod ubi Venetis innotuit, legatum mox ad Patavinos misere quendā Senatus scribam exoratū, ne id facerent, hortatumq. ut melius omnia perpenderent, cogitarentq. vo lubile esse humanarū rerū fortunā. Ad ea Patavini, inflato, ut erant, animo, respondere, Venetū oratorem satis obtinuisse, quod non sit abeis furca suspensus; idq. non Venetis, sed juri gentiū concessū fuisse affirmabant. Erat Patavinis omnibus maxima in Venetos animi rabies, ut ne quis eos unquā Principes, sed Patavinorū adscriptitios censeret. Hac igitur de causa Venetos Patavinos ingenti odio prosequebantur, iramq. omnē in eos, si fieri posset, evomere cupiebant. Quamobrē relicta cæterarū civitatū urbiū cura, Andreas Gritti occasionem nactus, nocte quadā intempesta, aere tenebroso, et cadenti imbre Patavium duxit exercitum compositum, et ad omnes casus paratum, et per portā, quæ dicitur Cauda-longa, faventibus clam nonnullis civibus, qui in fide manserant, et quibusdā portarū custodibus pretio, ut dicebatur, corruptis, sub ipso diei crepusculo est ingressus. Leonardus Trissinus ad famam ejus rei in forum, quod est Dominorū apud Palatiū, cum suis se præsidio contulit, ibiq hostem operiri, et de summa rerū certare constituit; sed consideratā hostiū multitudine, et suorum Germanorū paucitate, cum jàm manus cœpissent conserere, ac nonnulli ex suis in primo congressu occubuissent, sensim recedens se in arcem recepit; nec multò post Veneto deditus, Venetiasq. deductus, et perpetuo carceri mancipatus suum ibi diem miserrimè clausit. Is Trissinus varijs fortunæ casibus agitatus, patria primū exterris ad alienos lares profugus exierat; inde, arridente sibi per ludibriū fortuna, quæ humanis semper actis solet illudere, non solum in Patriam, sed ad Patriæ Principatū maximo omniū plausu restituerat; ac demum eadem adversante, ut esset humanarū miseriarū documentū mortalibus, capitur, et tenebroso carcere inclusus fatum suum miserimè obivit.

Patavium igitur hoc modo, Gritti opera, recuperatum est, ac in eos, qui defectionis capita fuerant, mitius, quàm meriti erant, animadversum. Tum Veneti frequenti Senatu consulere, et ubiq. providere curabant, ut humanitate potiùs, quàm animi pertinacia foederatos ipsos lenirent, ac aliquo tandem rei cōmento a perniciē sibi intentata removerent; quare Decreto publico cavere, Civi-

tates

Civitates omnes, et loca, quæ a foederatis petita fuerant, restituturum iri, ut causas, propter quas foedus initũ erat, remotas, tandẽ foederatorũ animi emollirentur. Igitur revocatis Venetias, quos in ijs urbibus consti-
tuerant, magistratibus, Portumnaonis, Belgradũ, Cormonũ, Goritiam, Tergestum, Postoinam, et quæ adeas
urbes spectant, loca nuper ab eis jure belli conquisita Cæsari restituunt: Pontifici quoq. Maximo Ravennã,
Cerviam, Ariminũ, Faventiã, Brisighellã, Vallem-Lamonis, et loca quædã alia sponte fradidere: pariq. mo-
do Monopolim, Tranũ, Brundusium, et quicquid erat Venetis in Apulia Hispano regi redditum est. Alfon-
sus autem Ferrariæ Princeps, qui se jàm fœderatis adjunxerat, nec totũ ob eo tempus attriverat; nam facta
militũ manu Rodigium, Lendinariã, Abbaticam, aliaq. nonnulla ignobilia loca, adempta sibi a Venetis ea
tempestate, qua cum Hercule Estensi ejus genitore bella gesserant, brevi ademerat. Maximilianus Cæ-
sar receptis, quæ prædiximus locis, non tamen sedato, quem rebatur immuto affectũ animo, ne quid ad res
agendas in mora esset, copias stipendiarias ex Liburnia in Forumjuliũ deduci imperat, Ducibus Christophoro
de Frangipanibus, impigro, ac fortissimo viro, nec non Michaele, cognomine Claudo, Comite, cùm sagacis, tùm offe-
rati animi; quibus addixerat collectos ex Carinthia, et Carniolia milites, et cum eis copias illas, quas cõgerant
Tergestini, Goritienses, atq. Cormonenses. Præerat his Christophorus Labacensis Epũs, ex Rauberorum fa-
milia oriundus, Marcus cognomento Canis, et Joannes Ausperger, viri fortissimi, et bellicis rebus clari,
quibuscum profecti sunt alij pleriq. proceres. Ex Bohemia quoq. misit Cæsar pedites, viros bellicosissimos,
veteranos milites, ac multorũ bellorũ labore duratos; ijsq. omnibus copijs imperatorẽ præfecerat strenuum
virum Brunsvichiæ Principem, qui tunc Cæsaris auspicijs militabat, cujusq. summa erat ob ejus ingentẽ
virtutẽ, non in exercitu solũ, sed apud Cæsarem quoq. auctoritas. Interim nondũ coactis in agrũ Gori-
tianũ, quo erant ex decreto conventurę undequaq., Cæsarianis copijs, Venetus, facto Senatus Consulto, ex-
ercitũ comparaverat, cui stipendiariorũ equestriũ, et pedestriũ, tũ ruraliũ ex regione Juliadũ, et copijs conjun-
ctis præfecerat quosdã cùm Castellanos, tũ Utinates, qui in Utinensi agro in pago, cui nomen est Trivignano, Ca-
stra posuere, locumq. ipsum aggeribus munierunt. His Marco Cani, de quo superius mentio facta est, per spe-
culatores nuntiatis, cognitoq. quàm segniter vigilias per stationes agerent Veneti, omniaq. soluta esse, ac si in
pacato delitescerent, nec sibi quidquam ab hoste timendũ esset; nocte quadã intempesta progressus cum equi-
tatu, Gorittiensibusq. et cum magna ad id collecta ruraliũ manu, ad hostes summo mane ire pergit; castraq.
Trivignani repentè aggressus, magnum omnibus terrorẽ intulit; At rustici milites, qui in castris erant, se in-
trepido animo opposuere, et inito certamine Cæsarianos pedẽ referre coegerunt. Stipendiarij interim, et qui
cum eis erant Castellani, et Utinates improviso tumultu perterrefacti, totumq. hostiũ exercitũ adesse pu-
tantes celeri fuga se utinũ receperunt. Cæsariani verò prioni pugna rejecti, cum essent certiores effecti, ru-
rales hostium milites esse sociorũ auxilio desertos; quia prioni non successerat, alia eos via aggrediuntur,
ubi facilis ad irrumpendũ aditus fuit; nam et impetus hostiũ vehementior erat, et rurales ipsi deserti a suis
animo defecerant; nec ideo vim ulterius sustinebant. Primò tamen se tutabantur, multosq. ex Cæsarianis obtrun-
cabant paulatim recedendo, donèc omnes in fugã acti sunt; tunc fugientes Cæsariani sequuntur, cædunt, capiunt;
multi altã phani turrim ascenderunt, ut inde se ab hoste defenderent; at Cæsariani, igne apposito, qui ascen-
derant, fumo penè excæcatos cogunt defensionẽ relinquere, ac se è turri captos præcipites dejiciunt, ac fœdè de-
truncantur. Ea pugna ducenti ex Venetis cæsi sunt; ex victoribus Cæsarianis non minus quinquaginta ce-
cidere, pagus insuper Trivignani Cæsariano militi prædæ fuit. Hoc prælio Venetos, ac præcipuè Juliadas in Vene-
tã ditione positos, ingenti pavore concussit, totisq. locis trepidatũ est: At Venetus, qui Gradiscæ præsidij causa
præerat, certior factus de suorũ apud Trivignanũ clade, vehementèrq. commotus jactura tot militũ, ratus sibi
jus additum esse ad ulciscendã cladẽ acceptã; mox cum equitatu, ac peditatu profectus villas, et pagos propter
Gradiscam positos, Villesium, Romansiũ, Versiam, Medeã, aliaq. loca campestria, quæ Gorittiorũ, ac Cormonen-
sium ditionis erant, prædatus primùm est, indeq abductis, quos potuit, captivis, et igne undiq. conjecto, concremav-
it. Ex aliis quoq. partes Cæsariani in pagos Venetos incendia fecere, prædasq. ingentes abegere. Miserimũ
erat Juliadæ regionis calamitates, quæ hisce diebus evenerant, intueri; omnia scelera committi, furta, rapi-
næ, incendia, strages, homicidia, sacrilegia, omnia fœdari, omnia licere, nec, dũ altera pars petit ab altera
vindictã, ullus diei horas erat malis vacuas. Laborabat igitur pulcherima Juliadũ regio ingenti malorũ om-
nium

nium clade, nec poterant, qui ex altis collibus, celsisve speculis loca plana oculis subjecta intuebantur, sine summa animi maestitia prospicere, flamas fumantiu incendio villarum, pagosq. ac cuncta undiq. ardentia. Haec igitur fuere quasi aestuantis belli initia, irritatis utring. ad vindictam animis, posteaquam Veneti urbes Caesari reddidere.

Marcus verò Cams post victoriam de Venetis ad Trivignanum, nondum coacto Goritiae toto Caesariano exercitu, qui in dies expectabatur, adhibitis tantumodò Liburnis, quibus praefuerat, et villicis nonnullis proximorum pagorum tumultuariè coactis, ad Montemfalconem castra movet, oppidumq. illud omni bombardarum, et aliorum tormentorum genere oppugnare orsus est. Erant in oppido pedites quidam praefecti, qui oppidanis per locas aptas dispositis, castrum inferius, in quod vehementer erat congressus, prompti animo defensabant; cum verò scalis jam oppositis Caesariani tentarent ingressum, et jam foret ad undecimam horam, a pugnae initio, acriter utring pugnatum, oppidani se mutuò ad loci defensionem cohortantes hostium non minus ducentos interfecere, reliquos, quorum pars magna erat sauciorum, retrocedere coegerunt. Cecidit ea pugna inter coeteros quidam ex Liburnorum acie maximae apud suos auctoritatis; tunc Caesarianae cohortes, re infecta, Goritiam reversa sunt, ibiq. constitere coeteras copias, quae jam iter occeperant, expectaturae. Interim Bransvichius Princeps, quem copijs a Caesare Praefectum diximus, omni bellico apparatu Goritiam venit, ibi lustrato exercitu ire constituit, et Lucinico transiens copias omnes in patentes Gradiscae campos traduxit, missoq. caduceatore, Gradiscanum oppidum, nuper ad Sontij fluminis ripas conditum a Venetis, veneto. praesidio tentum dedi sibi postulat. Praesidiales, dum sese daturos, per ludibrium respondissent, Caesarianum exercitum transeuntes bombardis pluries appetiverunt; pauca quidem, aut nulla mali tum, quia procul iverant, lusione. Duces interim Caesariani, diutius loci situ considerato, et difficile rati expugnationem, quia hinc amne circumdatur alto, ac rapacissimo, hinc verò praegrandi fossa, et latis moenibus cingitur, ne moram ibi frustra traherent ulterius progressi, Merianum, Cormonumq. venere, ubi exercitus omnis noctem sub dio egit. Postera verò die per Villamnovam iter ingressi, Manzanum primò adivere, ac inde, praemissis nonnullis equitibus cum Marco Cane Rosaceanum oppidulum in deditionem petivere. Erant tunc Rosaceis milites pauci rurales cum Federico Varmensi praefecto, et ex ijs, qui Rosacensis ditionis erant, omnes ferè ibidem cum familijs suis, metu belli inclusi; pleriq. etiam ex Civitate Austriae, qui eadem die summo manè eo convenerant, speculaturi quid novi esset, quodve pararetur ab hostibus. Hi erant ad numerum quinq. et viginti, et praeter eos ex arce Gramogliani aderant nonnulli optimates de Cucanea, & Zucco (nam Gramogliani Castellum eorum est ditionis) et inter eos fuit Vitalianus Zuccolus, qui plebejo sermone Zavianus de Zucco dicebatur. Hi omnes habito inter se colloquio, hortante maximè Vitaliano ipso, cujus erat apud eos summa auctoritas, cum Marco Cane convenerunt: ut oppidulum Caesarianis dederetur eas lege, ut oppidani, ac unâ accolae, et cetera ejus ditionis loca, et pagi sub Austriacis essent, salvique et incolumes intra remanerent, coeteris verò convenis comeandi, quo vellent, venia daretur, nec quicquam in eos iniuriae fieret: quae omnia Caesariani integra fide servarunt. Germanorum posteà copiae, nullo interjecta mora, Utinum versus, citato gressu profectae sunt, atq. in locum, qui plebejo sermone dicitur Corvello, situsq. est in patentibus campis inter Zampiam pagum, urbemq. Utinea adjacentibus, nec amplius duobus passuum millibus ab Utino distat; primùm venere, ac ibi castra posuere. Interim Utinates ad famam adventus hostium, opera Antonij Justiniani praesidis jurisperiti clarissimi, nec non Joannis Gradonici Patricij Forijulij Consulis designati, omnes cum pedestrium, tùm equestrium manipulares ex omni Juliadum regione Utinum computerant, addideranique ruralium militum centurias, quibus haud contemnendum exercitum fecerant; Nam Caesarianos ipsos, qui ad quatuordecim millia fuerant, numero superabat. Quamobrem Germani de his a speculatoribus certiores effecti, nec proprius accedere ausi sunt, nec sibi cum tanta hostium multitudine iniquo loco congredi necesse esset, nec urbem Utineam tot fultam praesidijs eo tempore expugnare visum est. Quare ibi triduo tantùm consedere, rati tumultum aliquem Utini futurum; non enim deerant, qui dicerent, Antonium Savorgnanum, virum sanè optimum, et supremae inter Juliadas auctoritatis, clam egisse cum Caesarianis, ut urbs Utinea obsidione cingeretur: argumentum inde sumentes, quod intestina essent odia, atq. inimicitiae ipsum inter Savorgnanum, et Castellanos quosdam, quaereretq. magnum aliquid in perniciem adversariorum moliri. Non tamen id constat: creditum potius est, a malevolis fuisse excogitatum prius, inde, data occasione, in vulgus proditum,

ut

ut tanti viri nomen, non vera, sed verosimili infamia macularetur. Utcunq. sit, post triduũ Cæsarianus exercitus, nihil ultrò aggressus, castra movit, ac mox Austriæ Civitatem infesto agmine petere constituit; ratus se eam facilè adepturum; quæ capta parum sibi negocij superesse existimabat, non solũ ad utrinq; capescendũ, sed quoq. quod reliquum erat belli, tanquã è stabili arce perficiendũ. Quamobrẽ comeavit exercitus, ac propter Manzanũ in prato, quod Salix dicunt, ubi Rugia, quæ ex Natisonis alveo educta est, Manzani pagũ adlabitur; pernoctare jussus est. Die verò insequenti, crematis Bolzano, Sancto-Joanne, Manzano ipso, ac Oleis, vicinis pagis, ac Castro nobilis Manzanorũ Familiæ, edito satis colli apposito, quem strica plebejo sermone dicunt, pariter incendijs absumpto, ulterius progressi, Cæsariani inter Natisonẽ fluviũ, et Olearũ villam secundis castris noctem sub dio egere; ibiq. certiores effecti, Rosaceũ oppidũ sibi nuper deditũ defecisse ad Venetos opera Federici Contareni, qui in Austriaca Civitate militũ præfectus erat; et jàm arcem Veneto præsidio teneri, mixto stipendiarijs, et Civitatensibus, qui Venetorũ auspicijs militabant, ad illius oppiduli expugnationẽ vexilla direxerunt; et quia firmũ adesse præsidiũ videbatur, ne a præsidio detrimentũ paterentur, rem agi bombardis visum est. Brevi itaq. concussi parietes corruere, viamq. patentẽ hostibus præbuere. Ingressi Cæsariani obiram, credo, defectionis quorquot reperere prædiales obtruncarunt; multi in phano, alij in uxorum, ac filiarũ amplexu trucidati; nonnulli, qui turrim ascenderant, sclopettis appetiti, ac permulti occisi; reliqui, quibus cædes peperit, in victorũ potestatẽ venere, et vitam cum per pactionẽ obtinuissent, in vincula omnes conjecti sunt. Præda capti oppidi militibus data, ac mox inter eos divisa. Priori hujus loci capturæ in nemine sævitũ fuerat, nec quicquã ex eis, quæ ibi erant, imminutũ; quia mitius cum deditis, quàm postmodũ cum hostibus actũ fuit: defectio etiam auxerat iram; vini etiam, quod in Abbatiæ penu congestũ erat, diminutũ nihil fuit, in gratiã Præsulis id factũ credebatur: Quod gens vini avidissima, ut Germani sunt; et propter provinciæ, in quas navscuntur, inopiã maximè vini, et quia eorũ corpora, naturali quodã munere, præ cæteris gentibus frigidas, res apprimè calidas appetunt, quæ utraq. acuunt calefacientis vini aviditatẽ, se tunc ab illius potu abstinuerit, magnæ quidẽ continentiæ pignus fuit; nam illius vini comendata quãmaximè suavitas gentes quaslibet, nedũ Germanos, ad potũ elicere potuisset.

Post hæc Cæsarianus exercitus inde movit, iterq. per Firmani pagum ingressus, bombardas, omnemq. apparatũ bellicum adduens, tendebat secundũ amnis Natisonis ripas, donèc ad S. Georgij locum pervenit, ibi præmissa equitũ gravis armaturæ custodia, per viam, quæ ob demissas ibi fluvij ripas ad faciliorẽ transitum, Rivalis vulgò appellatur, Natisonem transvadavit in loco, ubi Pilos nuncupatur ab accolis; indeq. venit ad sacellũ, quod est in via extra portam Divi Petri, ibiq. equites ij tandiù constiterunt, donèc expectata aliquot peditũ cohortes cum vexillis accederent; tunc moti equites ipsi Zucculæ clivũ, haud procul inde situm celeriter ascenderunt; quò etiam convenere exercitus præfecti, ut locum, unde Civitatem essent oppugnaturi, specularentur. Interim verò exercitus omnis flumen transgressus machinas, atq. bombardas curribus, et quadrigis devehebat, passim per stratas, et prædia quicquid erat subruentes; et cum Rubignacũ pagum pervenissent, omnes copia constitere. Erant in Cæsariano exercitu quindrigæ tectæ gestantes singulæ pannea velamenta quadringenta; currũm verò, ac aliorũ vehiculorum sine tegmine ingens multitudo. Pridie idus Augusti, matutina luce, hostiles copiæ transire cœperant, transitus verò fuit in vesperas continuus; noctis inde, quæ insequuta est, hora ferè sexta factis aggeribus, appositisq. bombardis Turris portæ civitatis, quæ Rubignacũ ducit, eaq. muri pars, quæ Zucculam versus Turri prospicit, ingenti tumultu, ac fragore percuti cœpta est; pilis primùm lapideis, donèc illucesceret, die verò adventante, majori quàm antea impetu ferreis globulis res acta est. Muri, turrisq. concutiebantur, ac jàm omnibus circa perforatis, patebant aditus; dum Civitatenses, ad suæ urbis custodiã maximè intenti, stabant in muris, armatiq. et instructi sclopettis, balistis, arcubusq. et alijs missilibus hostẽ arcebant, nèi vitam pro salute patriæ dubitabant impendere, et hostes cominus accedentes percutiebantur: quo certamine plerique ex hostibus, circum mœnia obequitantibus (nam nondũ ad justũ prælium ventũ erat)

vulneribus

vulneribus affecti sunt, nonnulliq cæsi. Sed antequam ulterius progrediar, veniamq. ad ingentem pugnam, quæ inter oppugnantes, oppugnatosq. secuta est, narrare libet, quorum, quotq. militum Venetorum fuerit in Austriæ Civitate præsidium; ut sciri possit, quàm parva auxiliantium manu Civitatenses ipsi adjuti per se ipsos, urbem suam a tanta expugnantium vi, et multitudine tutati sint; quod intrepidi eorum animi, atq. virtutis ingens est argumentum.

Venerat igitur Civitatensibus suppetias Ludovicus de Perusio cum non amplius nonaginta peditibus; quorum triginta, proximis ante positam urbi obsidionem diebus, Tulminiæ arcis præsidium missi fuerant, viginti verò in oppugnationem Rosacearum hesterno die perierant reliqui autem ex tam parvo numero in Civitate tunc aderant. Post hos venerat quidam Lucas de Ancona cum peditibus vigintiquinq. quorum pars ad famam mox futuræ obsidionis aufugerat. Paulus verò Basilius patria Ferrariensis die ante oppugnationem cum peditibus Centum Civitatem ingressus ingentem sui fiduciam fecerat oppidanis. Hora etiam quarta antequam se ostendisset Cæsarianus exercitus, accesserat, ac intra moenia acceptus fuerat Antonius Petrasancta, et cum eo sex, et nonaginta pedites, omnes veterani, multis bellis assueti, cùm tueri, tùm oppugnare urbes; erat præterea ipse Antonius vir strenuus, et rei militaris peritissimus. Horum igitur adventus metum omnem Civitatensibus ademerat, nèc erat quisquam in oppido, qui viso hoc præsidio sibi ab hoste timeret; nèc eos fefellit opinio, nam dubio procul eorum ope stetit tunc res Civitatensis; quare a deditione, quam dudum facere cogitaverant, ad defensionem animum convertere. Paucis quoq. ante diebus accesserat Marcus Susanna Utineus, vir clarus, et militaris peritiæ eruditus, adduxeratq. pedites ducentos ex ruralibus ellectos, qui tamen præter paucos, relicto duce, non expectata oppugnatione, clam aufugerant; Quare Marcus ipse cum parvo militum numero, multa tamen fide, et integritate subsidio Civitatensibus fuit. Reliqui verò, qui se hostibus opposuere, aut Cives, aut ditionis illius Civitatis accolæ fuere.

Ambiguum illud est, fuerit ne a Germanis ante oppugnationem petitum, ut se dederent oppidani: quidam factum negant; at post perfectum bellum a bonis viris accepi, primos illos, qui ad Divi Petri portam applicuerant equites, eo animo accessisse, ut Civitatem Cæsaris nomine peterent in deditionem; coeterum qui in muros concurrerant Civitatenses tantum tubarum sono, telorumq. et sclopettorum fragore, et tonitru, præter continuos clamores, undequaq. edebant strepitum, ut audiri petentes nequiverint; Ideo re infecta, nullo habito cum Civitatensibus colloquio recessere. Relatum quoq. est eadem die, hora circiter meridiana, Goritiensem quemdam de Grapicijs ad portam, quæ dicitur de Luinis, profectum esse, clamoreq. ac nutu indicasse, uti aliquis ex oppido secum ad colloquium veniret; et cum Joannes Scarsabursa, qui ex usu Germanicum, et Sclabonicum idioma calebat, missus propius accessisset, audiretq. Goritiensem petentem, uti se arbitrio Ducis sui dederent, tanta indignatione auditum fuisse, ut Federicus Vent. patricius præfectus mox clamaret, ut recederet Goritiensis, in quem cunctantem, ut responsum daretur, multa tela, aliaq. missilia eminus conjecta sunt; quare, nullo accepto alio responso, uti venerat recessit. Igitur Germani majori, quam antea vi, et ita turrim, murumq. turri finitimum devastabant, ut oppidanorum nullus propter creberrimos glandium ictus audebat ad ea loca accedere; ob id turris, murusq. defensoribus nudus erat, turris verò, et alia loca contermina moenibus oppugnatis replebantur undiq. armatis Civitatensibus; quorum pars irruperat etiam in fossas, quibus muri imminent, locusq egregiè defendebatur; parabaturq. deffensio intus, si dejectis muris Cæsariani ingressum tentarent. & jam locus erat patefactus, turrisq. aperta, quæ aggeribus clausa, et munita fuerat, sursum diruta, et murus turri conterminus solo prostratus viam aperuerat, cum Germani quidam ingressum tentare ausi sunt, et propiùs accedentes, ut ingrederentur, obvios habuere oppidanos, qui omni missilium genere maximè sclopettis, et balistis ingredientes hostes arcebant. Multi eo certamine Germani vulnerati, aut cæsi fuere, ac demum coacti pedem referre. Cecidere ex oppidanis ad sexaginta, qui se eo, et insequenti die opposuerant, ingressum hostibus impedituri. Interea nocte, et interdiu oppidani ipsi pars muros reficere, pars verò in custodijs per loca dispositi, ut hosti terrorem facerent, ex moenibus clamare, Venetorumq. laudes sonoris vocibus extollere, in Germanos verò probra dicere, ac per ludibrium, et jocum eorum ignaviam exprobrare. Coetera quoq. multitudo imbellis, ut mulieres, pueriq. et senes, immixti militibus, ipsis opem intentissimè ferebant laborantibus, ligna, et terram ad aggeres muniendos sedulò portabant; tum etiam jussu, et consilio Antonij Petrasancta excavata fuit scrobs prægrandis et pulvere, quem sclopetticum vocant, repleta, ut ad Germanorum ingressum, injecto igne, omnia (ut postea evenit) incendio, ac terrore turbaret.

Dum hæc ibi aguntur, Præses Utineus, ac unâ Gradonicus præfectus, quos supra memoravimus, cer-

tiores

fiores effecti, quanto in discrimine Civitatensiũ res essent, consulere coeperunt, quorum modo obsessæ ur-
bi socias suppetias irent; nam plurias antea promiserant, si forent Civitatenses bello ab hoste petiti, se ipsis
opem impigrè laturos; quare cum standũ promissis censerent, Utineis advocatis peditũ prafectis man-
dant, magnisq. pollicitationibus hortantur, ut vias, quas possint tutiori, Civitatẽ adeant, ac mercenariorũ mi-
litum cohortẽ secum adducant; et quias ob ingentes hostium copias arcta erat undiq. obsidio, singuli se fac-
turos negabant. Unus Antõ Petrasancta fuit, qui cum peditibus sex, et nonaginta, ut supra cõmemoravimus,
ipso oppugnationis die, cum hostẽ fefellisset, suppetias venerat; hic susceptas profiiscendi provincias, milites
suos primò instruxit, admonuitq. quid facturi essent. Inde simulato itinere, eundi alio, montes, qui supra
Utinum sunt, rectas petit per Nemis (pagus is est ad Alpium radices positus, decem passuũ millia ab Utino distans, quẽ
Nemas a Nemorũ, ut opinor, nomine appellant, cognitum antea locum nihil præter cæteros ignobiles pagos, nunc ce-
lebrẽ totæ passim regione reddidit familia de Nimis, ex qua cum armis, tũ litteris proclari viri sunt oriundi)
indeq. Attempsum, et Faedis, ubi sunt Cucanea, & Zucchi Castella, progreditur; et domũ proximorũ montium
iuga scandens rectas petit ad montẽ, quem Spignon vulgus appellat, jugis ipsis conjunctũ, gradiensq. per ne-
mora, & sylvas, virgultis, et foliis tectus tandẽ per portã Broxanam incolumis cum suis receptus est. Præ-
for etiam Gradonicus, et Justinianus Præses Utineus promissi memores, cum parum præsidij fore existima-
sent in præmisso, ut diximus, Antonio, ipsi quoq. cum aliquibus copijs statuere Civitatensibus ire suppetias.
Quamobrem ut voluntarios potiùs, quàm coactos haberet assectas, per tubicines in foro edicere jusserunt, rem
gratam facturos sibi, venetoq. Reip. eos, qui se ad subsidiũ Civitatensibus ferendũ sequerentur; factoq. hu-
jusmodi edicto, Gradonicus mox equũ armatus ascendit, iterq. per Utini portã, quæ dicitur Civitatensis sta-
tim arripuit. Armati quamplurimi eũ sequebantur, non ut solitũ est catervatim, sed ut casus eos conglobá-
verat raptim, et sine ordine; cum verò Ramanzacum ventũ esset, parumper constitere qui primi venerant,
donèc tota acies applicuit. Inde equites ipsi (nam pauci, aut nulli fuere pedites) ad torrentẽ Malina servatis
ordinibus venerunt; indeq. ad locum, qui Capitellus dicitur, accessere; erant omnes Stradiotæ numero ducen-
ti, ac balistis utentes equites alij centũ, et præter hos Meleager Forliviensis catafractos quinq. et viginti addu-
xerat. Eos non per exploratores solum, sed ex altis quoq. Turcule speculis intuenti Cæsariano Duci innotue-
rant; quare advocatis Liburni equitatus præfectis, præcepit, ut se expedirent, et curatis corporibus contra eos,
qui Utino irruperant infesto agmine, obviam progrederentur, et si res posceret manus consererent, ac prælium
inirent; si verò Utinates numero, et viribus prevalerent, nec tutũ esset, rem discrimine ponere, paulatim
recederent, hostemq. elicerent, donèc ipse dux cum copijs subsidio veniret. Acceptis mandatis Liburni nul-
la interjecta mora, armati convolant, et ad Divi Donati sacellũ ultra Primo Torrentis Malinæ vado con-
sistunt, ut sire possent, quantũ ab hoste abessent. Erant omnes Liburni equites, qui eo venerant, non am-
plius ducenti, qui cum se non procul ab hostibus esse prospicerent, stricta incedebant acie, servatis ordi-
nibus, ad omnẽ casum parati; tum progressi prospiciunt Stradiotas non præter duodecim, contra se ex
acie irrumpentes, quare et ex ipsorũ Liburnorũ acie pari numero egressi equites in hostem corruunt:
fit acrior pugna, quã quæ pro prælianti ũ numero debuerat. Duo stradiotæ eo certamine cecidere, uno tan-
tũ Liburno caso; stradiotæ reliqui, qui pugnaverant fugã arripuere, nec ad suos recepti præ timore ausi
sunt consistere, sed ulteriùs celeri cursu transgressi, nullũ sibi tutũ locum æstimantes, nèc salutẽ aliunde,
quàm ex fuga habituros se esse sperantes, cæterã aciem, quæ ea tũ trepidè fugientes conspexerat, ingenti
pavore compleverunt; quare nec expectato hoste, Utinenses ipsi trepidare primo, inde unus post alium re-
spicere. Quod Liburni animadvertentes, ut præsenti hostium pavori terrorẽ etiã superadderent, concitatis
equis in eos feruntur; Utinates, nec expectato eorũ impetu, totis habenis fugiunt; persequuntur Liburni,
nunc hos, nunc illos, ut sors dederat, proximos obtruncantes, ac Utinũ usq. insequuti fugientes, quos cursu præ-
veniebant, acerrimè cædebant; quos verò equorũ velocitas servare potuit, intra portas Utineas recepti ex
fuga sunt. Cecidere in fuga equites centũ Utinei, inter quos fuere Joannes Prampergius, Meleagri Forũ
Liviensis sororius, atq. Henricus Purliliarũ Comes; sed Joannes Paulus Gradonicus, qui castris præerat, equo

cui

cui parùm fidebat, dimisso, pedester, et gravitèr saucius per devia aufugerat, nocteq. post eam cladē insequuta, repertus latitans inter vepres, utinū a suis delatus fuit. Liburni victores spolia, captivosq. maximè pedestres nonnullos in castra sua propè Civitatē adduxere. Duces igitur Cæsariani, ut pulsū, ac propè deletū videre equitatū, qui Civitatensibus suppetias jerat, ne arridenti fortunæ non obsequi velle viderentur, Civitatem Austriæ majori, quàm antea conatu aggressi sunt oppugnare, diviso in Cohortes exercitu, ut alij alijs ætervatim irent subsidio, ac alternis laborantibus aciebus aliæ opem ferent; prima cohors, cui sorte contigerat, ad loca ruinis prioribus patefacta processit, alijs turmatim subsequentibus; nam et pedestres, et equestres copiæ omnes paritèr ad oppugnationē iter intenderant. Civitatenses verò ad deffensionem omnes convolaverunt, hostemq sclopettis, sagittis, telisq. eminùs feriebant, qui procul aderant; qui verò propiùs venerant saxis, alijsq. gravioris ponderis missilibus cominùs rejciebantur, et jā pilis ejectis, verubus res agebatur; cum Cæsariani infracto animo scalis appositis muros ascendere coeperant, ascenderantq. nonnulli; inter quos unus fuit genere, et divitijs præpotens Boëmus, qui post Ducem ipsum in Cæsariano exercitu primū obtinuerat locum. Is, et duo alij sum̄æ auctoritatis proceres, qui paritèr in Bohemi gratiam ascenderant, lupis fereis (aduncæ cuspidis armorū genus est) ab ijs, qui in moenibus ad id præpositi fuerant, tracti intus sunt, statimq. trucidati. Subsequebantur interim alij, nullo priorū casu perterriti, intròq. gressum contulerant; et jàm Civitas captū iri videbatur, foretq. dubio procul capta, ni Antonius Petrasancta mox in scrobem, quā superiùs sclopettico pulvere repletam ad hunc casum diximus, repentè conjecisset ignem, qui ictu oculi, ut est pulvis ille celerrimus ad flammas concipiendas, accensus igneā rabiem cum sonitu, ac stridore ingenti in aerē emisit; quo quasi monstro perterriti hostes, qui in muros, quiq. jàm intrò accesserant, mox armis abjectis, murisq. quos coeperant, relictis, præcipiti fuga se in castra ab oppugnatione receperunt; Civitatenses, recepto ex timore animo, in hostes retrocedentes crebriores grandine, aut nymbo sagittas, spiculaq et alia missilia conjciebant.

Periere eo certamine ad quingentos homines, præter saucios, ex quorū numero, qui magnus fuit, plurimi postea mortui sunt; fossa, cui im̄inent moenia, cadaveribus repleta erat ab ea parte, qua irruptio tentata fuerat. His læti Civitatenses coelū clamoribus replebant; Cæsariani verò ira accensi, quod ab urbe, a se quasi jàm capta, hostium arte potiùs, quàm virtute pulsi essent, animo agitabant, quonammodo oppugnationem prosequerentur; nec ideò nocte insequenti cessatū est a levi certamine inter eos, qui egrediebantur ad cæsorū spolia seligenda. Fiebat namq. eggressio non minùs ex Civitate per fracturas murorū, quàm ex castris, ut exuvijs potirentur; aliquot eo nocturno certamine utrinq. cecidere, vulnerati haud pauci ad suos quoq. reversi fuere; Civitatenses, quia propiores ex muris venerant, plus spoliorū adepti sunt. Coeterum oppugnationem insequentis diei non sine timore maximo expectabant, memores quanto in discrimine hæsterno die fuerint; Et quidē a multis creditū est, quod si Germani postero die oppidū aggressi fuissent eo impetu, quo superiori fecerant, Civitate potiti essent; nam deffensiones ob hæsternā oppugnationē ex lassitudine, et vulneribus debiliores erant, et nonnulli etiā ceciderant, quorū virtus maximè enituerat. Sed Germani relicta oppugnatione murorū, quæ difficilima videbatur; appositis loco aperto bombardis, ex Zucculæ clivo domos, tectaq., ac patentes stratas, non sine Civitatensiū clade, appetebant; videntes verò rem ab oppugnatione ad obsidionem dediui, ne ibi diutius tempus tererent, hora ejusdē diei circitèr meridiana, soluta obsidione, signisq. sublatis abiere; ac nocte insequenti propè Natisonem in finitimis Firmani pratis constitere; et die, quæ sequuta est, Cormonū, ac Merianū transgressi, Goritiam rediere.

Civitatenses, ut se obsidione solutos agnovere, et hostes jā recessisse, statim oratores suos, quorū princeps fuit Joannes Manzanus, legū Doctor peritissimus, nec non historiarū scriptione clariss.s, Venetias misere gratulatum Senatui de victoria, et præsidiū firmius exoratū, si fortè hostes reverterentur, eorū oppidū oppugnaturi. Ea legatione benignè audita, Patres Veneti gratias primū Civitatensibus egere, quod in fide mansissent; præsidiū deinde, ut postulaverant, ducendū eisdē legatis dedere. Cæsariani post hæc Tulmini castrum, Civitatensiū præsidio firmatū, agmine infesto aggressi nihil memorabile gessere; tùm quia parva militū manu accesserant, et vicina tantum̄odò loca incursionibus turbaverant; tùm etiam quia præsidiū ibi validum

Johēs Manzanius H. Doctor, et Hist. Loricus.

lcdum erat, et oppidũ ipsum omni comeatuũ genere optimè munitum -

Interim nihilominus omnis Iuliados regio incendijs, et cædibus, hinc a Venetis in Germanos fines, et hinc a Germanis in Venetos, continuè laborabat, enitente utraq. parte adversarios clade afficere. Nec minùs interea Tridentinus Præsul, cæsaris nomine Veronæ præfectus, ingentes undiq. belli apparatus congerebat, opitulante sibi Joanne Gonzaga Mantuano Marchione, qui ijsdẽ fermè diebus Veronam venerat, præsule allo guturus circa res bellicas; quem postmodũ regredientem, cum in pago Veronensis agri incautius pernoctaret, Veneti quidã milites, re cognita, ex insidijs adorti captivarunt, ac Venetias adductũ sub arcta custodia annum detinuerunt; quæ des causa bellici apparatus, qui Veronæ fiebant, mox cessavere. Germani interim, capto Pletio, quod oppidũ est in Carniolicæ finibus, non procul Tulmino, majoribus copijs, quam antea Tulminũ ipsũ aggredi statuunt; ut eo capto aptior sibi locus esset ad cõmodos belli perficiendi. Nam, adducto in eorũ potestatẽ Tulmino, libera sibi via, et tutus accessus erat ad Cõmeatus, et cæteros belli apparatus ex Charinthia Goritiã devehendos. Erat enim prius per Pletrianam Aricm transeundũ, inde Tulminũ, ac demũ per Sontiacã Vallem (quã Canalem Roncinæ vulgus appellat) Goritiam res suas rectas traducere poterant; ut igitur amoverunt impedimentũ hoc, quod sibi in itinere obstabat, Tulminũ omnibus copijs aggrediuntur. Erant tunc in præsidio Tulmini Guido Perusinus, nec non Federicus Frumentinus, et Paulus de Cusano, et alter itidẽ Paulus ex alio Frumentinorũ familias (nam duæ sunt ejusdẽ agnominis Civitatenses familiæ) habebantq. stipendiariorũ militũ egregiam manũ, quibus oppidũ tueri statuerant. Sed cum jàm pagos omnes, et loca Tulmino subjecta hostes invasissent, ferroq. et igne omnia circum devastassent, captivosq. abduxissent; rati oppugnationem contra tot copias sustinere non posse; nec sibi a socijs jàm bello attritis auxiliũ futurũ existimantes, Tulminum hosti dedere; quo mox potiti Germani Federicum ipsũ, nec non utrumq. Paulũ captos in vinculis diutũ tenuere, ac demũ, soluta ingenti pecunia, missos fecere; Ex his Paulus de Cusano octingentis nũmis aureis se a captura redemit. Interim verò Veneti, auspicijs Hieronymi Savorgnani, celeberrimi viri, ad septẽ hominũ millia ex villicis collegerant, Cormonumq. aciẽ direxerant, hoc cõmento, ut interim donec hostiũ exercitus Tulmini esset, aut Cormonũ expugnarent, aut ad Cormoni deffensionem a Tulmini expugnatione hostes ipsos retraherent; sed quia Cormonenses prĩti animo se tutati fuerant, Venetus re infecta discessit, cremato prius Cormoni suburbio; et villicorũ exercitũ, quem ad subitos casus comparaverat, mox dissolvit. Cæsariani, capto demũ Tulmino, recenti præsidio peditũ sexcentũ Germanorũ, et equitũ centũ Goritianorũ firmarunt; pariterq. ad Cormoni firmiorẽ custodiã direxere Christophorũ quemdã Postiler cum centũ Germanis peditibus.

Erat eo tempore Venetorũ nomine Theodorus Burgensis Gradiscæ præsidio, habebatq. pedites ducentos, equites verò centũ, quibus præerant Centuriones duo militari arte eruditi. At Postiler, cui Cormoni præsidium contigerat, spreta Venetorũ parva manu, quæ Gradiscæ erat, omnia circum loca ad venetã ditionẽ pertinentia quotidianis incursionibus devastabat, prædasq. et captivos abigebat, et cum esset vir sævitiæ plusq. inhumanæ captivos variis cruciatibus afficiebat, ut numerosam inde pecuniã extorqueret. Nam alios revinctis post tergo brachijs tortos diù vexabat; alios testiculis func annexis appendebat; plures in vinculis suas manu necabat; oculos alijs effodiebat; nec ullũ crudelitatis, aut sævitiæ genus in miseros captivos non intentatũ exercuerat. Dum hæc igitur tota passim Iuliadũ regione agerentur, Julius Pontex Maxs. re captis, ut supra memoravimus, Ecclesiæ Romanæ urbibus, quas Veneti restituerant, animo concepit, ut et Bononiam a Bentivolis vendicaret; cui quoq. rex Gallus hilari animo assensit; non tantũ, ut more Pontificii gereret, sed multò magis, ne videretur Ecclesiæ partes in re honesta deseruisse, cum Regis ipse Christianissimi diadema capite gestaret, sed et initi fœderis pignus urgebat. Cæsar quoq. et rex Hispanus assensere. Horum igitur ope Pontifex exercitũ comparavit, Gallis maximè auxiliantibus, et Bononiã infesto agmine adivit. At Joannes Bentivolus, hostium apparatu audito, Bononiã, quam tyrannicè invaserat, dimisit; familias, auroq. et argenti quod erat, et bonis omnibus, quæ asportari poterant, sublatis, recessit. Quare Bononia mox ad Pontificis manus, et in Romanæ Ecclesiæ jura devenit. Post hæc Pontex vel quia ità honestas, et Ecclesiæ jus suadebat, vel (ut quidã dicere ausi sunt) quia huic Pontificii insatiabilis habendi animus inerat; quamvis in cæteris Pontificatu planè dignum existimaverimus; statuit, ut urbes quoq. Ferrariã e sui Ducis manibus sibi vendicare, asserens inter cætera, urbẽ ipsam ad Ecclesiã spectare, et

et Ducem ipsum ab obedientia desciuisse; comaclumq. et Plebem, aliaq. Ecclesiastici juris loca tyrannice occupasse, et quod pessimum erat omnium, conspirasse, ajebat, cum schismaticis Cardinalibus quibusdam in ipsum Pont.em Max.m Quibus de causis, vere, an falsa essent, in Ferrariense motus Pont.s bellum ei indixit, ac prius, ut culpabile, et criminis reum, interdicto Ecclico, censurisq. rescriptis, ac typis excusis, toticusq. Italiæ populis, et principibus notificatis, subjecit, et anathematis vinculo innodavit, nec ipsum tantummodo Ferrariense Ducem, sed asseclas ejus, et coeteros, qui suæ factionis fuissent, homines pariter exsecravit; et ut nuper in Venetos fecerat, a coetu fidelium, tanquam in reatu contumaces, sejunxit. Verum Ludovicus Galliæ rex, qui in coeteris rebus omnibus Pontifici semper obsequutus fuerat, ab his maximè dissentiebat; asserebatq. Alfonsum ipsum Ferrariæ Ducem, non modò fuisse ex foederatis unum; sed quoq. ejus operâ plurimum valuisse ad res Italicas peragendas; et sibi propterea indignum videri, amicum, et collegam armis appeti; et ea de causa Pontificis conatus in Ferrariense amicis, ut potuit, verbis primò compescere studuit; ut vero inexorabile illius animum vidit, iramq. in Ducis exitium accendi potiùs, quàm sedari precibus, auxiliares copias Duci suppetias misit. Ea cum Pontifex rescivisset, non solùm a foedere, dudum cum rege inito recessit, sed novum insuper cum Venetis, prius hostibus, foedus contra Gallum, et Ferrariensem inivit; quæ, etsi iniquo, ut par erat, animo, Cæsar, atq. Hispanus, ut audivere, tulerunt, non tamen a veteri foedere cum Pont.ce discessere, et bellum, quod coeperant contra Venetos, prosequebantur.

Inito igitur novo foedere, Veneti mox ad Pontificis nutum Classem in Padum ductam, auspicijs Angeli Trivisani Veneti patricij, præmisere; Rodigium quoq. et ad coeteros Polesini locos, quæ secundum Ferrariam sunt, terrestrem exercitum transmisere, duce Joanne Paulo Gradonico, qui se naviter gesserat tempore Civitatensis obsidionis. Pontifex quoq. copias suas, quæ in Romandiola hyemaverant, ad duci jusserat terrestri itinere Ferrariam versus. De his itaq. apparatibus in se factis Ferrariensis certior effectus, validissimis præsidijs munitus hostem intrepidè expectabat, Classis Veneta per Padum ex Adriatico sinu cum duceretur, exercitus ad hoc in Polesini agro moraretur, Dux Ferrariensis militibus suis mandat, hinc atq. hinc a fluvij ripis triremes mox agredi; quod cum fecissent Ferrarienses, tantus pavor repentè hostes invasit, ut Angelus Trivisanus Navarchus, relicta classe, parvam naviculam ingressus salutem fuga petiverit; classis ipsa, in qua fuerant quinq. Triremes, ingensq. omnis generis carinarum numerus, Ferrariensibus præda fuit; navales verò milites partim capti, partim cæsi sunt. Gradonicus autem, qui terrestribus copijs præerat, audita navalium suorum clade, nec hoste viso, Patavium se recepit; et Rodigium, aliaq. Polesini loca in Ferrariensis potestatem reliquit. Eo modo Dux Ferrariæ profligatis hostibus, eorumq. conatu compresso, victor evasit -

Interea Rex Gallus, in Pontificem acri motus animo, non Ducem modo Ferrariense opibus juvare sat sibi esse existimans, Bentivolis quoq. quos Bononia pulsos nuper diximus, auxilio esse constituit; ratus, aut a Ferrariensi bello Pontificem, et Venetos avocare ad Bononiæ defensionem, aut Bononiam ipsam Bentivolorum nomine suo imperio vindicare. Quare præmisso Bononiam exercitu cum Bentivolis, Bononienses, tradito Pontificis, et Venetorum præsidio, se dedidere; præsidiales ipsi capti, primùm in custodiam traditi sunt, inde bonis omnibus spoliati inermes dimissi. Erat in his Cardinalis Papiensis, qui eo forte tempore Bononiæ pro Pontifice Legatus tenuerat; is ubi captam urbem videt, oblatam a victoribus eundi facultatem, se Ravennam contulit ad Pontificem, qui hisce fortè diebus eo venerat, Bononia nondum capta: nec multum steterat coram Pontifice Papiensis, cum ab Urbini duce (erat is Julij filius illegitimè genitus) obviam facto multis vulneribus confossus obijt, suspectus defectionis. Id Pontifici non minori fuisse dolori dicitur, quàm Bononiæ amissa. Nam liquebat, Bononiam nullius Papiensis culpa defecisse ad Bentivolos, et erat præterea Papiensis pietate, et virtute clarus, et Pontifici obid maximè gratus. Potitis hoc modo Bononia Bentivolis, ut se a bonorum suorum proscriptione ulciscerentur, statuam, imagine ipsius Julij ære fusam, ac foro medio columnæ impositam bombardis primùm appetivere, ac humi stratam, funes collo alligatos, tota passim urbe trahi, ac fimo involvi fussere -

Dum.

Dum hæc ibi aguntur, Cæsar Maximilianus, coactis in unũ copijs, tàm Gallorũ, quàm Italorũ, qui sibi ad bellũ
supperias venerant (quas quidã centum quinquaginta armatorũ millia fuisse tradidere, quod ego pro vero acci-
pere non ausim; nam ea tempestate nullus tantus exercitus comparari potuit, maximè a Cæsare, qui suas vi-
res distraxerat ad alias plures bellas, quæ sibi a Turcis in Pannonia, et ab alijs in Germania imminebant, credo potiùs
erratum numero fuisse, ac pro quinquaginta appositũ esse centũ quinquaginta) proprijs ipse auspicijs, et non
per alium ducem, Patauiũ expugnaturus accessit; et locas plurimas castris metatus, tandẽ ad portã, quam vulgus
Caudã longam appellat, exercitũ sisti jussit, ibiq. castra poni. Erant tunc in ipsa Patauij urbe tot, tantaque
armatorum præsidia, undiq. adducta ad defensionem, ut no mini dubium esset, omnes suas vires collectas ibi
fuisse a Venetis: Nam urbs propinqua erat, et in ipsis Venetiarũ faucibus sita, videbaturq. pro patrio solo bel-
lum ineundũ esse; et milites, qui intus erant, se ad omnia circumvolventes erectam semper suorũ aciem
aduersus Cæsaris exercitũ habebant; et sicut ipse Cæsar hàc, aut illàc accessũ quærebat ad mœnia, ità Veneti
milites oppositis semper pectoribus obstabant. Convenerant primi Venetorũ Duces Nicolaus de Nolis, cogno-
mento Prigliarus, Comes, ex Ursinorũ Romanæ familiæ, qui sumũ in Veneto exercitu imperiũ habuit,
Andreas insuper Gritti patricius Venet Magister equitum, et cum his aderant militari arte eruditissimi viri,
Dionysius, et Vincentius de Naldis de Brisighella legati, Cæsolus quoq. Perusiensis, et Lactantius Borgomas
Tribuni militũ; præter alios patriciæ gentis Venetæ plerosq. juvenes, inter quos quamplurimi privato ære pro-
fecti suos milites conduxerant in Venetorũ gratiam, et stipendiarij proprio sumptu fieri voluerant; videban-
turq. ad unius urbis Patauinæ præsidiũ suas vires omnes, cùm publicas, tũ privatas Veneti contulisse. Cum-
jàm Cæsar obsidionem posuisset ad portã Caudælongæ, ubi locus debilior, et ad invadendũ facilior apparebat, Ve-
neti præsidiales portam ipsã, aliaq. propè loca integro munierunt defensionũ ordine, et primò quidẽ fossis ap-
positis assuerant armatorũ cohortes quamplurimas, quæ æquali inter se intervallo accedentẽ hostẽ arcere
Medoaco possent; civitatis præterea fossã, quæ citra muros ducta est, ex Athesi, quam Brentã vocant, flumio aqua
replevere; erat insuper murus exterior infirma structura, fultus fuit aggere interiori latissimo ad optimi
muri instar, ex lignis, et terra confecto, interq. murũ, et aggerem altus erat, et lato fovea, et super aggeribus,
locis plurimis, eminebant moles, et propugnacula semutuò aspicientia ad subjacentis fovea custodiã; pro-
pugnacula verò, et moles omnibus tormentorũ generibus referta erant, appositis ad vim hostiũ arcendam,
aggeris quoq. partes inter propugnacula vacuas crebris bombardis replebantur; ordinibus ità inter se appositis
ut non homines solum, sed nec aves quidẽ, si ea loca adirent, illæsæ possent abire. Sed nec fovea defensioni-
bus carue rat; nam opportunis locis apposita erant ligna, cuspides præacutas, et adustas, et ellis sclopetico pul-
vere subjecto locus sarmentis tectus, quo hostes decipierentur, et si auderent, igne mox injecto, aut arce-
rent ingredientes, aut incendio consumèrent. Inferius quoq. ubi primus patebat hostium ingressus,
apposuerant Veneti tabulas clavis ferreis acutas admodũ cuspides clam fultas, quo gradientiũ pedes trans-
figerent, tardarentq. occulto vulnere gressum. Erant præterea in aggerũ interiori parte pedites ar-
mati omni missilium genere, et præcipuè sclopetis, balistisq. et telis alijs; nec procul inde equites lan-
ceis, et funalis equis accincti hostem intrepidè expectantes, si fortè tentarent aditũ. Maximilianus Cæsar
etsi a transfugis certior factus esset de validissimo hostiũ præsidio, ac defensionibus, ingressũ tamèn plu-
ries tentavit, si hostes saltem ad pugnam elicere posset; qui tamèn nec in aciem egredi, nec se loco mo-
vere ausi sunt; urbi tantumodò præsidio esse valle videbantur. Germani interim, atq. Galli, et Hispani,
ac Itali, qui Cæsarianis militabant auspicijs, instructas suorũ quisq. acies accedebant, hostemq. exire ad duel-
lum annuebant, lacessebantq. aperto marte; et cum nemo obvius fieret, apparereturq. oppugnari urbẽ,
tot, tantisq. præsidijs fultã, difficillimũ esse, Cæsar ad obsessionẽ ab oppugnatione animũ adjecit, et clausis
ubiq. vijs expugnasset dubio procul urbẽ validã; sed post bimestre tempus ad famã invadentiũ Hungariã
Turcarũ obsidionem solvit, et exercitũ adversus novos hostes eduxit. At Turcæ, factis excursionibus,
affectaq. clade tota inferiori Pannonia, nec expectato Cæsaris conspectu, aufugere, finesq. suos appeti-
vere. Quare Maximilianus, qui Bassiano profectus Germaniã iverat, instante jàm hyeme dissol-
vit exercitũ—

Veneti

Veneti verò hanc nacti occasionem, quam sibi coelitùs datam arbitrabantur, nihil ultrò cunctandùm fore existimantes, mox per hyemem suas copias eduxere, et Vicetiam primò aggressi nullo negotiò adepti fuere; pariq. modo Rodigium, et alias Polesini loca, quæ ad Ferrariensem defecerant, adepti sunt; Lizacum verò a militibus Cæsarianis, præsidij causa positis, diù defensum est; sed quia multitudo hostium urgebat, et jàm vicus inferior in eorum potestatem venerat; quidam Nicolotti Arcem Venetis prodidere, eoq. modo Lizacum receptum est, ejecto Cæsaris præsidio. Hinc profectus Venetus Veronam petijt, castraq. posuit, non sub ipsius urbis mœnibus, sed remotiori inde loco, tentaturus (ut erat omnium opinio) si ad deditionem, priusquam oppugnari urbs cœpta esset, trahere posset oppidanos, quod minimè evenit; nam erat Verona, non modò Germanorum, atq. Gallorum fulta præsidijs, sed et cives ipsi in Cæsaris partes promptiores, ac omni comeatuum genere exuberantes abundè. Locum urbis, quem Cittadellam vocant, ad defensionem oppidi munitum Germani habebant, cæteras Galli, et erant utrobiq. mixti Veronenses; quare nec oppugnari, nec obsideri facilè posse videbatur Verona.

Cujus rebus sic existentibus, interim bellici tumultus in Forojulio minimè conticuerunt; Nam agrotanti jam forte Franc. Capello præfecto, et valetudinis causa Venetias regresso, suffectus est Aloysius Delphinus, vir impiger, qui adepta Prætura, nihil tamen in Patria Forijulij, in qua plures menses fuerat, memorabile gessit; et quamquam validissimas cùm pedituum, tum equitum legiones haberet, quibus, si libitum esset, de summa rerum decertare satis, superq. potuisset, nunquam tamen ausus est hosti, toto passim regione palanti, se opponere: quare præsidia Cæsariani, qui Goritiæ, et Cormoni hybernaverant, omnia Venetæ ditionis circum loca incendio, et rapinis vastabant, et præ cæteris vicos, et ruras Civitatensium. Aquilejæ quoq. et quæ Aquilejæ finitimæ sunt Castella Strassoldium, et Porpetum abacta præda incensa sunt, et quoad Delphinus is præturam gessit, majora quàm antea nunq. clades affecta est tota Julia duodum regio a Cæsarianis. Nam Christophorus Postiler Cormoni præses, educta Bohemorum suorum acie, quam Cormoni habuerat præsidio, diu quadam vicinos agros excursione vastavit, et additis sibi ex Gonziano præsidio equitum alis, et peditum exiguæ cohorte, rus sancti Joannis de Manzano infesto agmine petijt, et quod reliquum fuerat superioribus tot cladibus ferro, et igne vastavit, et villicos ejus Iovi, qui se ex fumultu in campanarum turrim trepidi contulerant, ut se eo modo tuerentur, injecto igne combussit; alios verò, quos ab igne sors missos fecerat, sclopetis, et balistis petitos interimit, perpaucos, qui se dedidernt in vincula primùm conjecit, inde crudeli in modum trucidari jussit. Erat inter eos, qui trucidabantur sacerdos, nomine Valentinus, patria Zigur, qui se ab ea clade ad fores Ecclesiæ contulerat, ratus sibi salutem, pietatis intuitu, saluti fore locum sacrum; at Bohemi eadem, quas furebant feritate, in eum inermem irruentes, centum, et ultra vulneribus confossum sævissimè trucidarunt. Quod his apponi libitum fuit, ut liqueat nullo unquam aut pietatis, aut religionis amore barbaras nationes cessasse a sævitijs in Italos. Hac edita strage Postiler Manzanum mox rediit, et captis, quos reperijt, hominibus, nonnullis etiam cæsis, reliquum ædium Manzanorum nobilis familiæ, quod incendio superiori superfuerat penitùs conflagravit, ablato primùm vino, quod erat ibi plurimum; inde junctis cum Duce Bransvichiæ copijs Bolzanum venere, illudq. et sancti Stephani vicum concremarunt, et quacumq. incedebant vias, cæde, et rapinis omnia complebantur. Facto post hæc agmine quingentorum etiam plius peditum, ac quadringentorum equitum, etiam eorum, qui Goritiæ hyemaverant, adhibitis viarum peritis ductoribus, Roncas venere, fumantes adhuc priori incendio, casq. funditùs evertêre; & protergressi Orsariam versus undum, quod Lupi accolæ appellant, inter direxerunt. Erat ibi rusticorum manus Civitatensis ditionis, qui ea data opera convenerant, ut hostibus Natisonem transire nitentibus obstarent; sed ubi hostium multitudinem adventantem viderunt, ut est gens bello minimè assueta, relictis stationibus, nec expectato quidam hoste, mox terga verterunt. Germanus equitatus eos insecutus sobis passim vicinis, pratis partim cædit, partim verò capit; nec eorum quisq. evasit; et cum jàm ea omnis acies dissipata fuisset, reverterenturq. a primis cædes victores Germani equites, repente alia rusticorum manus, nescia cladis suorum, illuc, ut in mandatis acceperant, serum coeteris auxilium venerant. Hi visis recenti cæde jacentibus suorum cadaveribus, et jàm de prima acie conclamatum esse, ingenti pavore concussi, huc, atq. illuc fluctuantes fugiebant, insequentibus acriter Germanis equitibus, qui facilius vilicos cædebant, quod aperior erat aditus ad eos invadendos per prata Natisoni contigua, nec erant præterea ullo latibula præter fluvij altas, et præcipites rupas, ex quibus plurimi se in flumen dejecere, et periere nonnulli alluvione aquarum; qui verò fugientes prata percurrerant, omnes aut capti, aut cæsi sunt; reliqui, quos ripæ ab equitibus fecerant incolumes, dum

per

per lucas devia reptantes inter dumos, et scopulos salutem petunt, aut latitare studeant, ac Bohemis peditibus, ac si essent feræ, sclopetis appetebantur, ac miserimè trucidabantur. Eadie interempti sunt homines adcentum viginti ex rusticis ipsis, qui vicos proximos Orsariam, Tollanum, Paternum, Prestantum, et Ronchias incoluerant, quare pagi ipsi, casis cultoribus, destituti omninò fuere. Hæc omnia sub Delphini Veneti præfecti oculis, qui nec in aciem educere, nec vaganti per ocium hosti se opponere ausus erat, gesta fuerunt. sed et insuper Germani, spretis quasi ex Judæorum Veneti ignavia progressu ulteriùs, pagos omnes, propter Aquilejam depradati primum, igne deindè injecto combussere, et inter cætera Cervignanum, cui adhærentes insulæ, Strassoldum quoq. et Porpeti castrum, nec non multi penès ultimum pagi armentis cujusq. generis spoliati, et præda abacta igne vremati sunt; quin et excursiones facta sub ipsis ultimæ urbis mœnibus, et portis, tantus vel pavor, vel ignavia Venetum invaserat.

His cognitis demum, senatus Venetus mox decrevit hostium audaciæ obviandum esse, copiasq. suas ocius educendas; quarum comparato Ruralium exercitu, Delphinus ipsi præfectus, ac unâ Balthassar Scipionis Senensis, et Antonius Savorgnanus Legati Cormonum proximum oppidum petivere. Accolæ, audito hostium adventu, nec tecta suburbia tutos credentes, superiùs in Castrum se contulerant, ibiq. ubi locus erat tutior, hostes pugnaturi expectarunt. Veneti igitur profecti, vacuum defensoribus suburbium ingressi, locum, quem Centum vocant, ad oppidi instar fossa, et vallo munitum, depradati primùm sunt, igne subinde conjecto concremarunt. Periere eo incendio pulcherrimæ quædam ædificia, nec ex tot præclaris ædibus reliquum quicquam fuit præter phanum, et quæ phano proximæ fuerant, ædicula quatuor. Laborarunt maximè eo incendio Manatorum ædes, et funditus eversæ fuerunt ob iram quandam, et odium, quod cum privato hoste habuerant. Diruto suburbio, Veneti ad Castrum superiùs aciem instructam direxere; sed Cormonenses crebris balistarum, et sclopetorum, ac cathapultarum ictibus eos retrocedere coegerunt, recedentiumq. extremam aciem aggressi persequuntur, deturbantq. ex fuga conjiciunt, et nisi paucitatem suorum verentur, ulteriùs processissent, eoq. die cruenti aliquam cladem Venetum affecissent. Regresso post hæc ultimum exercitu Veneto, res utrinq. quietæ fuerant ad proximum quadragesimale tempus, quo Veneti rati Cormonum omni nisu appetere, edito Senatus Consulto censuerunt, Delphini, Balthassaris, et Savorgnani esse Cormonum omnibus copijs mox aggredi, nec inde regredi, nisi eo oppido capto, et funditùs diruto; erat namq. in cervicem totius regionis acerrimum pro Cæsarianis telum; et ea de causa omnes actum conatus eo divertere. Profecti igitur Veneti coactis in unum copijs cum stipendiariorum, tum villicorum, lustrarunt exercitum omnem, eademq. die ultra ingressi Faedanum venere, et sequenti luce, motis castris, dum omnes opinarentur Cormonum expugnatum iri, Vipulzanum versus aciem direxere, eo consilio, ut capto Vipulzano, quod Cormonum inter, et Goritiam medium situm est, Cormonensibus omnem auxilij spem adimerent; foreq. ut spe salutis destituti, Cormonenses deditionem mox facerent. Aggressi igitur Vipulzanum, nec præsidio, nec naturæ loci validum, nullo negotio adepti sunt Veneti, et quia res bene successerat, ulterius progressi, ut loca collium proximorum, in quibus oppidula non nulla sunt, adirent, aciem contra Sancti-Martini oppidum, quod indigenæ de Cusca vocant, direxarunt; sed quia colles incolunt homines Sclavi, agrestes, ut lingua, ita et genere, in unum collecti, impetum ex locis superioribus in venetos equites, qui præcesserant, fecere, eosq. a fronte, et lateribus acriter invadentes urgebant; quare equites ipsi videntes æquorum suorum usum inter saltus illos, vepresq. ac colles, fore, ut erant, inutiles, recepere se primùm, deinde, urgentibus Sclavis, in fugam conversi sunt. Equitum fugæ peditum agmen pavore percussit; quare fugientium potiùs, quàm recedentium more Gradiscam regressæ sunt Venetæ copiæ; quare non sine eximio dedecore Cæsariani, ejecto Venetorum præsidio Vipulzanum mox recepere. Quibus ita gestis, tranquillæ aliquandiù utrobiq. fuere res, videbaturq. post tot bellorum procellas serenatum iri. At Veneti, revocato venetias Delphino, Joannem Victurum, virum gestarum rerum gloria insignem, suffecere Præfectum ex sua sortem, quia ita erat Senatui placitum. Victurus igitur mox Venetijs in Forumjulium processit, quem Julienses ipsi, alacri animo, et ingenti omnium assensu complexi sunt; certam namq. spem de ejus virtute conceperant, sibiq. receperant, ejus ductu, et auspicijs, bellum illud felicem exitum habiturum, nam Victurus cæteros omnes illius ætatis duces, vel pares, vel belli artibus, aut superabat, aut æquabat; et erat præterea comis, ac largus imperator, et ea de causa militibus maximè gratus; Quare, ut primum in Patriam venit, diverso a priori modo rem gerere ratus, Gradiscam concessit habitatum, ibiq. belli sedem esse voluit, ut vicinior ad hostes loco, et si res postularet, obesse hosti comodè posset, et laboranti Patriæ maturè prodesse.

dasse. Indè igitur quotidiè armatus prodibat in aciem, cum hoste prælio decertaturus; et cum nemo obviam exiret, vicina hostium loca Goritiam usq. prædabundus excursabat; et ut tandem clade aliqua Germanos afficeret, die festo Divi Martini partem suarum copiarum, cùm peditum, tùm maximè equitum, amnem Sontium transnare, ubi Mainizza dicitur, ac inter dumos, ac vicina nemora latitare mandat, quoad signum dedisset evadendi; ipse interim cum reliquis copijs propè ripas fluvij eodem, quo priores modo latuit inter vepres; hocq. astu fecerat, ut suorum paucitatem hostibus ostenderet, ratus Goritienses spreta, quam viderant, Venetorum paucitate, elici posse ad certamen, ut evenit. Nam Goritienses, visis præpauis equitibus, qui se arte ostentaverant, et prædabundi excurrebant; continuò lapsi ex oppido, nullo militantium more, sed palantes, ut sors dederat, in Venetum equitatum irruerunt; at illi fugam simulantes, quasi se in Sontium præcipites conjicere ex pavore vellent, confinxerant; Goritienses acrius instabant, sequebanturq. agmine incondito victores, donèc ad loca insidiarum ventum est; Tunc Joannes Victurius, dato suis signo, ōes in aciem ex latebris prosiliere, ac Cæsarianos, improviso pavore perterritos, undiq. circumdant; et reversi equites veneti, qui paulò ante fugam simulaverant, acritèr urgent, et terga dare cogunt, capiunt nonnullos, plures obtruncant. Sequuntur suos equites Venetæ Cohortes, ac pari impetu in pedites Goritianos erumpunt; Erant veneti pedites numero non amplius tercentum; recepere se Germani ad Molendinum; quod Sontio adjacet non procul Goritia; quo ubi ventum est, freti situ loci, quod erat muro, et tegulis conditum, sistunt Goritienses, Venetisq. oppugnantibus se opponunt. Pugnatum ibi aliquandiù fuit incassum a Venetis, conantibus locum invadere; at Victurius timens, ne Goritiani suis prodirent suppetias; nam vicini erant, dato signo suos revocavit, ac Gradiscam reversus est. Cæsi, aut capti ea pugna ex Germanis sunt ad centum homines, ex victoribus duo tantum cecidere ad Molendinum, ubi stetisse Germanos fati sumus. Perterriti adverso eo prælio Germani ad multos dies tenuere se castris; Postiler verò, qui Cormoni præsidio erat, vicina omnia Venetorum loca cladibus quam maximis interim afficiebat. Pestis quoq. quæ superiori anno Cormonum, atq. Goritiam, magna lue invaserat eadem tempestate Austriæ Civitatem, atq. Utinum pari clade afficiebat. Erat is annus ab ortu Xpi undecimus prætèr millesimum quingentesimum, quo non optimates solum, sed et plebs cætera Civitatis Austriæ ingenti intra urbis moenia morbo laborabant, hominesq. passim moriebantur; extra verò non pagus modò, sed nèc domus quidem libera erat incendio: hostes omnia concremabant, quæ abigi non poterant; quod effecerat, ut nullus extra Civitatis muros locus esset tutus, quo se infecti morbo reciperent, animumq. relaxarent, a coetu tot morientium, ac saluti suæ saltem abeundo consulerent. Quare lues illa, ceu ignis reperta, in quam grassetur, arida materia, flamas suas emisit, et in cunctos homines sæviebat sed eam calamitatem augebat id, quod si Civitatenses exissent evitaturi pestilentiam, aut ipsi hosti prædæ fuissent, aut Civitas nuda deffensoribus mox in hostium potestatem venisset; Nam Postiler ferè quotidiè sub ipsis moenibus excursabat; quare miseri Civitatenses inter Scyllam positi, et Charybdim omni calamitatis genere laborabant. Accidit verò, ut die, quæ Divi Joannis Baptæ festum præcesserat, Postiler ipse cum Bohemis, quibus præerat, trecentis, villicisq. ducentis, accentum equitibus prædabundus exiret, latiusq. vagando ad usq. Basaldellæ, et Samardenchiæ pagos veniret; quod cum Victurio innotuisset, mox adhibitis ad consultationem Balthassare Scipionis, et Theodoro Burgense, comūni assensu statutum fuit egredi oppido, hostemq. invadere. Igitur præmisso equitatu tercentum equitum, totidemq. peditum cohorte subsequente, ad Manzani pagum primò venere, constitereq. donèc certiores fierent, qua tetendissent hostes; nam etsi eos exisse Cormono novissent, non tamèn sciebatur, quorsum ivissent; et cum ab accolis loci, rei ignaris, certi nihil afferetur; Victurius ipse ratus hostes petijsse pagos circa Aquilejam, suas copias Tapoglianum versus adducebat, et jàm Bolzanum inter, et Visconem pervenerat; cum repentè datur signum ab ijs, qui hostium adventum speculabantur ex sumo colle, qui propè est vetus Manzani Castrum, Germanos hostes adesse; redibant enim abigentes rerum omnium ingentem prædam. Ad signum itaq. positum a speculatoribus ad eam, qua hostes veniebant, partem, ut ordo datus fuerat, reversus Victurius, oculos intendebat sæpissimè, ut ex nutu, et signis speculantium viam hostium nosceret; qua cognita, cum omnibus peditatus, et equitatus copijs Bolzanum mox venit, ibiq. instructo agmine, ea qua hostes venire noverat via, iter aggreditur servatis ordinibus. Præibant utrinq. Rorarij (genus est militum levis

armaturæ

armaturæ, qui instructum præcedunt exercitum, primiq. levi certamine hostes missilibus lacessunt, indeq. ad suos celeriter se recipiunt, ut victo hoste; unde et nomen esse sortitos, Festus vit, Roratios; quod ad modum roris præcedentis futuræ pluviæ, leviter manus conserant) Hi adito inter sese, ut assolent, brevi pugna, quæ perpauci vulnerati sunt, pauciores cecidere, se celeri cursu inter armatas suorum acies utriq. recepere, hostem adesse nunciantes; Tum se uterq. exercitus ad justum prælium parabat; Duces aderant, hortabanturq. suos milites, uti naviter rem gererent: justior veneto causa videbatur, quod in prædatores rerum suarum arma sumpsissent: Germanus Venetorum ignaviam, multis antea prælijs expertam, exprobrabat, monebatq. ne victores ipsi toties victos paverent. His exhortationibus ad pugnam procedebant, infesto agmine; et qui præibant, utriusq. exercitus equites, in agro Manzani obvij invicem facti pugnam iniere. Acriter ibi pugnatum est, incerta primum victoria; verum quia longè major Venetorum equitum urgebat numerus, Germani loco cedere coacti sunt, seq. ad suos pedites recepere; ubi recepto animo, ac instructa acie Venetam pugnaturi denuò expectant; at Germanus equitatus equestri pugna semel pulsus ad pedites quoq. terrorem attulerat, quare ad primum teli jactum, soluta acie, terga dedere. Erant priusquam pugnatum fuisset, ad incertos casus villicorum ingens numerus a Victurio duce instructus, ac locis opportunis appositus; ut vel suos, si res ferret, prælio laborantes adjuvarent, vel ut Germanos victos, ac fugientes sisterent, et viam occluderent. In hos igitur, ira plenos ob acceptas superioribus prælijs clades, cum incidissent fugientes Germani pedites, uterant ex fuga incompositi, et fusi, capti, ac trucidati sunt; equites quoq. quos venetus equitatus acriter insequebatur, circumventi ad unum omnes capti, aut cæsi fuere; Cecidere in Pratis Manzani, non procul vico Sancti-Laurentij, brevi temporis, ac loci spatio, Germanæ copiæ ad quadringenta numero, et ultra, ut vix cladis nuncius superesset; ex victoribus unus tantùm ex equestri ordine, perijt, vulnerato acriter Aloysio Portiana, ex vicetina Civitatis nobili familia, cujus casus effecit, ut Joannes Victurius in Germanos victos sævioré exercuerit victoriam. Id, ut creditum, Deo permittente, in ultionem inmeritæ cædis Presbyteri Vincentij, quem ad Ecclesiæ fores Bohemi, ut diximus, centum vulneribus trucidaverant, indeq. mors ejus innocentis noxio Bohemorum sanguine parentata est. Sic crudelitati suæ finem imposuit Postiler, vulneratus capitur, et venetias in vincula ducitur, ubi diutino carcere mancipatus meritas suæ levitiæ pœnas luit.

Deleto ea clade hostium quod Goritiæ, et Cormoni fuerat, non omnia soli loca confinia tuta fuere ab incursionibus; sed etiam patebat iter Victurio Duci veneto, qua vellet, comeandi, nemine obviam hoste prodeunte; Quare Goritienses, et quicquid Goritiensium erat ditionis ad usq. Tergestè mœnia, crebris incursionibus invadebat Venetus, hominumq. et animalium, ac rerum omnium prædas per otium abigebat; Quare pavorem ingentem etiam ijs, qui se oppidis tenebantur incusserat; Nec erat interea in Histris pacatum quidquam. Justinopolitani, et Mugienses contra Tergestinos continuò præliabantur, enitentes, uter campo potiretur, ac inter cæteras clades totis viribus apud Pisinum pugnatum est; permulti ex utraq. acie cecidere; inter saucios Christophorus de Frangipanibus, Germanus Præfectus, vulnere in facie affectus est, quare incerta victoria utriq. a certamine abiere. Grassabatur intere, ut diximus, fames Utini, quàm in Civitate Austriæ, ingens morbus, cujus causa effectum est, ut nullus exterius prælium exiterit; nam nec hostes accedere, nec lues efficerentur, tutum sibi existimabant; nec qui in campum exirent, videbatur morbus reliquus. Arbitrabantur homines, Deum optimum maximum veteres belli clades nova pestilentia abstulisse; quasi vellet ipse humanos reatus ulcisci hac, aut illa lue; nam cum diversis modis delinquant homines, pœnas etiam delictorum debet esse diversas; recta enim est divina justitia. Nec interim, grassante apud Julienses peste, res alibi quietæ erant a bello.

Non procul (Verona) Verona Venetus castra posuerat, indeq. repentinis incursionibus loca proxima infestabat, crebróq. ad ipsas Veronæ portas, ubi Germanum erat præsidium, infesto agmine procurrebat; sicubiq. ut Germani egredientes multoties collatis signis cum Veneto prælium inirent, varia interè se victoria. Elatus igitur Venetus, quod proximis diebus, tumultuarijs pugnis, Germanos intra mœnia compulisset

pulisset, castra propius, quàm antea solitus erat, Civitatem adduxit, ut Veronæ turres, et moenia bombardis et machinis faciliùs appeteret. At Galli, et Germani, qui paritèr præsidio erant, capta densissimi nymbi occasione, Verona, nocte intempesta, sub strepitu cadentis e coelo maximæ pluviæ; qualis solet Virgiliarum occasu, egressi, nullo tumultu, Veneta Castra repentè aggrediuntur; cæduntq. quos somnus, et pavor oppresserat, reliqui in fugam conversi sunt; totusq. exercitus, aut fusus, aut cæsus esset, ni Citolus Perusiensis, qui cum suis præcurrerat ad tumultum, hosti se opposuisset, cædentiumq. ardorem compescuisset; nam Citolus ipse navitèr dimicans, non solum hostes cæde maxima affecit, sed pedem quoq. referre coegit. Cecidit eo certamine Citolus ipse, jàm victoria obtenta. Hujus cladis causa fuere Vigiles Venèti, qui custodiam ruentis nymbi impatientes deseruerant. Stetit tamen ibidem plurimis inde diebus Venetus exercitus, nèc ea clade perterritus discessit Ves[illegible], quam levibus quibusdam oppugnationibus pluries fatigavit. Maximilianus interim nil ultra cunctatus suas copias per Tridentinum agrum, urbesq. Feltrinam, et Bellunensem emisit contra Venetum; nècnon et Rex Gallus præter legionem, quam Veronæ habebat, novas cohortes, novumq. subsidium Mediolano, et Brixia traduci Tarvisium oppugnatum jusserat, et jàm, ut jussæ fuerant copiæ omnes eo convenerant. Ad horum famam perterriti milites Veneti, qui Conegliani, Seravalle, Feltriæ, atq. Belluni fuerant præsidio, oppidis ipsis spoliatis, opibusq quas potuerant ablatis, Tarvisium celeri gressu, ut hostem præirent, urbemq. tuerentur, petivere; quorum quoq. vestigia sequuti sunt, qui Cittadellæ, et Castri-franchi custodiæ causa fuere. Igitur Bellunenses ad Germanos, qui se jàm applicuerant ad Belluni oppidum, deditionis legatos misere; seq. Germanis ea lege dedidere, ut præfecti cum paucis oppidum ingrederentur, cæteris interim copijs extra portas moraturis. Ea igitur data, acceptâq. conditione, Præfecti Bellunum ingressi sunt. Bellunensesq defectionis poena aureorum mille quingentorum mulctarunt interim verò dum pecunia præfectis numeratur qui foris remanserant milites, scalis appositis, ponteq dimisso, omnes intravere, ipsumq. oppidum penitùs deprædati sunt; ac in vincula conjectis oppidanis, virgines multas violarunt, ac mulieres constuprarunt. Feltrum inde profecti, oppidum illud pari clade affecerunt; nam captis, aut cæsis viris, quod foeminarum erat prostraverunt; sacras quoq. virgines omnes, nefario incestu, per vim vitiarunt; et ne nullum calamitatis genus foret miseris Feltrensibus inexpertum, injecto igne oppidum penitùs concremarunt, nèc a sacris ædibus abstinuere, quas omnes, præter Divi Francisci de mendicantium ordine templum, pari incendio absumpserunt Sed nec coetera circum oppida, ædesq. incolumes fuere, nam quidquid ædificiorum ea passim regione extiterat, igne, et ferro consumptum est. Dum hæc ibi agerentur, Galli, qui tardiùs prodierant, nondum Tarvisium appullerant; quare Germani interim, ne ocio tempus tererent, dum in mora essent Galli, animo statuerant ulteriùs progredi, ac totam juliadum regionem suo subigere imperio. Profecti igitur Sacillum sunt, itiq. lustrato exercitu, cui præfuerant Christophorus Rauber Labacensis Epus Antonius de Valdanono Tridentinus, Joannes Aursperger, et Gallus quidam, cui cognomen erat, de Rosa (ijs fuit a Cæsare tradita belli in juliadas provintia) peditum tria millia, equitum verò duo millia reperta fuere. Præsenserant Veneti Cæsarianas copias juliadum Patriam petituras; quare mox Antonium Savorgnanum, dubio procul juliadæ regionis ea tempestate principem, per literas certiorem fecere. Is itaq equitum alam, utini comorantium, mox eduxit, comparavitq. villicorum ex Patriæ pagis non contemnendam manum; et instructo, ut tempus, et sors dederat, exercitu, Sacillum, quo hostes adventasse, fama erat, perexit, et cognita hostium multitudine, et robore præcipuè equitatus invicto, se locis tutissimis continebat, nullibi se temerè hosti obijciens, ne suorum paucitas circumveniretur ab hostilis equitatus multitudine; quod etsi prudentèr ab experto Duce, qui suas copias incolumes servare studuerat, actum esset, non defuere tamèn, qui ausi sint dicere, et scriptis tradere; Savorgnanum clam convenisse, ne hostibus obesset, quod falsum esse, ratio probat. Nam se tot armatorum millibus obijcere cum paucis equitibus, et inermi propè villicorum pedite, non solertissimi Ducis, ut erat Antonius Savorgnanus, sed extremæ dementiæ hominis esset; quamobrem diligentissimè intueri debere existimo, qui de aliena fama detrahere cogitant; possit ne esse, quod palam produnt, nam alitèr mendacij meritò redarguentur. Recipiente se igitur Savorgnano, ne suas copias hosti obijceret trucidandas, Cæsariani Sacilli oppido potiti sunt: Savorgnanus verò, quia auxilium sibi necundè fore videbat, nèc tutum arbitrabatur hostem aperto campo operiri, ne a multitudine equitatus interciperetur; per noctis tenebras regressus, Pinzanum oppidum suum petijt, et præsidio, ut potuit, firmavit, dimissis coeteris partim utinum, unde venerant, partim vero alio, omnibus ad lares proprios

ut se

ut se muris tenerent, et suas quisq. tueretur.

Dedito Sacillo, Comites quoq. Purtilienses, et Pulinici se tradidere Cæsarianis, nèc multò post Patriæ ortus optimates, quos Castellanos appellant, illidâ fecere; sed et Savorgnanus ipse, cum rebus jàm desperatis aliter sibi nequiret consulere, deditionem fecit eas conditione, qua cum Iodrono Comite, nuntio ad id misso a Cæsarianis, convenerat, Convenerant itaq. ut Savorgnano ipsi, et cæteræ Savorgnanorũ familiæ illoria omnia essent, fœdusq. inter Savorgnanũ ipsũ, et Duces Cæsarianos initũ perpetuò foret. Post quod factũ utinenses certiores effecti cæteras loca ad Cæsarem defeciße, ipsi quoq. ac toto simul regio, et quæ se priori bello tutata fuerat, Julia Civitas Austriæ deditionẽ fecere. Varia erat inter Juliadas opinio, cur se jàm facilè dedisset Savorgnanus, vir fide, et integritate eximius; plerique existimabant, id eas rationes ab eo factũ esse, quod nèc opes ad bellũ, nèc subsidiũ sibi post multũ temporis venturũ crediderat; interim verò timere, ne, si Cæsarianos magis irritaret, aut ædoret, toti provinciæ exitiũ attulisset ab hoste, præsenti, qui jàm leviori de causa Feltrũ, Bellunnũ, cæteraq. Carnorũ loca omnia ferro, et igne devastaverat; quod et prudentißimè factũ a Savorgnano multi existimarunt. Alij verò aliter crediderε, argumentatiq. sunt Savorgnanũ apud Venetũ senatũ culpatũ fuisse seditionis, quod ejus nutu optimates multi Juliadæ interfecti a plebe fuissent, urbsq. utinea præda data; et quia accusatio hujus reatus vehemens erat, urgebantq. causa optimates ipsi, nèc aliud reperiantur stare ad damnationẽ Savorgnani, nisi cum instantis belli, et Savorgnanũ, ut a futuro judicio se subtraheret, ac Venetos devitaret, ad Maximilianum defecisse. Superior opinio, mea quidẽ sententia, vero proximior est; nam si suspectũ habuisset Savorgnanũ Venetus senatus, non cõmisisset suæ fidei rem tantã, quæ regionis totius erat negotiũ; sed digrediar parumper, ac seditionis illius, quæ, meo quidẽ judicio, insignis fuit, casũ brevibus perstringam.

Erat igitur annus Undecimus supra millesimũ quingentesimũ, quũ die Jovis, quæ Baccanaliorũ præcedit inglurien, Germanus equitatus, qui Goritiæ hybernaverat; ratus aliquid moliri posse, ut vel saltẽ prædas ex hostiũ pagis agerent, dum crapulæ, et choreis cæteri operam darent; iter utinũ versus, repentino tumultu, arripuerat, ac sub ipsis mœnibus, et in portas Civitatis excursiones factas, urbẽ ipsam ingenti pavore, et tumultu replevit. Utinenses verò, ut adesse hostem conspexere, ad arma undiquaq. concurrunt, armaturq. fũ civiũ tùm plebejorũ non modica manus, et in portis, ac mœnibus se hosti opponit. Hostes verò nil ultra enixi, abacta quam poterant, ex vicinis agris, præda, unde venerant reversi sunt; utinenses verò, ut viderunt hostile equitatũ jàm abijsse, ægrè ferebant, se ità ab hoste sperni, ut per ludibrium in suis quasi portis luderet; culpamq. tàm audacis nostriũ facinoris in Castellanos Patriæ quidẽ transferebant, eratq. rumor inter ũntes Civiũ, et plebis armatos, quod Castellani ipsi Cæsaris partes sequerentur, et quod clam hostes ad prædã excivissent. Fuerit ne rumor is verus, an falsus, incertũ est; illud constat ab hujus sermonis origine, cujus etiam auctor incertus fuit, in repentinũ furorẽ, ac indignationẽ illam utinensẽ armatæ multitudinẽ esse conversã; et sicut est præceps ad facinus, nèc consilio regitur mobile vulgus, arma, quæ in hostes sumpserant, in suos concives phanatico quodã furore converterunt; ac repentino impetu Turrianos primũ, qui erant Castellanæ factionis capita, aggrediuntur, ædesq. eorũ regio more conditas oppugnant: et quia qui intus aderant, se fortiter tuebantur, adductis ad id ũmbardis, tecta ac parietes ingenti fragore percutiunt. Tunc qui intus aderant terrore concussi, in fugam se dedere, alij, per arcanas ipsarũ ædiũ latibula, alij verò per tegmina vicinarũ domuũ se præcipientes apud amicos, ad quos confugerant, occulti precabantur. Inanitas defensoribus ædes acies, plebs irrupit, postibus vicis confractis, scalas ascendunt, ad necem quosq. perquirunt, rapiunt omnia, et deprædantur, ærevig. divitiæ, quibus ædes ipsæ regio modo affluebant, consumatæ, atq. ablatæ fuere, dein igne injecto domus omnis combusta; multũ ibi auri, argentiq. ac supellectilis fuisse constat. Sævitum inde est in cætera, nèc sine multa cæde res acta est; fuerat namq. vetus inter Castellanos, et plebem odiũ. Scripsere de hac re multi, sed an vera omnia perscrutati fuerint, ambigo; etiam modũ, et nomina eorũ qui ea seditione cæsi sunt, recensent. Ego veterũ malorũ tollendã potiùs memoriã consui ab animis hominũ, ne quieti publicæ orũ recordatio præteriti temporis, quam, dũ nimis curiosè perscrutando omnia, inveniunt, incidunt in monumenta rerũ, quas silere, quàm proloqui melius est. Sed si quis ea, quæ tunc evenerunt, scire expetit, ab alioru potiùs, quãm a meis scriptis appetat.

Hujus igitur facinoris querimonia, ad venetũ senatũ delata, suspectũ fecerat Savorgnanũ; et quia plebs utinea

Utineas ejus semper factionẽ sequuta fuerat, et quias superiori tempore contentiones sibi cum Castellanis exti-
terant, de hac re, et de illa urbis Utinex deprædatione, aliter scriptum a Joanne Candide Juris interprete, atq; e-
legantissimo rerũ scriptore, ni fallor, me legisse memini; sed utcumq. sit res, ità se habuit. Novas insuper calami-
tas huic fermè diebus accessit ab immenso motu terræ; nam eodẽ anno. VII. Kal. Aprilis, ut mortalibus in nuere tur
quantoperè displiceret Deo Optimo Maximo eorũ sceleruin lues; Terremotus permaximus extitit a Galliæ Cisal-
pinæ, quam Longobardiã nuncupant, in cæteras Italiæ regiones usq. ad has, et vicinitris Germaniæ partes: con-
quassabantur primiũ, ruebant deinde ædes magnificæ, turresq. Laboravit præ cæteris Glemona, et Civitas Au-
striæ; nam in eis quotquot altioris ædificij domus fuere, penitùs corruerunt; collapsũ quoq. est Tulmini Castrũ,
et domus inferioris Curiæ; phanas etiam, quæ in montibus erant, funditùs corruere, multi quoq. mortales illis
ruinis periere; cæteri, qui superfuerant, tanto pavore concussi sunt, ut per diverticula fugientes in locis pa-
tentioribus sibi domicilia construerent; alij in hortis, aut viridarijs, in pratis quoq. et plathais tugurias sibi, ac
mapalia ex pellibus, aut stramine, pannis etiam lineis, ac laneis erigebant; quibus deerat materies sub dio cuba-
bant. Pluribus diebus, quibus crebro, et repentino motu terras concussas fuit, in maximo semper metu fuere mi-
seri mortales, tot simul cladibus hinc ab humano hoste, hinc verò a divina ira appetiti; urbes quoq et Pagi habi-
tatoribus vacui videbantur; et jàm obrutis rubis tegebantur fora, tanta erat in locis solitudo.

Sed ut revertar, unde digressus sum; Utinenses, et totas simul Juliadas regio a Venetis defecit ad Cæsarẽ; ac Præ-
ses utini tunc primũ creatus est Joannes Neunauser Gortiensis, vir factis, et genere clarus, qui Juliadas, ac
regionem omnẽ justitia moderaretur: in Austrias verò Civitates præsidẽ constituere. Cæsareis Consilia ijs non
est visum, tunc maximè, quod vehemens pestilentia totã passim urbẽ invaserat, nec domus fuerat, quæ fu-
nesta non esset. Cum igitur tota Forijulij Patria defecisset, ut diximus, ad Cæsarẽ, solum Gradiscanũ oppidũ in
fide remanserat; Erat ibi præsidio Aloysius Mocenicus Prætor, habebatq. pedites trecentos, equites verò nonnul-
los. Igitur Cæsarianus exercitus Gradiscam infestis signis appetijt, et obsidione positã, oppidũ a portu, quæ Ro-
mansiũ prospicit, et ab ea, quæ est Sontio proximior, versus occiduus amnis ripas, positis aggeribus ingenti bom-
bardarũ impetu, et fragore concutiebat; præsidiales autem videntes se tueri non posse, et amissa jàm tota patria sibi
futũ nullibi esse locum, nec auxilium alitunde futurũ existimantes, agere inter se cœperant de tradendo quo
conditionibus oppido; eaq. per nuncios Cæsarianis Ducibus innotuerunt; quare hujusce rei provinciã Antº Sa-
vorgnano, qui post amissũ Forumjuliũ continebat se in exercitu Cæsariano, tradita fuit. Is ità conditiones tulit,
ut Venetus præfectus, cæterique præsidiales, traddito oppido Germanis, incolumes, quo vellent gentiũ, abirent; quod
cum fide ab utroq. perfectũ est: quare parvo, aut nullo negotio Germani adepti sunt Gradiscam, oppidũ sanè vali-
dissimũ, in gentis Forojuliensiũ dispendio conditũ ad Sontij ripas, mandantibus Venetis, ut ingressũ Turcis in
Italiam prorumpentibus, eos vetarent. His ita actis Germani Gallos, qui Tarvisiũ incœperant obsidere, per li-
teras, et nuncios certiores fecere, uti, soluta mox obsidione, Forumjulium ad sese peterent, qui statim venere, et jun-
ctis agminibus, Osopiũ montẽ, in cujus jugo oppidũ est ejusdẽ nominis validissimũ, pergunt oppugnare. Erat ibi
Hieronymus Savorgnanus, vir genere, et magnitudine rerum gestarũ clarus, qui, ut vidit totũ Forumjulium
ad manus hostiũ devenisse, et omnẽ belli molẽ in se unũ conversi (nam solus ad eã diẽ in Venetorũ fide rema-
serat) agere cœpit, quonam modo se, et locum ab infesto hoste servaret incolumem; quamobrem per legatos ac-
tum est, ut Savorgnanus, acceptis vadibus, tutò primùm in Castra hostiũ, inde quò vellet, ire, ponet incolumis. Igi-
tur ex castris in Germaniã adivit Cæsarem, a quo sumõ honore exceptus est, nec quid egerit cum Cæsare con-
stat; inde per medias hostiũ castra tutus, ut convenerat, reversus, Venetias venit ad Senatũ, a quo non
nullo honoris genere receptus, donatusq. Palazzoli vico, qui secundũ Arearũ Castrũ situs est, et ab eodẽ se-
natu præterea ad sumos magistratus, et dignitates, sicuti ejus actiones, et merita, postulabant, assumptus.

Post hæc Cæsariani, adepto demùm Osopio, juncti Gallis Tarvisium reperunt oppugnatum; sed quia urbs ipsa, et loci
situs, et præsidiariũ virtute contra omniũ opinionẽ diù obstiterat, nactique se tutatos fuerat, et hostes præterea
spe decidissent eã captũ iri, ac diutinam obsidione ibi tempus terererent, re infecta exercitus solutus est; et Galli ci-
alpinũ Galliam, Germani verò Germaniã recta petivere. Venetus Senatus, ut hostem a finibus cohibuit, statim
elatis signis legiones tres, quæ Patavij, et Tarvisij hybernaverant, e diui mandat, auspicijs Joannis Pauli Ur-
donicii, cui additi sunt Rentius de Cere, ex Ursinia Romana familia peditũ Præfectus, et Vitellus oriundus a
Vitellijs Romanis, nec non Balthassar Scipionis legati, atq. nonnulli veterani duces, qui omnes pari senten-
tia

tia Forumjulium adivere. Juliadæ verò jàm hostium metu liberi Venetas legiones hilari animo recepere, et missis legatis, dedition[em] maximo omnium populorum assensu, fecere, præter Gradiscam, et Ventionum, quæ validissimis Germanorum præsidio tenebantur. Quare Venetus Imperator, diviso exercitu, copiarum parte Gradiscam, parte verò Ventionum misit oppugnatum, et cum divisis copijs parùm roboris esset, levis utrobiq. fuit oppugnatio, et nullibi quid rei actum est: Quamobrem Gradonicus, conjunctis iterùm copijs, aciem Ventionum versus primùm dirigit, oppidum illud totis viribus oppugnaturus. At qui loci præsidio fuerant Germani, tanta in se versa mole, perterriti oppido prædæ dato, abductisq. Glemonensium civibus nonnullis, qui secum fuerant, quasi obsidibus, fugientium magis, quàm abeuntium more, discesserunt, ac Clusiam, et Pontabiam adivere; quare mox dedidere se Ventionenses, tradito venetis oppido. Cum inde Gradiscæ capiendæ curas Venetum Ducem angeret, ut Germanos totam regionem Juliadum expelleret, continereq. trans Sontij amnis ripas, et montium alpes, exercitui confestim profectionem edixit, excitato agmine Gradiscam adiit: castraq. loco idoneo metatus, per legatos, ut se dederent, Gradiscanos flagitavit, quibus negantibus, oppidum bombardis appetijt, murosq. ab ea parte, quæ meridiem aspicit, aperto inferiori adituq. Sontium diruit, ac solo æquavit; agger tamen, qui præaltus post muros ipsos erat non facile omnitentibus ingredi præbebat aditum; nam nec scalæ prælongæ ejus sumitatem quibant attingere; sed et insuper præsidiales se navitèr tuebantur, hostes ascendentes adimum delurbabant, multos dejiciebant malè affectos in fossam, plurimos occidebant. Quare frustra tentato ingressu, Venetus post quinquagesimam a castris positis diem obsidionem solvit; nam et hyems instabat, ventisq. et glacies, ac nivibus omnia circum loca complebantur. Exercitus igitur divisus per locas in Forojulio hyemavit; quod regioni ipsi, tot cladibus jàm affectæ, nullo non calamitatis genere affecit; nam graves fuit provinciæ tot bellis afflictæ, et incultæ tantum exercitum alere. Ad famam verò solutæ obsidionis, nec captæ Gradiscæ dicitur subrisum visum esse Senatui veneto, respondissæq. ductoribus, quibus ea provincia demandata fuerat, se purganti-bus, quod nihil ea obsidione egissent, se non satis posse mirari, quomodo stuppea fuerit Gradisca, cum in venetas esset ditione, et posteaquam ad hostes transijsset, ferrea tota esset effecta; quo præeleganti schemate et suorum Ducum inertiam elidebant, et hostium virtutem facilè comendabant.

Recepta itaq. præter Gradiscam, tota Juliadum regione a Venetis, non tamen res omninò quietæ fuere, nec ab excursionibus cessatum est. Nam hinc a Cæsarianis, qui Gradiscæ, et Goritiæ, locisq. finitimis erant, hinc verò a Venetis incendia multa fiebant, prædaq. abigebantur; nec quicquam per inducias, quæ pluries inductæ fuerant, quietum videbatur, quia etsi milites utriusq. factionis nihil hostile gessissent; Rustici tamen, qui per agros foris incolebant, sæpè inter se tumultus excibant, captivabantq. se mutuò, et rixabantur invicem acriter, ut se mutuò vindicarent ab acceptis superiori tempestate injurijs. Sed quia certamina, veriùs rixæ, quàm prælia fuere, omittenda censui tanquam levia. Interim verò nondum editis, quas pepigerant inducijs, anno supra millesimum quingentesimum Decimotertio, nova Cæsarianis oblata est Maranica piendi occasio. Est oppidum illud in Forojulij, ad litora maris Adriatici conditum; condidêre, ut perhibent, Romani, nomenq. a Mario Consule indidere; at ego nomen a Mari, cui adeo contiguum est, potius datum crediderim: eratq olim Emporium rebus maritimis, nuperè verò Veneti fossa, valloq. munierunt, ut esset Juliadis a mari præsidium. Tenebat tunc hoc oppidum Venetus Præfectus, negligentiori, quàm par erat, custodia; nam et in stationes portarum perpauci excubabant, et præsidium intus minus firmum erat, nec mali quicquam suspicabantur custodes; et quia jàm tota ad Venetos Julia regio defecerat, et quia inducia, licèt nondum indicata, prominæ tamen hinc inde fuerant, et pacem ex inducijs mox futuram omnes autumabant. Eam igitur nactus occasionem quidam presbiter Bertulus de nago Morteglani, qui non procul Marano situs est, clam egit cum Comite Christophoro de Frangipanibus, ut Maranum proderet. Igitur eodem anno, pridie Idus Decembris, is presbiter Bertulus diluculò, nec dum clara luce ad oppidi portam festinus accessit, pauris comitantibus, inter quos erat Christophorus ipse, monito rustici habitu, et evocatis custodibus, quibuscum presbiter necessitudinem quamdam habuerat, quasi negotium sibi aliquod esset, petijt reserari; Custodes, qui et pauci erant, et mali ab amico homine nihil suspicabantur, nullaq interjecta mora, portam dimisso ponte aperuere. Tum Comes, et qui cum ipso fuerant ingressi, saccos salita carnis, quos dorso ferebant, dejectos, in Custodes impetum faciunt, ipsisq.

carijs, pontem, ac portam tenuere, quousq. validius subsidiũ tũm peditũ, tũm equitũ, qui ad eã rẽ latue-
rant locis proximis, supervenit, et facto repentu, oppidũ parvo, aut nullo negotio coeperunt; Captus quoq.
et in vincula ductus est oppidi prefectus Venetus. Ea res bellũ, quod jàm sopitum videbatur, excivit, no-
vasq. calamitates, ac strages regioni julie attulit. Veneti, ut locum reciperent, curam omnẽ apposuere;
videbant namq. nullũ cõmodius sibi esse ad totius regionis defensionẽ oppidũ, quod hinc a mari, hinc
verò a terra alluatur, breviq. cursu Venetijs subsidia apportari posse. Maranũ, nèc ullo certu impedin.
ob idq. oppidũ illud, terrestri, atq. navali oppugnatione circumducta, aggrediuntur, moenia bombardis, ac
omni missilium genere appetunt. At qui intus erant Cesariani, auspicijs prefidis Christophori Neharser,
se acerrimè tuebantur, locumq. eo mentes defendebant, ut oppidũ aliquod propè venetias haberent.
nam Cesar nihil parvũ animo conceperat; sed quomodo urbem ipsã venetã invadere posset, animo a-
gitabat; Tanta in venetũ nomen erat ira incensus; eaq. de causa Maranũ tueri jusserat, et undequa-
que muniri. & quia ob loci situ oppugnatio difficilis erat, ad obsidionẽ Venetus se convertit, et diutur-
na obsessio Maranenses in discrimen, et ad maximã annone, rerumq. omniũ inopiã jàm adduxerat.
Quibus Christophoro Frangipani nuntiatis, suppetias suis ire constituit, comparatoq. Iliburnorũ, et eorũ,
quos ex Styria, Carniola, et Corinthia excivérat, militũ exercitu, additisq. Goritianis ruralibus, ad solven-
dã Marani obsidionẽ profectus est. Veneti obsidentes, audito hostium adventu, titubare primũ, inde
soluta mox obsidione, fugientiũ potiùs, quàm abeuntiũ more, loco cessere. Quamobrem Maranũ sub
Cesaris fuit imperio ad hanc, qua nos sumus, ætatẽ; cum ope Petri Strozzi, qui Francorũ regis Gallie
Francisci auspicijs in Carolum Impr. militaverat, ex insidijs captũ, ac veneto restitutũ Anno demũ quin-
dragesimo secundo supra millesimũ quingentesimũ fuit –

. FINIS.

AD JACOBI COMITIS PVRLILIARVM OPVSCVLA PROLEGOMENA.

JO.^s JOSEPH LIRVTI DE VILLAFREDDA NATALIS F. JO.^i DNICO COLVTÆ SANDANIELIEN. AMICOS.

Jacobi Comitis Purliliarum, Artuici filij, nomen novum in Rep.^ca literaria non est; editis enim latinis suis Ep̄lis, libris duobus De re militari, libello De generosa liberorum educatione, et alijs notum est. Sabellicum vir hic vidit, & Franciscum Mottensem, et Egnatium Venetijs audivit sæculo labente decimoquinto; ineunte verò sæculo sequenti inter viros doctos, latinæq. linguæ restauratores floruit, decessitq. ut ex ejus emortuali lapide anno. 1538. longævus, vividæq. senectutis, ut ipse in ep̄la inedita ad Ambrosium Gazam de se testatur. Palladis artes ambas professus est; sed omine, ut mihi videtur, meliori pacis studijs, quàm bellicis tumultibus incubuit. Quamvis autem supramemorata ejus scripta ediderit, plura tamen adhuc in MS.^tis delitescunt; quorum partem non modicam servat MS.^tus Codex Fontaninius in pub.^ca Bibliotheca S. Danielis Tom. XXVI., non omnia tamen; se enim scripsisse Tractatum De venatione, et Aucupatione, quarum erat studiosissimus, in supralaudata Ep̄la ad Gazam nos docet, qui in hoc MS.^to forte etiam cum alijs desideratur. Quæ autem in hoc leguntur, ipsius lucubrationes proferam: adsunt Ep̄læ latinæ plurimæ pluribus viris, & amicis suis missæ, et præsertim nonnullæ antelaudato Egnatio, quæ ipsum summè coluisse indicant, et prima in libri fronte præcipuè, qua illi totum librum nuncupat; præterea oratiunculæ aliquot, et Sermones plures, biniq. Dialogi De Officio Pont.^cis Maximi alter, et alter De Bello contra Turcas, hoc in Codice insunt. Historiolæ insuper aliquot De rebus nr̄is Forojuliensibus inibi leguntur, quas in hanc meam Collectionem transcripsi; tùm ut propositum meum MS.^tas Historiolas nostras in unum coacervandi servarem, tum quia eleganti stilo pro more ejus sæculi Jacobus noster res sui temporis, in Patria nostra præsertim actas, persequitur optima fide, ut ipse non uno in loco scriptionum earumdem profitetur. Sed ut et ipse homo erat, ita aliquid quandoq. humanitùs passum fuisse, nil mirum. Omnes nostri scriptores, qui historicas memorias Rerum Forojuliensium contexuerunt, cum de Hieronymo Savorniano Comite sermo incidit, multiplici laudum præconio eum ad coelum extollunt, ut virum fortitudinis, et militaris virtutis, et scientiæ apprimè præditum; nec inconsultò, aut impudenter; cum ejus tot gesta mirandam constantiam, animumq. invictum, non historici solum, sed et poëtæ, et lapides ipsi testatum posteris probè mandarint; solaq. et unica Osopij propugnatio, contra Germanorum oppugnantem florentem, robustumq. exercitum paucis militibus ab ipso eximiè, et suprafidem exantlata, ut illi laudis, et encomiorum cumulos tribueremus; quamvis alia ejus egregia gesta deessent; affatim sufficeret. Solus, quod sciam, Jacobus noster in hoc suo De Marana oppugnatione libello Hieronymum suis non dignum laudibus comperit; immò notam quamdam temeritatis, et insitiæ militaris ipsi ibidem inurere non veretur; quod fortè ab aliqua privata affectione, vel inter eos æmulatione originem duxisse, non absonum omninò est existimare. Sicuti verò hac in re omninò ab animi passione liberum Jacobum nr̄um non animadvertimus, ita in ijs, quæ pro Patria nostra illustranda scribere aggreditur, peccatum suum originale, cum alijs equidem Forojuliensibus commune, in lucem hominum producere non dubitat multifariam. Non mehercle opus erat, ut Feudatariorum nobilitati asserendæ consuleret, et eorum antiquum in Patria nobilem locum tueretur, fabellis illis plusquam anilibus indulgere, quos omnes norunt a Nicolao de Casola Bononiensi in gratiam Atestinorum Principum confictas eo in libello, qui Guerra d'Attila inscribitur, et com̄entitio Thomæ, Nicetæ Aquilejensi Antistiti a Secretis, falsò tribuitur. Antiquos scimus Feudatarios plerosq. Forojulienses, quamvis in eorum nobilitatis origine dispares, et diversi; neq. ipsimet majori antiquitate gloriari gaudent ea, quam post decimum sæculum a Pathæ Popponis munificentia, et liberalitate accersunt. Hanc illis nunc sine controversia etiam cum veritatis detrimento concedimus. Sed monstrum! quis, quamquam illis amicitia, et familiaritate, causaq. ipsa conjunctus sit, eos = ante adventum Attilæ in Italiam oppida, et imperium habuisse sub Romano imperio (Jacobi ipsius verba sunt) pronunciare non verebitur, aut credere potest? Ea scatet absurditate, et falsitate patens fabula hæc, ut ab eodemet refelli debuisset Jacobo, qui ipsam protulit, ut famæ et existimationi propriæ caveret; mirorq. virum literis et scientijs perpolitum, judicioq. optimo in coeteris pollentem, ab hoc tàm enormi, atq. im̄ani monstro non abhorruisse. Sed ab amore proprio rationis lumine orbatus non in hoc tantum impegit offendiculum. Ridendum

penè

penè est, quod de origine Familiæ Liberorum in Patria, quæ Purlilioru equidè Gens est, quasi somniant, vetatiad
agens commentus est. Nullus Purliliorũ Gentẽ nobilissimã habuisset, et coeteras Forojulienses nobilitate anti,
qua, præcunte, nisi eã Trojana origine, ideſt fabulosissima, illustrasset Jacobus noster, et ad Hectoris filio; cu
jus nomen, ut pote majoris sui, nos ignorare velle non debuit, sed eruditionis saltẽ gratia posterigid mandare
debuerat; recta descendisse Primaja propagine, novus et unicus ipse author novo invento produxisset. Displicet, et
dolet, a viro equè nobilissº ac docto talia profusa fuisse enormia cõmenta, illig. meo, et eruditionis illius gratia,
et quod ejusdẽ sim Patriæ, parcere profiteor; utq. apud posteros quoq. memoriæ ejus, et nomini parcatur, cupiens,
hanc supprimi silentio scriptionẽ de Patria illustrata, et in Mstis delitescentẽ relinquendã pronuncio. Sat
enim gloriæ, et laudi docti nostri viri consultũ arbitror, si coeteras ejus scripta luce hominũ exideant.

JACOBI COMITIS PVRLILIENSIS
DE PATRIA ILLVSTRATA cum
ALIIS OPVSCVLIS
AD HISTORIAM FOROJVLIENSEM PERTINENTIBVS.

AD ILLRĒM URBINI DVCEM LAVRENTIVM MEDICEN DE PATRIA ILLVSTRATA JACOBI COMITIS PVRLILIARVM LIBELVS.

Accipe, Dux magnanime, parvū otij, & solitudinis munus jacobi Comitis Purliliarum, Patriâ Forojuliensis, quem vidisti nunquā, sed qui illustrē familiā tuā medio semper in corde gessit, quiq. majorū tuorū maximā in administratione Reip.cæ Florentinæ prudentiā plurimū admiratus est; Pietatē insuper in Deū, templa quamplurima, & coenobia ædificando, clementiā in inimicos, quæ vel sola posset Familiā Medicen immortalē reddere. De te verò sileo, qui majores tuos oī virtutū genere, gloria, & potentia longè superasti; De Numine quondā vrō Leone. X.o Pont. Max. facundior mea, ac sapientior loquatur lingua. Verum cum imperij amplitudine cottidiè negotiorū multitudine penè obruaris, non est tibi facultas Italiā peragrandi; nobiliss.a ergo Patriā meā cæteris Italiæ provincijs aëris clementia, soli fertilitate, venationū, ac piscationū copia parē, vivendi verò libertate omninò superiorē, quam tibi in p̄ntia videre non datur, amplitudini tuæ hoc Com̄entariolo, simplici exarato stilo inspiciendā trado:

Forum julij, seu Carnia Regio, sita in extremis Italiæ finibus orientē versus, a septentrione montibus, a meridie mari Adriatico, a lateribus Sontio, & Liquentia fluminibus cingitur, ac munitur. Quinquaginta millia passuū in longitudine, totidē in latitudine existit. Montes omni arborū genere, tàm ad domos, etiam Principum, quā ad classes fabricandas, plurimū abundant; quorū copia Cyprus insula, Creta, & aliæ regiones præter Venetā urbē plurimū juvantur: Bitumen insuper, & picem affatim præbent; Medicinales quoq. cujuscumq. generis in ipsis nascuntur herbæ; abundant insuper omni genere quadrupedū ad venationē, etiam magno Principe dignam, apto, et præcipuè Capris sylvestribus, avibus etiā cujuscumq. generis ad aucupationem. Magna ad hæc est in eis Metallorū copia, & præcipuè Mercurij, cujus vilitas ipsā indicat abundantiā. Homines, qui montes incolunt, arborū, et pecudū fructu præcipuè aluntur, aqua est illis potus, Surgi, et milei farina cibus; at pars illa Montiū, quæ in meridiē vergit, sumā colitur diligentia, quoniā optima, ac dulcia gignunt vina, quæ magno emunt pretio a Germanis, nec non fructus cujuscumq. generis: est et jucunda piscatio in lacubus, & fluminibus, in quibus præcipuè nascuntur Capitones miræ magnitudinis. Verum cum ad planum descenderis est declivius latitudo ad mare usq. quam oculis terminare nemo potest; pulchrum certè aspicientibus spectaculum, et quantū a montibus longius recesseris, tantū est major glebæ ubertas, atq. fertilitas; vini tamen cujuscumq. generis major, quàm frumenti copia extat, neq. Germania sine his vivere posset. In mediterraneis plura nascuntur flumina, & dū unum in aliud labitur, nonnulla naviū patientia efficiuntur; ex quo magno usui Venetæ Urbi existunt. In hac planitie nulla quadrupedū venatio, nulla avium aucupatio, aut piscium piscatio desideratur, omnium est copia usq. ad satietatem. Canes advenandū, qui in hac Patria nascuntur, cum coeteris toto orbe terrarū velocitate certare possent. Magna ad hæc est aëris clementia, quoniā tecta est regio montibus, patens ad meridiē. Diù homines viverent, sed ex magna rerum abundantia nimiū gulæ student, & vino madent; ex quibus innumerabiles gignuntur morbi. Vario in hac Patria sermone utuntur; nam qui circa Tiliaventū Liquentiā versus habitant, victu, cultuq. corporis, ac sermone magis politici existunt, qui ultra semibarbari omninò videntur, qui vix intelliguntur; mulierum tamen, ac puellarū sermo mirum in modū homines delectat, & ad illarum amorem allicit; Qui in montibus habitant omninò sunt barbari moribus, et sermone; de rusticis, et plebeis loquor, qui nullū cū Venetis comercium habent; nec ab illis, qui planum incolunt, intelligi valent; Choreis tamen, & cantu plurimū delectantur

tur, gratumq. aspicientibus spectaculũ præstant. Carnibus, sale, & vetteribus ex proprio, aut alieno solo a nulla re-gione hæc Patria vincitur.

De Castellorum nominibus.

Simplex, & nudus erit sermo noster, Princeps Illustris, nullo q. verborum lenocinio comptus, ut magis atque magis patriam meã oculis penè ipsis cernere, nedum legere valeas. Ordine ergo tibi Castellorum nomina, quæ in patria existunt, referam, ex quibus nonnulla nobilia, aliqua verò ignobilia, ut in cæteris Italiæ partibus extant; In Montanis ergo quatuor sunt oppida: Castrum Cadubrij, Tulmetium, Clusia, & Tulminum. Ad mon-tium verò radices: Venzonum, Glemona, S. Daniel, Ragunia, Pinzanum, & Osopium. In Mediterraneis Col-loretum, Melotum, Chiavriacum, Pirolum, Fagania, Tursium, Degliacum, Arsenea, Prampergum, Tercen-sum, Tricesimum, Montegnacum, Tricanum, Villalta, Fons-bona, Murucium, Savorgnanum, Athems, Cucane-a, Fagedis, Cividatum, Cormonum, Manzanum, Monsfalco, in cujus agro sunt balnea salutifera, Aquileja, Sta-soldum, Castrum Propetum, Varmum, Caprinacum, Maranum nobis ea occupatione barbarorũ nimis amarum, Latici-um, Aries, Utinum caput regionis, Belgradũ, Madrisium, Quadruviũ, & Stirps. Hæc omnia oppida sunt ul-tra Tiliaventum, quod flumen, seu torrens Agrum intersecat Forojuliensem; Citra verò Castrum-novũ, Salumbergum, Toppum, Jannas, Maniacum, Monregalis, Avianum, Pulcenicum, Canipa, Sacchiũ, Brugna-rio, Purlilia, Turris, Portusnao, Zoppola, Cusianum, Spilimbergum, Valvasonum, Cordovatum, Portusgruari-us, Concordiæ civitas, S. Vitus, Prodolonum, Panigalia, Salvarolus, Fratta, Fratinæ, & Metunas. Præter eas, stellas, et eorum suburbia, de quibus meminimus, sunt præterea in Patria octingenti Vici, in quibus est magna hominũ vis, qui et arma tractare, et rastra novere; et quam ex agrorũ cultu pecunias quærunt, cen-sibus bellis exhauritur.

De Itineribus in Germaniam.

Quatuor sunt viæ, quæ in Germaniam tendunt; unã per Tulmetium, alia per Clusiam, tertia per Civida-tum, & hæ omnes sunt angustæ, facileq. hostes arceri possunt; Quarta est patens per Sontium amnẽ, per quã omnes magni barbarorum exercitus in Italiã prorupere. Hîc notis liceret de rerum natura conqueri, quod non angustam ad Italiæ tutelã illac iter fecisset, et aut montiũ asperitate, aut fluminis alicujus profundi-tate patriam istã non munisset, nec tantũ Dei munus, ac pulchrum Italiæ viridarium barbaris lacerandũ tradidisset. sed non omnia uni Patriæ a Deo data sunt.

De Fluminum nominibus.

Sontius amnis in pernicies nostras vadosus nimis juxta Goritiam labitur, & urbiculã, quam ætate mea condidere Veneti, Natisso per Cividatũ, Turrus a Torcento, Tiliaventum juxta Spilimbergum, & Valvasonũ fluunt, Meduna a Meduno oppido, Celina a Monteregali, Liquentia a Polcenico oriuntur. In hac regione Fontiũ infinitus est numerus, eorum q. aquæ saluberrimæ, æstate frigidissimæ, hyeme calidæ, nullius o-doris, coloris, aut saporis, majoris, minorisve ponderis ex locorum diversitate.

De Portubus Maris.

Portus Montisfalconis, Aquilejæ, sine quo nunquam ad tantam magnitudinem olim pervenisset urbs illa, ut Caput Italiæ nuncuparetur, Nojari, Cervignani, Carlinj, Marani, Mutianæ, Palaccioli, Busii, Lati-ciani, Portusgruarij, & Liquentiæ; Ex his portubus magna percipitur utilitas, ac cõmoditas in vehendo in Patriam, & exportando omnes mercium genus; hinc piscium copias cujusq. generis usq. ad satietatẽ, ostre-arum tamen est præcipua laus.

De Patriæ regiminc.

Tàm Castellani, quàm Resp.ca & prælati (nam horũ trium imperio hæc gubernatur Patria) uitæ, neiusq. in noxios potestatem habent; Damnati tamen ad Præsidẽ provinciæ provocare possunt. Si quid contingit, quod pub.cæ utilitatẽ, aut damnum respiciat, indicitur Conventus publicus, quod Parlamentum nuncupatur, omni-nium habentiũ imperium, ultimi corã Præside provinciæ, et tunc quisque suadendi, aut dissuadendi potestatẽ habet, occultisq. postea suffragijs res excutitur. Factiosa tamen magna ex libertate, & rerum copia est Regio, & in perniciẽ suã, sicuti in cæteris Italiæ partibus contingit, et utinã una mente, ac animo universæ Ita-liæ aliquando Deus dederet, non barbarorum nunc jugo pateremur, non ad ipsorum nutũ vitã duceremus, sed auro, argentoque abundantes, tuti ex omni parte universo Orbi terrori essemus, & quas nunc patimur iniuriã leges, illis daremus; Verum cæci nimis odio, aut invidia ducti in nostra mala sumus.

De Patriæ Nobilitate.

Patria mea inter cæteras naturæ bonas nobilissimã illustratur Familijs, nec ambitiosum hoc dictũ esse existimes velim, nam omnes ferè Castellani ante adventũ Attilæ in Italiæ oppida, & imperium habue-

re.

re, sub Romanorū Imperio, Exarchis, Regibus, Ducibus, Imperatoribus, Patriarchis vitam duximus, nunc sub Illmō Venetorū Dnio; tanta est rerum humanarū vicissitudo, & imperium semper ad meliorē transfertur. Magnæ ad hæc est gloriæ nobis Forojulienſibus, quod Eccliæ Aquilejenſis a Divo Marco Evangeliſta conſecratæ poſt Romanā obtinent Principatū, & vicariæ ejus Smi Leonis Pontcis et ſucceſſoris privilegio nuncupetur, & a barbaris tanquā altera Roma veneretur. Venetū preterea Aquilejæ peperit urbē, Chriſtianæ religionis hodie firmiſſimū propugnaculū. Romanis inſuper cordi Aquilejā ſemper fuiſſe legimus, & ſeceſſum quemdā patritijs viris, ex quo complures villæ ab ipſis nominā ſumpſere. Nec hoc ſilentio mandandū videtur, quōd non longè a Montefalcone eſt Caſtrum Putium, cujus agri veteres vinæ omnē curant mortalium ægrotationē.

De Origine Familiæ Liberorū in Priū F.J.

Poſt Trojanæ urbis excidiū, congregata illa multitudo gentiū ad urbis tutelā, in varias mundi provincias, ſub diverſis Ducibus diſperſa eſt. Cujus pars, Duces Hectoris filio, ad Danubiū venit, urbemq. Sicambrā condidit, auctaq. eſt brevi virorū virtute, et fama in plures populos, quos Sicambros poſtea appellavere. Succeſſu temporis Alani populi ab Impō Conſtantinopolitano deſecere, ad quos ſubjugandos auxiliū a Sicambris Impr petijt, propoſito ſibi premio perpetuæ libertatis; quam conditionē cū accepiſſent, & voti compotem Impē reddidiſſent, domū gloria, & fama decorati rediere. Verum, defuncto Impē ſucceſſor ejus aliorū populorū perſuaſione impulſus, qui Sicambrorū libertati plurimū invidebant, coegit Sicambros ad tributorum ſolutionē; illi verō ſe liberos, & francos aſſerebant; quas contentione apparebat omninō armis decernendū eſſe. Verum ſuas, imperatoriſq. vires illi conſiderando, ſatius duxere urbes deſerere, & inferiorem Germaniā cum liberis, & bonis ſuis petere, locumq. occupavere, qui nunc Franconia, ſeu Francia nominatur. Sed cum iter facerent per Styriam, & Charintiā, duæ ex hac multitudine Familiæ Principum, una in Charintia ſubſtitit, altera in Patriā Forijulij divertit, vel una in duas potius diviſa eſt, quantū ex inſignibus conjectari licet. Sed quæ in Patriam venit Priu condidit oppida, Purlilias, Pratū, et Brugnariū. & ex eo tempore in hunc uſq. diē primū inter regulos Forojulienſes divitijs, et nobilitate locum obtinet. Hæc eſt origo Familiæ Liberorū, quæ nunc Comitū Purliliarū appellatur.

De Patria Viris illuſtribus.

Ex antiquis ſcriptoribus magni nominis fuere viri quatuor. Gallus poeta, cui tantum in opere ſuo poetarum ille princeps Virgilius detulit, ex quo Gallorū nobiliſſ. familia, quæ adhuc in Patria Cividatū incolit oppidū; Paulus Diaconus Hiſtoriarū ſcriptor egregius; Chromatius, ad quem Hier.s tot trās dedit, et de quo tām locuples perhibet teſtimoniū; doctiſſimus omnium fuit Rufinus, cujus in Divinis ſcripturis tām pulcherrima, & erudita extant monumenta. Ex junioribus verō complures fuere, quorum libri, quia per universū legūtur orbem, non eſt referre opus; ex omnibus tamen unum, qui inter vivos eſt, præcipuè cōmendamus Joannē Candidum Civem Utinenſē, Hiſtoriæ Aquilejenſis ſcriptorē, qui in hoc dicendi genere cum omni antiquitate contendere poteſt; Poſt hunc Auguſtum Poetā, & ipſum Utinenſē.

ΤΕΛΟΣ.

Huic operi inſerere libet, Dux optime, deus in Patriam meā Turcarum incurſiones, quas ætate mea vidi, ac ſenſi, & monumentis diverſis temporibus mandavi, unam vir, altera adhuc adoleſcens. Videbis ergo eas, & de Turcarum audatia, & militandi peritia, ingenio, & fortitudine judiciū facies, & quantū nobis timendū ſit in poſterum cognoſces.

DE RECENTIA FOROJVLIEN. CLADE
ANNO. MCCCCIC. Kal. octobris

Noviſſimam Turcarum expeditionem in agrum Forojulienſē, patris diuturnitate florentē, Duce Alexandro viro Callidiſſimo ſcribere breviter inſtitui: tum quia ob incendij, cædis, predæq. amplā, latamq. devaſtationē, atque abactionem digna memoratu eſt: tum quia poſteris, ſi quando contigerit (quod valdē vereor fore) hujuſcemodi evitandæ cladis utile documentū tradam. Univerſum autē, et atrox bellū, terra mariq. inter Turcarū potentiſſimū in terris Principē, & inclytā Venetorum Rempca geſtum, M. Antonius Sabellicus geſtorum venetorū ſcriptor refert: nam multa diu, magnas, periculoſaq. bella inter eos geſta ſunt: ut altero ad eas pro dignitate narrandas obinnumerabilem hominum cædē, duras obſidiones urbium, provinciarū captivitates, et everſiones, nec non et terrificas Claſſium concurſiones, Livio opus eſſet: Nec relata tantū referam, ſed quæ etiam propriis oculis vidimus, vel (ut varius loquar) ipſi paſſi ſumus; Quod ſi emolitū jam in nobis diuturnitate temporis dolorē ac mærorem ſcribendo revocabimus, tamen quid eſt, quod pro poſterorū utilitate mortalibus non ſit agendū! Dole-

re

res, mori, vivere, et letari est: hoc est brevem longam imortale' vita' efficere: nec mihi ex eloquentia, aut dicendi arte aliqua, vel scribendi laude, quae noxae est viro Christiano, parere, sed optimu' meu' in vos animu' probare, fuo'iri cupio. Rem igitur ipsa', ne diutius vos ejus legenda expeditionis cupidos morer, aggrediar: si prius pauca quae da' ad majore' rei explanatione' premisero.

Carolus Francoru' rex VIII. Lodovici Archiducis Insubrium pecunijs ad occupandu' neapolitanu' regnum cu'ro-
buslo exercitu in Italia' venit. Pisasq. urbem antiquissimam, et magnis grandis vetus in Italia opportuna', nona
ginta ferme' annis Florentinoru' imperio vi parente', in libertate' vendicavit, suoq. restituit jure; sed exacto ex Ita
lia rege, Florentini magno comparato exercitu Pisas repetunt. Lodovicus Sforcia Pisanis auxiliu' mittit, hortatur
que Venetos, ut secum Pisaru' libertati faveant, tutelamq. suscipiant: & quia secunde Florentinoru' res invidia
erant, ac Venetos vario implicari bello Lodovico cordi erat, ne Tarenti, quod illis sese per legatione' dari studebat,
curo' haberent. Veneti igitur diu, multumq. legationibus, et precibus defatigati, nec non quia plurimu' sua conducere
Reip.ca existimabant, si res illis ex voto cessisset, provincia' suscipiunt: exercitu' contra Florentinos, intestinis tunc
seditionibus laborantes, mittunt, & per triennio' rem acerrime' gerunt. Lodovicus poenitentia ductus, aut quia
fortasse Pisanos Venetis magis, quam sibi favere intelligebat, aut timens ne perditis Florentinoru' Reip.ca sibi
postmodu' exitio esset, revocato exercitu, Florentinis sese conjungit. Pisani Venetis urbis imperiu' continuis tu
dunt. Interea Carolus rex moritur. Lodovicus Aurelianus Dux ei succedit, qui Insubrium imperium a Sforcia
nis, per quadraginta et amplius annos occupatu' jure sibi deberi asserebat, ut qui ex legitima Philippi Ducis
filia ortus esset. Is cum rem cum Venetis, quibus Lodovicus suis artibus, quibus plurimu' eoru' semper officiebat
consilijs, odio erat, agit, initioq. foedere Cremona cum agro ipso, exacto Lodovico, eis promittitur. Ex quo comea
tu' abeundi Venetorum Legatis a Lodovico, ira, et dolore percito, potentibus dixisse eum fertur: Reip.ca vestra
dicite, illa' cum Francorum rege nostrum divisisse imperium, & nos illius cum Turcarum Principe divisuros.
Nec eu' fortasse sua fefellisset opinio, ni dolo captus fuisset; brevique. Constantinopolim urbe' legatis missis ad bellu'
Venetis inferendu' Turcarum Principe' excitavit, ferunq. hujuscemodi verbis eos convenisse Otomanu':

Imperator maxime omniu', quos nunc Terrarum orbis habet, auxiliu' a te contra Venetos, & Francos nominis
tui acerrimos, & antiquitu' hostes nomine Lodovici Archiducis Mediolanensis, qui te semper maximo amore,
& reverentia prosecutus est. Supplicis petituri venimus, quem pro magnitudine Imperij, ne cujusqua' regnu' per
scelus crescat, providere debet: nam qui propulsare injuria' potest, et non facit, jam in culpa est, quam qui infert;
& nulli profecto facilius est, quam tibi. Terra, mariq. ipsis Venetis proximus es, imo' intra sinum urbes, quas ipsi
possident, habes. Veniunt, inquam, duo maximi exercitus, unus quide' Gallicus, alter Venetus imperiu' Principes no
stri oppugnaturi; quo capto, cui dubium est eos tantas belli mole' in te translaturos? Nam natura Galli feroces ex
istunt, nec quiete' pati possunt, quicum autem pugnent, Lodovico victo, neminem habebunt; universa Italia im
perio potientur: auri, argenti, virorum, atq. armoru' domini erunt, ac Venetis illis, tanqua' ardentes faces, ad im
pellendu' aderunt, ut Italia' hujuscemodi exercitibus exonerent, et te, quem semper exitiale' hostem habuere, ado
rantur: nam potentia tua non illis modo, verum universo Christiano populo formidolosa est. Dum parvus
est ignis nobiscum illu' extinguere libeat; nam si in flamma' transierit, vereor, fore ut non prius extinguatur,
quam omnes has, quas nunc florentes possides provincias, longe, late'q. depopulatus fuerit; Quonia' eoru' autho
ritate, et potentia Rex, & Veneti universos Christiani populi reges, & precipue Pannonia', & Hispania dogma
tis tui infestos hostes, quoru' virtute', & audaciam totiens expertus es, procul dubio ad arma contra te susci
pienda excitabunt. Tunc videbis maria classibus constrata, exercitibus terra' cooperta', igne, caede, et ruinis
omnia impleri. Non igitur tibi diu' expectandu' est; cape arma, cape, inquam, terra mariq. rem impigre aggre
dere, ut eis ex improviso, et perniciosior fias, et terribilior appareas hostibus. Nam maritimas urbes complures,
prius quam quid acturus sis, intelligant, opportunas tibi, et ad arcendu', et ad inferendu' bellu' occupare poteris bel
lando, et audendo; Non ociose sedendo majores tui imperium auxere: virtuti omnia prona existunt, & parent: cun
cta tibi abunde suppetunt: modo velis, actum erit de Venetorum imperio, quos continuus bellus pecunia exhaustu
reddiderunt. Neq. est quod mari timeas, nam classem nullam habent, & diuturna pax secu' illos imbelles fecit, exe
nervavit. neq. pristinu' robur illud, et in eoru' animis ingentes spiritus, ut olim, vigent, ocio, luxuria, avaritia
omnia contabuerunt. Postremo hoc in pectus tuu' dimitte, quicquid hostes nobis dempserint, tibi ademptu' puta,
& omne' illoru' accessione' tua' diminutione' fore. Post hec verba exprimunt munera Legati, auru' & argen
tu', et ut illud in stipendiu' Italia' petituris militibus detur, hortantur. Ad hec paucis respondit Imperator: Gra
tu' sibi eoru' esse Legatione', Archiducis in se amore' gratis.u', et jucundis.u', misereri ejus calamitatis; daturu'
operam brevi, ut cognoscat hanc rem sibi cordi esse: injuria' propulsaturu', et ut bono sit animo, hortatur.

Maximilianus

Maximilianus rex, qui Lodovico affinitate conjunctus erat, & Florentini, qui infesto exercitu jam pertinnium a Venetis hostiliter premebantur, his coeptis per legatos favebant. Genuenses insuper, & Ragusæi, qui Venetorum prosperis rebus invidebant, & odio illos nonnullis ex causis insectabantur, per mercatores Turcarum Imp.ri continuo solicitabant. Nam satis constabat, si Pisas obtinuissent, illius maris penè Dnos fore venetos, ob id q. maximo in mercatura passuros jacturo Genuenses. sed ferebat, contra Venetos hujuscemodi partitos fuisse bellum: ut Turcarum Imp.r ab una, ab altera Maximilianus rex, & Lodovicus abalia magnis exercitibus Venetorum imperium festo D. joannis Baptæ adorirentur: Turcarum Imp.r stetit promissis, utpote qui christiani sanguinis sitibundus esset, & dogmatis perpetuus hostis; coeteri minimè, nam mens illis erat, pacem tantum inter Turcarum Principem, & Venetos tollere, et hac ratione a Regis Francorum societate eos ad suam revocare, pone.

Alexander igitur, natione Græcus, unus ex Imp.is proceribus, vir apprimè strenuus, statim ab ipso accersitur Imp.r, eiq. hujuscemodi mandata dantur. Volumus te Italiam petere, Venetorum imperium invadere, omnia ferro, & igne prosternere: Nosti itinera, nosti mores Italorum; quantum militum tibi vis cape. Ille lætus respondit, se curaturum brevi satis ejus facere majestati; jamdiu enim Alexander Christiano sanguine imbutus fuit, quippequi cum alijs in locis, tum verò in Forojulij primus christianos complures servitutis, cædi, ferro tradiderat. Sumptis igitur secum quinq. millibus militum, & fortiss.is viris, & auxiliaribus, qui prædæ spe ducebantur, tribus millibus iter arripit, prius tamen cum Pannoniæ rege, quo cum tunc pacem habebat, imperator pacto inito, vel mercede promissa, ut tuto cum exercitu per ejus agrum ire, & redire posset. Calendis Septembris Anno, qui est a Nato Christo Christiano nonagesimus nonus supra millesimum, et quadringentesimum, iter Italiam versus per Liburniam & Japidiam cum exercitu ingressus est Alexander, nemini injuriam in itinere faciens, sed pecunias emens omnia. Ex ipsis quoq. Liburnois, atq. Illyriis, nec non et Noricis multi spe prædæ exercitum secuti sunt, et quo propius Italiam accedebant eo plures, et itinerum duces, & exploratores mercedis spe inveniebantur; nam omnes ferè armentorum custodes ex illis provincijs in agro Forojulienſi, & Tarvisino existunt, ob id q. itinerum omnium, et tramitum scientes, nec non et pagos, et in ipsis, qui divites, quives pauperes essent, noverant. At Veneti per exploratores de hostium adventu certiores facti: nam per duos menses antea res rumoribus agitari coepta erat: exercitum continuo parant, & ad Urbicum propè Sontiam mittunt, ut hostibus occurrant, & ingressum in Italiam prohibeant. In exercitu Venetorum Legatus tunc aderat Andreas Zanchanus patritius Venetus, unicus ex suis familia; Exercitui verò, qui ex tribus millibus hominum bellatorum, tam equitum, quàm peditum constabat, præerat Carolus Ursinus. Literas igitur frequenter ad venetum senatum Andreas, & Carolus dederant, se impares viribus Turcarum; proinde a Gemona, quod paucis antè diebus in deditionem acceperant, quamprimum accersiri curarent, quod nihil facerent, rem in discrimine esse. Veneti, dum unius mensis, stipendium militibus dare volunt, illi autem duorum peterent, res in longum protracta, magnæ cladis Forojulienſibus, et venetis dedecoris causa fuit. Interea IV.° calendas octobris propè Gontiam cum exercitu castrametatus est Alexander, et si per quatuor dies antea nobis de eorum adventu, per Benedictum quendam pileatium, exploratorem egregium, significatum fuisset, qui sequenti die, convocato exercitu fertur hujuscemodi verba habuisse =

Ni virtus, fidesq. vrâ satis mihi in multis, magnisq. periculis explorata foret, milites, nequaquam vos a Constantinopoli in Italiam duxissem: ubi vobis aut vincendum cum gloria, aut (quod nolim) moriendum erit. sed quamam in fortitudine vrâ, & magno armorum usu spem concepi maximam, ideo pro victore me habeo: Cæterum intelligatis quibuscum prælium inituri sitis, vel de illis potius ad satietatem usq. cædem facturi, si nobiscum manus conserent, hi, inquam, sunt milites, vel illis potius ut pauciores, et multò deteriores, quos jam duobus et vigenti annis ad unum, quinq. millibus militum tantum, et sine sanguine truncidavimus, in captivitatem duximus, prædam ingentem fecimus, igne Forumjulij vastavimus, terrorem universa Italiæ maximum incussimus. Cras igitur Sontium transituri sumus, proinde intenti ad prælium, paratiq. estote, brevi pugnaturi: reliquum cædes, & fuga: quibus superatis, vos in agrum fertilem, viris, pecoribus, & auro opulentum ducam, dites omnes, beatosq. reddam.

His acceptis, læti milites equos curant, arma expediunt, et ad pugnam se in crastinum parant. Imp.r continuo explorandi, vadumq. temptandi gratia trans Sontium ducentos equites mittit: illi, omnibus undiq. perspectis, ad Castra redeunt, neminem obviam habuisse, vadum tutum esse nunciant: quæ res procul dubio indicabat militem nros terrore perculsos esse. Postero die hora tertia mille equites trans Sontium veniunt, longè, lateq. vagando omnia explorant; post quos continuo arcto agmine universus intentus, paratusq. ad pugnam exercitus sequitur, lentoq. gradu procedit. Stratiotæ nri videndi exercitus magis, quam pugnandi gratia Castris exeunt, præcursoribus obviam eunt: quibus appropinquantibus, quamprimum in fugam vertuntur, & haud longè ab urbicula cursum sistunt, nam paucos multi persequebantur, et ad resistendum vires deerant. unus tamen Stratiotæ nomine Joannes Gnafi ingentis spiritus vir per medios hostes vadit, iterumq. verso

equo

equo ad socios incolumis rediit; Reliquus Venetorũ exercitus extra muros ea die in armis fuit. Tribus millibus pas-
suũ ab Urbicula ea nocte castra posuit Alexander, et sine igne, ne quantus esset ab speculatoribus intelligi posset.
Strategiota hujus militiæ periti Andreæ Zanchanio adeunt, rogant, obsecrant, ut prouisis eos hostilis exercitus ea nocte pa-
tiatur, nam prædæ e manibus eorũ sese erepturos polliceantur, incendijs prohibituros, & damnq. daturos operæ, ut frustra
hanc longinquã expeditionẽ suscepisse: Ille maximo terrore perculsus ab hoc salubernimo consilio aures auertit;
quæ res maximæ calamitatis nobis Forojulijensibus causa fuit. Nam satis constat hoc uno consilio eo tempore incã-
lumen agrum Forojulijensẽ redditũ fuisse. Sequenti die regni parcens procedit exercitus, et in patentibus cam-
pis non longè ab oppido Quadrivio castra posuit Imperator: et nocte ea unicũ lumen ad ejus tentoriũ fuit. Motis
ante lucẽ castris, per pagũ S. Joannis Cæsarea iter fecit, et ante diei horã tertiã ad Flumen pagũ veniunt; ibi
capto cibo, præmissis q. nonnullis equitibus, ut intercipierent aliquẽ, qui futurus esset itineris dux, agricolam
quendã nomine Philippũ capiunt, comitq. ipso prioribus itineris ducibus, quos ex Goritia acceperat imperator,
ad terrorẽ interfectis, quia nimis cænosa & arcta via exercitũ duxerant, per quendã Florentinũ interpretẽ;
nam multi in eo exercitu Latini erant, pollicetur ei libertatẽ Impr̃; si in Tarvisinũ agrũ exercitũ tutõ ducã-
ret. Ille negavit, ob fluminis Liquentiæ altitudinẽ fieri posse, ignorare vadas, per oppidas iter tantũ facere
consuesse. Salas Tarvisinis tunc fuit Florentinus, qui his motus verbis pugno maxillã illius percussit, et ut
in patentes campos exercitũ duceret, jubet. Ea nocte, & præcedenti ex omniũ forẽ oppidorũ arcibus signum
igne datũ fuerat, hostilẽ exercitum intra fines esse: ex quo omnes reguli intenti, paratiq. subditos, ut secũ
rebus suis in loca tuta quam primũ reciperent, admonebant, jubebantq. et præcipuè, ut ignes extinguerent:
alij jussis parere, nonnulli contemptores fuere, ob idq. inobedientiæ crudelas dedere pœnas. Nos quoq. ut subdi-
torum nostrorũ saluti, et incolumitati prospiceremus, unicum ex pueris mandauimus, ut ascenso equo, ex tuto, quantũ
posset, Turcarũ aduentũ exploraret: ille brevi mandata perfecit: & anteaquã quatuor milia passuũ iter fecisset,
duos inuenit Turcas in insidijs ultra Metuna pontẽ existentes, vepriũ humilitate non omninò occultatos: citòq.
converso equo totis habenis Portusnaonẽ petit; ibi claras voces Turcas adesse clamat, fit rumor in populo: sed ipsi
us arcis præfectus, vir omninò imprudens, ignavus, sedare illũ cœpit, falsum esse nuncium testans: quæ hominis
imperitia, atq. stultitia magna cladis Portusnaonensibus in primis, et alijs vicinis causa fuit. Viderant ex Turri-
bus Portusnaonis speculatores Turcarũ exercitum, nec succensis bombardis, aut campanarũ sonitu fugæ arripien-
di signum dederant: & quod plus est ex Portusnaone venerunt viri Partilicis nunciantes, non Turcas illos esse, sed
Bracianos milites. Nuncius verò spumante equo ad nos rediit, ad arma concurritur, clamore, bombardis, et cam-
panis omnia obstrepunt, furor omnia ministrat. sed in castro fortè fortuna ex vicinis oppidis aderant viri, qui ce-
leri ad suos cursu tristẽ nuncium pertulerunt: arma arripiunt, et vix itinera trabibus sepserant, cũ Turcas pro-
pè in conspectu esse vident. & profectò die illa duo milia hominũ in servitutẽ redacta fuissent, et pagi ultra
Liquentiæ flumen complures incensi, ni nuncius ille fuisset. Sed ad Philippum redeamus, qui exercitũ in pa-
gũ Curianaonis ditionis Portusnaonis, qui millia passuũ ab loco, ubi captus erat, aberat, duxit: ibi fit rusticorum
concursus; nam Turcas sibi amicos esse Domini gratia existimabant. Arcta in ingressu via erat, sed in primo acie
aderat quidã Teutonicus, qui parva balista unũ ex rusticis continuò interemit; citò terrore perculsi in tuti-
ora loca sese receperunt rustici, ibi paucis contra multos repugnantibus, magna undiq. cædes puerorũ, ac mu-
lierũ, ignes, rapina, clamor, gemitus, et ululatus; mille et ducentos utriusq. sexus captos eo in loco, aut inter-
emptos fuisse fertur: tumultus ille, et strepitus ad nos usq. qui sex milia passuũ absumus, aura flante, per-
venerat, multorumq. salus extitit. Deinde ante horã in patentibus villorã campis apparuit innumerabilis
quorũ multitudo, quia Turcarũ mos est, duos, aut tres secũ trahere equos; et locus iste mille passuũ a Par-
tilijs abest: Tunc quatuor milia equitũ mirè venantiũ extenso agmine quindecim milia passuũ in la-
titudinẽ Liquentiæ usq. populabundi processere; acies tamen una per vadũ Longoni Cordignanũ usq.
pervenit. Hac die plus septem millia hominũ capta, aut interempta fuere, animalia etiã innumerabilia.
Vici complures uno tempore incensi; nullas montiũ asperitas, nulla fluminũ altitudo eorũ moram iter; sed
in villis ignes extinxisse multarũ salus fuit: Tanta igitur cladis inobedientiæ causa extitit, tamen persuasũ
ferè omnibus erat, nisi nrõ victo exercitu, Turcas provinciã non populaturos, et recte, si haud longè a nris
castris hoc egissent; sed in omni militia periti Turcæ quadraginta millia passuũ iter fecere, deinde popula-
tionẽ aggressi sunt. Hac, et sequenti nocte in pago Roboreti castrametatus est Impr̃; postero die mille homi
aut capti, aut trucidati fuere: et præcipuè ex his, qui cum hostibus viriliter priori die pugnaverant; nam se-
cunda fortuna (ut plerumq. fit) illis audaciã, ac temeritatẽ auxerat. Sed prima die ex oppido Conegliani
ducenti, et quinquaginta viri electi, qui auxilio exercitui nrõ venerant, ductoris inscitia, et ignavia propè

vicum:

Vicum nouu̅ in Turcas inciderunt, & in fugam versi praeter duos omnes gladio periere: invicta manus, si in unu̅ coac
ta, se viriliter armis tutata esset; Nam Turcarum mos est sequi fugientes, repugnantes autē deserere, quoniā ad
praedandū, non ad pugnandū, nisi necessitate coacti veniunt. Contra autem eos optima sunt arma, arcus, balistae,
scorpiones; nam non equis minus, quā sibi timent. & profectō prima nocte duobus milibus peditū in fugā versus
fuisset, multis amissis, exercitus, labore, somno, venoq. sepultus, et praeda omnis e manibus erepta: hocq. indicio fuit
maximo, quod orta inter nonnullos milites ea nocte seditione, complures relictis equis ad imperatoris tentori-
um fugā arripuere. Optimū igitur consiliū erit, noctu eos adoriri, et praecipuè cum angustijs in locis, aut inter vi-
neas, et foueas castra posuissent.

Tertia die ante lucē castra moueri coepta, paucis admodū relictis militibus, qui vicum universū igni per-
derent, soloq. aquarent: et unica illius desolationis causa fuit rivus quidā aquae, qui per vicū labitur, et facilē
amoueri, in alteasq. transmitti regiones potuisset, si sana mens fuisset. Post hostiū receptū videndi grā
complures ad deserta castra accessere; ibi infantes nonnullos ab impijs viris relictos inuenerunt, in oppidumq.
attulerunt, cadavera multorū sepeliverunt, bouēs, et equos innumerabiles occisos reperierunt; tantusq. in
deorsus fetor, ut loci illius adeundi per quindecim dies hominibus facultas non daretur. Die illa ad Tiliaven-
tum pervenere, et propē Torrentē castra posuere, sed in itinere haud longē a Castro Valvesono octingenti
rustici verbis magis, quām viribus, et animis feroces, obviam exercitui processere: quē cum a longē prospexis-
sent, quingenti a via declinavēre, et in impeditiora arboribus loca, et scrobibus se contulere; sed imperatori,
quia temerē nimis, et inordinatē incedebant, major quām erat a longe visa est multitudo; unde continuō Co-
hortē ex fortissimis viris loricis armata ad explorandū, an insidias haberent, et an parati essent ad pugnā, pro-
misit: illi brevi celeri cursu, et barbarico clamore incondita multitudinē, et imbellē, cui dux deerat, adeunt;
rustici cum ad arcus jactū appropinquare hostem vident, nimio affecti terrore terga vertunt: at Turcae ictu
oculi ducentos, & sexaginta capitis lanceis ad imperatorē quamprimū retulere. Ea nocte, ut diximus, ad Ti-
liaventū castra habuit imperator, sed quia nimis auctū imbribus videbat, et sontiū amnē eodē modo excre-
visse judicans, timens ne exercitū maximas onustū praedas in itinere, aut sontij transitu exercitus noster
adoriretur, quē copijs auctū opinabatur, cōmunicata re cum prudentioribus, decrevit, ut puberes captivi eōs
gladio ferirentur, ne vinculis, aut cathenis soluti, arreptis armis in praelio sibi postmodū maximo detrimē-
to essent. Nam non ignorabat vir militaris, et prudens, non armis modo, verūm et dentibus pro libertate pugnan-
dū esse. Iraq. ante lucē edicto per Castra proposito, ut eōs puberes ad imperatoris tentoriū ducerentur, impe-
rio parvere milites: ibi carnifices mille et quadringentos sese invicē ad patientiā hortantes, et Dei auxilium,
et misericordiā gemitu, et lacrymis implorantes, brevi jugulavere.

Huc mentis oculos, quaeso, convertite, qui in Venetos conjurastis; videte ingentē cadaverū acervū, quod im-
periū cum horū innocentiū sanguine conseretis? nulla ne vos pietas tenet, qui tam saevae cladis causa fuistis,
sunt ejusdē dogmatis viri, sunt fratres vestri, qui jacent; sanguis eorū a coelo vindictā petit, et erroris vestri
adhuc vos non poenitet, immō gaudebis calamitate nostra. Sed de his potius lacrymandū est, qui periere, si ad ne-
fandas liberorū stupras coram parentibus, uxorū praesentibus viris respicere volumus, jam non mors ista, sed
requies potius a luctu, a miserijs appellanda est. Videte horridas cathenas, squalloremq. atq. pallorē, corpora fame
confecta, quia ferarū more crudis tantū vescuntur carnibus, et non Italorū modo, et christianorū, verum et
barbarorū infidelium etiā efferatos animos ad pietatē movere possent. Agite igitur tanti sceleris poenitentiā,
et veri nominis christiani propugnacula venetos oppugnare tandē desistite; imō illis contra eōs hostes auxili-
um, et opē ferte: Fides, anima, et libertas in dubio est, non venetis modo, verum et vobis; victis illis memento-
quos christianorū exercitus perdiderit ottomana familia, quot urbes, provincias, regna, imperia subegerit. Pro-
fectō si haec memoria repetitis, considerabitis, quā non procul a periculo sitis, privata odia, et discordias jam omit-
site, quae omniū hactenus malorū causas fuere, et amoris, ac benevolentiae vinculo, ut christianos decet, invicem
inite foedera. Sed eo, unde paulisper digressi sumus, nostra revertatur oratio;

Moris inde castris, superato ingenti flumine, in cujus transitu, nec unus quidē ex tanta multitudine des-
peratus est, Pantianisiū vicum pervenere, et quia ibi rivus aquae fluebat, nocte ad duxere, Cortinā insuper
expugnavere, in qua comeatū affatim invenere. sequenti die Mortean̄ petiere, ibiq. nonnullis in ingressu
villae interfectis, frustra Cortinā, defendentibus eam impigrē rusticis duce eorū Praestitero, oppugnare adorti
sunt; unde nonnullis ex eis animis furpiter ab oppugnatione destiterunt, et propē pagum ea nocte castra posu-
ere. Processit inde exercitus, et quiescentibus milibus virīs, maximumq. captivorū agmen, ingentemq. praedā mo-

sto vultu spectantibus, noctē illā trans sontiū egit, tibijs, et chorois lætitiæ maximā indicans: ubiq. lustrato exercitu, quadringenti viri, et equi mille desiderati sunt, et vexillum imperatoris in sontio pārijs; quod indicavit finē mēstitiæ ejus in agrō Forojulianē fore; quod diū per milites conquisitū, non est inventū. Singulas autē certamina Turcarū, varijs locis cum rusticis cōmissa, non est in animo referre, ne prolixa nimis nrās vobis oratio tedio pariat. Ex Goritia Aquiā inferiorē, sive ut hodiē dicimus, Bosinā usq. petiere, et ut cognoscatis quā propinqua pestis existat, iter est ducentorum et quinquaginta millia passuū: et ut ex captivis accepimus, antequā Bosinā pervenisset exercitus, major prædæ pars imbribus, frigore, fame corrupta est, quia sub dio per multos dies, et noctes fuerant, et quia semicoctis vesci bantur carnibus, vitā fluxu sanguinis, et fœtoribus finiere.

Obviam exercitui, fame cum captivis laboranti, cum magno comeatu extra Bosinā per viginti millia passuū sese proripit multitudo; pars amicorū, et cognatorū adventu, et incolumitate, ac victoria lætā, pars tristis aliquorū morte; itaq. lætitiis, mœror, luctus universam multitudinē illā occupaverat; major tamen sine comparatione ob victoriā, et prædā lætitia fuit. Tunc lustratis captivis, frecentī utriusq. sexus eorū more induti, et compti dono Imperatori ab Alexandro missi sunt, ob quod munus et partā victoriā magna accepit præmia Alexander, ut reliquā et cæteros ejus exemplo ad bella gerenda deinde alacriores, et promptiores redderet.

Nunc ad Turcarū quædā stratagemata veniamus, ut cognitis illis tuti ab eorū posthac fraudibus esse possitis. In depopulationibus igitur mos illorū est, ad oppidorū, seu urbiū portas nonnullos celeri cursu transmittere, ut confugientes ad ipsas in eorū manus, tanquā in retia, incidant; reliquos per avia, et invios homines quærentes, nonnunquā ex odorantibus canibus similes, tanquā lepores, per sylvas, et cavos montes venantes ire consuēvērunt, et tā quamcunq. in vicos veniunt, tanquā ex si illicis viri viris essent, campanis sonum dare, et frequenti sonitu sparsos rusticos, et mulieres convocare; hoc enim rusticorū signum extitit, ut facilius omnes captivos faciant; in foveis insuper, et sylvis se nocte occultant, ut manē armenta, et hostiā ex urbibus, et castellis exeuntes prædā agant: interdum et funibus equos sternunt, ut et sumā diligentia speculantes fallant. Pauci aliquando equi oppida, et urbes adeunt, ut nostros alliciant, reliquis in insidijs collocatis, deinde fugam simulant, nec ab insequendo aliquando nīs desistunt, donec in insidias incidunt; et diū propē adeptā victoriā retinere cupiunt, vitam amittunt. Simulant et sæpē depopulata provincia domum redire; deinde parte exercitus cum prædā relictā, reliquas nocte clam in provinciam retrocedit, et biduo, aut triduo in vallibus, aut nemoribus sese occultat; ex quo provinciales abijsse Turcas opinantes, in vicos tanquā obsidione, et metu liberati cum familijs se conferunt: tunc Turcæ ex insidijs surgunt, et longē, latēq. prædā, et captivos agendo iterū provinciā depopulantur; et alteri postea exercitus parti minus celeritate consurgunt. Verum ex omnibus eorū stratagematibus unum maximē cavendū censeo; nam intra viginti quatuor horas centū aliquando millia passuū itineris peragunt, ut ex improviso provinciā adoriantur; et hoc uno stratagemate majorē Corvatiæ partē eos delevisse compertū est. Una igitur salus viris erit, complures, et optimos semper exploratores habere, et habebunt autē, si nullis neq. pecunijs, neq. muneribus parcant.

Diū Venetijs, et in Castris consultatū est, quonam pacto, quibusve viribus Turcarū exercitui Italiā adorienti resisti posset. Bartholomæi Liviani callidi ductoris sententia erat, ut duæ ædificarentur Turres, una in Colle Farra, altera in vico Lucinisij tormentisq. æneis compluribus munirentur, ut illac iter faciens exercitus magno afficeretur incomodo; nam illi Forumjulij ingredienti nullū comodius est iter; et cætera vada facilius nīi tutarentur, nonnullorū, ut magnis ibi contractis copijs belli fortuna experiretur, aliorū et saluberrimus consiliū fuit, ut quadrato agmine semper noster hostiū exercitū, quocunq. accederet, persequeretur, neq. manus conserere, neq. quietē illi esse pati, diū noctuq. eos sequi, et tormentis æneis, et falconibus a longe petere, et si propē venirent scorpionibus, scloppetis, arcubus, lanceis amovere inermes, et nunquā universā rem fortunæ cōmittere: hoc enim paucō comeatu deficiente, exire provincia cogentur, et in patriā infectā re redire; et cui bi, autor tantū itineris frustra susceperint, non amplius Italiā petituri.

Ipsam jam expeditionē cum brevibus documentis explicitā habetis, in qua nihil scitu dignū, ut reor, omissū est: Causam cladis vidistis, Turcarū bellicas artes, quæ, etsi innumerabiles existunt, ut propriū exigerent volumen, tamen quas huic accomodatas expeditioni judicavi, inserui: ad hæc quam breve in Italiā iter habeant: legatorū verba, et Imperatoris orationē: cædē: incendia: et consiliū in futurū hujusmodi evitandæ cladis; reliqua vestra percipietis prudentia.

DE. VETERI. FO.

DE VETERI FOROJVLIENSIVM CLADE MCCCCLXXVII. prid. Kal. Novembris.

Recentis provinciæ hujus depopulationis admonitus descriptione ad superiorem aliam, incendijs, et hominum interfectorum, ac captivorum multitudine foediorem multò, transire in animo institui, non minorem sperans ex hac, quàm ex noviss.ª descriptione et utilitatem, et delectationem; si ulla malorum memoria aliquando delectare nos potest, vos consecuturos. Verum clades altera militum inopia, et rusticorum inobedientia contigit; altera verò Legati ignavia, et imperitia: utraq. tamen tempestate nrã memorabilis, et posteris certum documentum erit, ac exemplum, quo ad præcavendum sibi in hujusmodi Turcarum depredationibus cautiores fiant. Fortissimorum quoq. virorum laudes, & fortia facta hic non reticere in animo est: nec ignavorum soccordiam, et turpem famam; ut in eorum factis, dictisq. tanquam in speculo contemplati facilè dignoscere possitis, quàm fortis ab timido, & strenuus ab ignavo differat, quamq. alter laudem, et immortalem famam, alter verò vituperationem, & perpetuam infamiam meretur. Sed oh! quàm pulchrum, et gloriosum est mortalibus vitam hanc brevi, & innumerabilibus ex causis periturã contemnere, ut æternam adipiscantur; verum homines, præsentis vitæ illecebris capti, incerta, ut illis videtur, pro certis desiderare, stultum putant; unde toto vitæ tempore dediti veneri, atq somno animi bona contemnunt; corporis verò oi ingenio, et studio amplectuntur. Sed videamus jàm cladem ipsam, quæ atrocitate sua non hoies modo, verum et saxa ipsa ad pietatem excitare posset. Horret animus hæc meminisse, nam adolescens admodum eam vidi, et sensi colonorum meorum captivitate, et villarum incendijs.

Pius. II.ˢ Pont.ᵃ Max.ˢ, dum in dies magis atq. magis labi Christianam Remp.ᶜᵃ videret, Maumethanamq. majorem in modum propagari, omni studio atq. industria illi opem ferre parabat. Itaq. indicto Mantuæ Christianorum Principum unli Conc.º omnibus tandem ratione persuadet (erat n̄ maximus orator Pius) ut bellum contra Turcas comuni consilio, et ære suscipiatur, ac strenuè geratur; sed in ipso belli initio (magna Christianorum jactura) moritur Pius, unde omnis belli præparatio, quæ maxima erat, dissoluta fuit. Soli tamen Veneti tantam belli molem terra mariq. per multos annos pecunia, & sanguine suo sustinuere; quo tempore Turcæ per Myscam, Corvatiam, et Japidiam infestare Venetorum fines decreverunt, ut a gerendis rebus in Peloponeso, & Epiro eos avocaret; Necnon quia Italiæ imperio inhiabant; ut postea ex Hidruntis occupatione in regno Neapolitano facilè apparuit, quod si mors opportunè Turcarum Imperatorem non occupasset, in magnum profectò discrimen Italia venisset; Tanta est Turcarum potentia, et in re militari peritia, atq. virtus. Veneti igitur, cum vidissent Turcas ad Sontium usq. amnem, atq. iterum pervenisse, et abacta inde præda domum sine alicujus molestia repetisse, bina castra ad flumen Sontium modico intervallo facere constituêre; eo namq. pacto maximè putabant posse eorum transitum impedire; quod cum semel transissent, et pagos circumvicinos depredati essent, et tutum regressum habuissent, apparuit non satis præsidij in his castris fuisse. Quare grande opus, sed per quam inutile, magno subditorum dispendio aggressi sunt Veneti, et agerem in citeriori fluminis ripa instar muri cum propugnaculis per viginti millia passuum erexere. Turcæ igitur prædæ dulcedine capti, exacto anno, ad quinq. millia fortissimorum virorum rediere, Duce Alexandro, eodem de quo superius meminimus, florenti tunc in ætate constituto.

Tertio igitur Cal. Novembris MCCCCLXXVII. ad Sontium amnem cum exercitu pervenit Alexander Dux juvenis fatalis ad depopulandam, vastandamq. ferro, igniq. Forojulij provinciam; sed in rem fore credens, priusquam flumen transiret, milites adhortari; hujusmodi verba ad illos habuisse fertur.

Scitis equidem, milites, quàm opulentam prædam superioribus annis ex Corvatia, et Japidia, me duce, incolumi exercitu feceritis, nunc verò longè majorem, et ditiorem vos facere volo, si consilio meo audientes fueritis, et si paullulum initi volueritis; nam hostes habetis omninò cæcos ad omnes belli artes; Volo igitur ex vobis cohortem unam hac nocte silenti agmine flumen transire, et in monte illo, quem ex opposito inspicitis, in insidijs esse, et cum videritis cras certamen utrinq. magnis animis accensum esse, et hostes armis onustos jam fessos, continuò a tergo eos aggredimini, nam haud dubia tunc victoria erit, et sine sanguine. Ego in agmine vel primus ero, et uti me pugnantem videbitis, ita et vos faciatis; quibus deletis, quid obstabit nobis, quominus universum agrum Forojuliensem, hominibus, auro, et argento opulentum, cædi, incendio, prædæq. demus; nescio, an major erit victoria vestra, milites, et gloria, an præda; quin unquam credere posset, vos tantum facinus ausos fuisse? Quinq. millia militum a Constantinopoli urbe per tot rerum difficultates Italiam usq. prædandi gratia pervenisse; et quod majus est, et præclarius, exercitum robustiss.ᵘᵐ; sed sine duce, et cui major inest virtus, quàm scientia rei militaris, fugasse, et prostrasse! Credite, milites, quamprimum sentient hostes nos hic esse, aderunt minaces, ut nos a fluminis transitu prohibeant, et pugnandi cupiditate

avidi

avidi in insidijs facillimè trahentur, tunc decipiis eam edatis caedè velim, qualem de infensissimis hostibus consuestis, nullū sacrificiū Deo nrō gratius facere poteritis, quàm de crudelissimis infidelibus, et legi nostræ inimicissimis supplicium sumere. magnam, credite mihi, in alio sæculo mercedē consequemini. Sed quod ad prædā attinet, eam vobis provinciā in prædā do, quæ per centū annos sine bello fuit; quantū ibi, Dij boni, auri, quantū argenti invenietis, captivos sine numero facietis, pauci omninò eritis milites ad tantā conducendā prædā. Sed quid plura vobis dicam? satiati hinc, et prædis onusti domū repetetis. Ite ergo, Deo bene juvante, equos, et arma expedite, ad prælium crastinū brevi duraturū vos præparate. His dictis, alacres milites ad futurū prælium sese accingunt, nihilq. potius desiderant, quàm cū hostilibus manus conserere, noxq. unas eis pugnandi cupiditate avidis annus videtur.

Sed in exercitu nostro per exploratores jam de Turcarum adventu cognitū erat; quare Zacharias Barbarus, qui tunc Venetorū nōīe in exercitu Legatū agebat, & Hieronymus Veronensis Rector Principes exercitus continuò convocant, de Turcarū adventu quid habeant ex promunt; deinde quid agendū sit, ut quisq. ordine suam proferat sententiā hortantur. Sed Hieron.s qui ætate, dignitate, et peritia rei militaris, et præcipuè contra Turcas, cæteris longè præstabat, sic effatus est.

Mea esset sententia, Viri strenui, nunc per velocissimos equites tantū cognoscere, quantus sit Turcarū exercitus, ubi sit, quid agat; et tunc ex re consilium capiemus; nam diutius in his locis ob comeatus inopiā esse non poterit. Verum si partē exercitus ad prædandū mittat imperator, de reliquo exercitu certū consequemur victoriā; satis sit nobis ab incursionibus hostē impræsentia arcere, ad hoc enim missi sumus, ut tueamur fines nostros a depopulationibus; nam cū hostibus, nisi maxima opportunitate, aut necessitate coactos manū conserere non est consilium, Viri militares, nam belli exitus, ut nostis, in manu fortunæ est; et nobis victis, actum esset de agro Forojuliensi, qui fidei nostræ, et virtuti creditus est; cædi, incendio, et rapinæ universus daretur, nam nullus alius venetis exercitus est, qui a tergo illis obsistere possit, nobis victis. Hoc est consilium meum, viri magnanimi, quod, ut tutū, maximè sequamini magnopere hortamur. Huic sententiæ senes omnes, et peritiā rei militaris ascensere.

At Jacobus Baduarius patritius Venetus, juvenis acer, et in armis admodū strenuus, sermonē hujuscemodi habuit: Longe mihi alius mens est, Viri strenui, cum vos, fortiaq. facta vestra considero. Nam quis in universa Italia exercitus existit, qui se cum nostro, et virorū robore, et equorū præstantia conferre audeat? deberet ne tanta virtus hic semper ociosa senescere? jàm per biennium hostes expectamus; et ex omnibus Italiæ partibus complures vestrū, Viri fortissimi, huc convenistis sola pugnandi cupiditate, et nunc data occasione detrectabimus? Qui sunt Turcæ? nisi homines, et inermes illi quidē; nos autē armati. Nec est, ut eorū equi cum nostris conferantur; nam illorum ad fugā, nostri ad stabilem pugnā orti sunt. Quæ igitur causa existit, quæ nos a prælio revocare debeat? Sed magis vereor, ne prius terga vertant, quàm nos aspexerint. Ad fugā, et ad prædandū nati sunt Turcæ, non ad pugnandū, magisq. equorū velocitati, quàm suæ confidunt virtuti. Ite nunc, et permittite eos flumen transire, profectò sequenti die universum agrum Forojuliense ferro, igniq. ruentē videbitis; tanta est suorū equorū velocitas, tanta prædandi ars. Quod nobis dedecus, quæ ignominia tunc erit, pati hostes jàm fessos itineris asperitate, et longitudine fines nros impunè ingredi. Aut resistendū est igitur, Viri magnanimi, ne flumen transeant hostes, aut moriendū cum gloria. Nam si semel mentibus nostris hoc conceperimus, aut vincere, aut fortiter dimicando mori, vicimus fratres, et iterum dico, vicimus. Pluribus vos hortarer, sed omnes promptos jàm, et alacres ad certamen video: Hæc est sententia mea, quid vos sentiatis, dicite.

Baduerio sine controversia ascensere juniores omnes, quorū major erat numerus, nec ob id melior, virorū fortē esse prædicabant et dignum, qui cum imperio exercitui præesset; proinde eos cum ad certamen secuturos, etiam si coeptum recusarent. Audendo, et conserendo manus cum hostibus ad gloriā perveniri, non ociosè sedendo. Hieron.s dum rationibus respondere parat Baduarij verbis, et juniorū audaciā, et temeritatē refrenare studet, Venetus Legatus, et ipse audax nimis, sed bellicæ rei prorsus ignarus, Hieron.m increpare coepit: Ipsum senē, non minus animo, quàm corpore esse, turpe insuper esse, se dicere stipendia tamdiù sub venetorū imperio fecisse, et nunquàm, vel raro cum hostibus manus conseruisse, ac virum eum profectò indignum esse, qui tanti exercitus curā gereret. Dum his verbis alia, atq. alia ignominiosa aderet; iratus Hieron.s postea quàm, inquit, optimo consilio meo parere non vultis, viri militares, pessimo ego vestro parebo, et primā turmā cum filio ducā, vobisq. ostendā brevi, quis sim, fuerimq. vir. Laudare senē cœpere, et dignum esse omni laude dicere; secundā se ducturum pollicitus est Baduarius; tertiā Hercules Matricius; quartā Jacobus Piccininus; Sed in his erat Philippus Nicolonus Mantuanus, vir Græcis, et latinis literis eruditus, peditū ductor, et nonnulli alij strenui viri; reliquo verò exercitui in subsidijs præerat Georgius Martinengus cum Legato veneto, in quo viri fortissimi erant, Anastasius a S. Angelo, Jo.s Antonius Candola, Comes Ant.s Curto, et complures alij. His dictis,

omnes

omnes ad expediendas arma, equosq. properant, et ante lucem, relictis castris sine custodia, instructi iter capiunt Lucinisiū versus, qui locus aberat a castris quinq. millia passuū. nam ibi fama erat, imō per exploratores cognoverant, exercitum Turcarum esse; sed hierō jām Legati verbis irritatus ante lucā iter arripuerat cum Jacobo Badoario, et non nullis alijs magni spiritus viris. Turcæ aperta luce, dum hostes adesse vident, transire vadū conantur, nostri prohibere: in flumine prælium cōmittitur, et ancaps per horā fuit, sed crescente Turcarū numero, ac inter primos imperatore pugnante, hortanteq. milites, et nīs subsidia non mittentibus, retrorsum pedē coacti sunt Italī; & jā ripam tenebant hostes, et nostri nullis muniti peditibus, qui latus eorū, et interitus hostiū fuisset, ipsas paucitate in orbē pugnare coacti erant. sed tarmæ, quæ subsidiū imperatori suo, singulari virtute viro, ferre debebant, dum a longe atrox cernunt prælium, terga vertunt. Georgius verō Martinengus imperatorijs vestimētis ornatus, qui numerosā turmā ducebat, et invictā illā quidē, si vir fuisset, dum audit a nunciis, Hieronymum cum nonnullis equitibus laborare, non modō illi subsidiū mittere curat, ut eorum prudentia, et militarē decebat, sed, tamquā si hostes adessent, et eū fortiter urgerent, fugā cum Legato, nondū viris hostibus Cremonā versus arripit, quo incolumis cum legato, nec non Conrado Ursino, Joanne Quirico, Taliano Icō pervenit, et ēū universus exercitus secutus est. At Turcæ, qui in insidijs in monte erant, dum imperatorē in primis fugere vident, quē ex aureis vestimentis procul agnoscebant; nam Doctor & Miles erat Georgius; præcipiti cursu eos per patentes campos hostiliter insectantur, et ferē omnes captivos fecere, paucis admodū interfectis. At Hieron. cum filio, et nonnullis strenuis viris, ac eorū militibus ad unū ferē gladio, multis ex hostibus prius interfectis, et ipso imperatore vulnerato, periere; sed hostiū cadavera igni tradita fuere, ne a nīris invenirentur, et intelligerent, quanti illis steterit paucorum militū pugnantiū victoria. Profligato igitur exercitu nrō, imperator jussit captivos omnes ad presentiā suā duci; ibi semotis nonnullis, inter quos fuere Philippus Revolonus, Herculas Malvicius, et Joannes Candola, coeteros gladio percuti jussit. Magnus fuit cadaverum acervus, & horribile spectaculum his, qui post res perditas illuc videndi gratia accessere; reliquū diei militū quieti datū fuit, et ad spoliandū hostiū cadavera, et castra.

Sequenti verō die modico ibi relicto exercitu ad sarcinas custodiendas, reliqui milites ad depopulandā provinciā Forojulij missi fuere: quatuor millia hominū ex omni genere adduxere: Templa spoliavere: villas incendere: luctu, et lacrymis ōia complevere, et eodē die præda onusti in Castra rediere. sed secunda nocte post incursionē, qui in castris ad sarcinarū custodiā prius relicti fuere, silenti agmine per viā, quæ Alta nuncupatur, Tiliaventū versus prædandi gratia iter fecere, et ante lucē, cum viginti millia passuū itineris confecissent, in nemus quoddā viæ ipsi propinquū divertere, ibiq. per biduū clam omnes fuere; nam abysse eos omnes operabantur; quoniā exercitus, qui ad Sontiū amnē permanserat cum Imperatore, per lapidiā domum versus jā revertebatur. Interim rusticorū delectu habito in agro Vicentino, Patavino, & Tarvisino, Franciscus Michaël patricius venetus cum hoc delectu properato itinere in Forumjulij venerat; et dū per Portumnaonē oppidū Metuna pontē versus iter facit, ecce ignes compluribus in pagis citra Tiliaventū apparuere; ex quo territus Legatus sacillū versus retro iter flectit. Eo die, et sequenti nocte visus est mihi terrarum orbis ardere, tantus erat ignis splendor, et fulgor, pervenerant enim prædabundi Purtilias usq. Interim dū Turcæ longē latēq. populabundi citra Tiliaventū igni, et ferro omnia sternendo vagantur, Rusticorū Forojuliensiū multitudo, quæ in Quadrivio pago convenerat, ad diripienda Turcarū castra, quæ haud longē erant, et a paucis custodiebantur concurrit, ibiq. quadringentis equis raptim captis in Quadrivium rediere; pauloq; post Turcæ cum magna præda, et captivorū multitudine supervenere, et vacua Castra currentes haud longē ab eo loco ea nocte castrametati sunt.

Sequenti die Sontiū versus vexilla direxere, et citatiori gradu, quā venere Imperatorē secuti sunt: quam quartis castris invenere, ibiq. ab eo, et coeteris cōmilitonibus immenso gaudio susceptī fuere: et præda magnitudine, et omniū militū incolumitate dextera dexteræ jungebant: sortiq. facta quisq. ad Coelū ferebat. alius se hostis caput cū galea abscidisse jactabat, alius alium mortis tradidisse; & quod in victoria evenire solet, quisq. vel ignavus se magna fecisse gloriabatur. Hæc victoria Ducū insciā potiusquā hostiū virtute parta ingentē nobis cladē attulit; nam et contemptui milites nīri illis esse, et milites nīri illos plusquam mortales timere coepere; et in hunc usq. diē contemptus hic, et terror manet.

DE TVRCARVM INCVRSIONE IN VALLEM PIVCAM. MDXXII.

Turcarum incursionem in Vallē Piucam ditionis Lubianæ oppidi, seu Laibaci, horeum quorundā maritimis oppidis, scribere breviter institui. Verum ad ipsius cognitionē, et intelligentiā quædā mihi altius repetenda videntur. Postio Ægypti regno Pselimus, Turcarum Imperator, domū reversus, nulla alia deinde re gesta, paste e vivis tollitur. Filius ejus adepto imperio, continuō lustrato exercitu, stipendiū militibus auget, ut sibi eos magis atq. magis fideles redderet, et promptiores ad bellū, quod jamdiū animo agitabat gerendū; nam vi-

vopa-

vo patre debellandi Pannoniæ provinciæ ab eo sibi poposcerat, quam negavit, quoniã de Ægypti regno tunc aquirendo animo versabat. Lustrato igitur, ut supradiximus, exercitu paucos post menses Serviam, seu Mysiam versus cũ exercitu aggressus est iter, missa prius in Danubium classe tormentis, & comeatu assatim onusta. Cum ergo Servia venisset, Belgradũ, regis Hungariæ munitissimũ et nobile oppidũ, oppugnare adortus est; paucisq. diebus tormentis arce dejecta, turribusq. cuniculis evulsis, in deditionẽ accepit; quo capto alia oppida ipsius regis, prius longè, lateq. depopulatis agris, aggressus capit, diripit, et incendit: onustoq. præda exercitu domũ cum lætitia, & immortali gloria revertitur. Neq. admiratione sit Imperatori Turcharũ tam prospera omnia contigisse; nam Pannonia nunc regẽ adolescentẽ habet, rei bellicæ penitus ignarum, et inopẽ, ipsaq. Pannonia pacis diuturnitate facta est imbellis omninò, et ignava; nam post Mathiã regem nihil unquã memoria dignum gessere Hungari, sed conversationibus, et otio tantũ sese tradidere. Nono itaq. mense, ut incursionẽ scribere aggrediar, a capto Belgrado, quatuor millia Turcharũ, undecimo die mensis Aprilis. M D X X II. a salute humani generis, in planitiẽ quandã juxta signia oppidũ post solis occasum ex Bosina per montes, sylvas, et tramites penè invios pervenere; ibi paucis accensis ignibus, ante lucẽ illinc recessere, et sequenti die in planitiẽ oppidi nominati Grubinic pervenere, & nocte septẽ tantũ accensis ignibus, ne quantus exercitus esset, ab explorantibus conspici posset, paucis dein curatis corporibus, et equis castra inde movere, et nemus nominatũ Lees ingressi lento gradu usq. ad meridiẽ equitavere. Deindè in vallẽ nominatã Prucam, ignarũ; ut ex captivis cognovere, adventus eorũ, omnibus penè bonis abundantẽ, utque nullã unquã Turcharũ incursionẽ passa fuerit, descendere. In vallẽ omnẽ longè, lateq. depredati sunt; nam auro, argento, hominibus, et armenta in captivitatẽ duxere, nonnullis expugnatis oppidis, et villis omnibus incensis, ut ex hominibus vix ex decẽ unus superfuerit. Nonnullas etiã Pustonicæ oppidi villas diripuere, et incendere, multosq. mortales inde in captivitatẽ duxere. Eandẽ cladẽ passa est in nonnullis vicis Goritiæ oppidũ, mercatores quoq. complures, qui æquileã petebant, in impias eorũ manus devenere. Quarto denig. die, magno omnibus circumvicinis provinciis incusso timore, fugamq. cũ rebus suis in tuta loca arripientibus, inde recessere, & Bosinã versus petiere, igne, ferro, & præda omnia sternentes; ad quã brevi magno cum lætitia, et victoria incolumes pervenere. Cujus predæ magnitudo maximũ irritamentũ cæteris Turcharũ exercitibus erit ad nos imposterũ invadendũ, et depredandũ. Hæc depopulatio facta est in odiũ Germanorũ, qui auxilium Hungaris contra Turchas ferunt.

In Laudem Jacobi Mamalvchi.

Fortissimorũ hominũ memoria, et fortia facta infra hominis ætatẽ perirent omninò, nisi eorum gesta literarum monumentis mandata forent, & quò magis a claris ingenijs celebrantur, eo majori in cultu apud mortales habentur. Quid Scipioni, Alexandro, Pirrho, Annibali, cæteriq. clarissimis viris tantũ in hoc sæculo gloriæ cupiditate ductis laborare profuisset, si pariter cum vita eorum fama extincta foret? quem nostri sæculi imperatores in præceptores, et duces militiæ impresentiarum ex antiquis haberent, si nulla eorũ in historijs memoria haberetur? castra metandi, ducendi exercitus, oppugnandi, ac tuendi urbes artes, cæteraq. militiæ stratagemata à majoribus ità habemus. Quorsũ hæc nostra tendit oratio?

Cum unus ætatis nrã vir in agro Forojuliensi corporis viribus, & membrorũ agilitate singularis extiterit, ejusq. egregias virtutes mihi magna familiaritate conjunctus fuerit; indignum duxi, quantũ parvi ingenij mei viribus possem, non tanti viri memoriã celebrare, etsi ea fuerit viri virtus, ut etiã Livij facundiã ad ipsius pro merito celebrandas laudes fatigaret, satius tamen duxi aliquid, quam nullã viri fortis apud posteros memoriã exstare, ut hujus exemplo cæterorũ animi ad virtutẽ accenderentur, neq. prius sedarentur, quàm illius gloriã se strenuè gerendo adæquarent. Erat igitur Jacobus Mamalvchus in agro Forojuliensi ex vico Malmisij, ditionis oppidi Aviani, parentibus agricolis ortus, qui dũ puer adhuc esset, more rusticorũ equos magna agilitate ascendebat, cursu agitabat, corporis viribus, et velocitate inter pueros longè præstabat. Hic a Turcis, dũ bellum inter Venetos, et Turcarũ imperatorem esset, cum magna quoq. hominũ multitudine, dũ incursionẽ in agro Forojuliensi facerent quingentesimo supra millesimũ a Dñi Nativitate anno, captus in Thraciã abductus fuit; emptusq. ibi a mercatoribus in Babyloniã novã transportatus Christũ, fidemq. ejus abnegavit, traditusq. a dnõ magistro militiæ equitandi, jaculandi, sagittandiq. egregiè artẽ didicit. Ex quo factũ est, ut a soldano Mauroruꝫ Principe emeretur, Equesq. auratus crearetur, ac ei carus acceptusq. foret. Pace, ac bello multa rara virtutis rei militaris facinora edidit, ex quo ipsi Principi in dies magis atq. magis gratus erat, et cum Oratorẽ ad Venetos destinasset, quia mercatores Venetos in vinculis habebat, ut exilis pecuniã extorqueret, poticusquã eorũ aliquas culpas, in Collegã oratoris jacobus datus fuit, eo sic procurante; quia ad proprios tandẽ remeare lares, & ad veri Dei cultũ redire studebat. Rhodũ igitur

igitur cum Tireme venit orator, ibiq. dū urbē curiosē inspicit, oritur inter Jacobū, et Stradiotam quendā de virtutes contentis, qui milites bello meliores existant; stradiota, an Mamaluchi: sed Stradiota ait, periculū inter nos faciamus; nam et ipse vir strenuus erat, magna animi lætitia consensit Jacobus. Nec mora, petita venia, et ad oratore, et magistratu civitatis, ac superioribus, equos ascendunt, et hastis sese hostiliter petunt; sed Jacobus Stradiota hastā manibus eripuit, et conversis equis gladio rem decernunt, pariq. arte et ense abstraxit, deinde amplexus Stradiota detraxit equo, et in propriū transtulit: jocundū id spectaculū Rhodijs fuit, ad cœlū tollere viri virtutē, laudare lacertorū robur, membrorū agilitatē cōmendare, ingentē viri spiritū approbare, credere armis a nemine vinci posse, et ipsū omnes superare. Ex Rhodo secunda navigatione Venetias pervenere, ibiq. cum per multos dies fuissent, capitur amore cujusdā puellæ, eaq. inscio oratore, in conjugē accepta, de fuga meditabatur. Jam appetebat reperendi Babyloniā tempus, quare Jacobus mutato habitu clam fugā arripuit, et Purlilias oppidū venit; pater enim ejus colonus erat cujusdā civis nīri Purliliarū, quē et ipse puer noverat; quare ad amicū divertit. Interim ingenti animi molestia recedit orator, redit Venetias Jacobus, et a venetis magno stipendio in militē accipitur, instabat enim bellū cum Germanis. Interim dū Purlilijs hybernabat, equitabat quotidiē, et se exercebat, militesq. quos pariter exercere cogebat in patentibus Villotæ campis. Ibi pulchrū spectaculū videntibus erat; nam in medio equi cursu se in pedes erigebat, et stans arcum tendebat, sagittas expediebat, ferebat hastā, et plura agebat, quā Itali milites periti in artes sedentes equo facere potuissent; descendebat, et ascendebat equū in celeri ejus cursu, et de uno in aliū transibat; Cum quotidiē hoc videremus, tamen omnibus nobis summa admirationi erat; etre peractū, cum reputaremus animo quantus vos esset, par somnium omnia nos vidisse putabamus. Sagittabat arcu uno ictu, quām bis scorpione, a Porta oppidi nri usq. ad Divi Georgij fanum sagittam jaciebat, quod nemines mortalē ante ipsum, neq. post ipsū facturū esse credimus. Nunc videamus egregias ejus gestū in Germanico, Gallicoq. Bello. Sed quia Germanico in Forojulij res gestæ sunt, Duce Bartholomæo Liviano non minus diligenti, quā strenuo imperatore; de illis prius disseremus. Jacobus ergo in hoc bello pluries cum hoste manus conseruit, victoriā reportavit, hostem interfecit; sed inter cœteras egregias ejus operas hoc singulare extitit. Una die, dū incursionē ipse cum cœteris levis armaturæ militibus in agrum hostiū longē ab exercitu fecisset, segregatus a cæteris prædæ cupiditate illectus in arcto loco deprehensus a quatuor viris aggressus est lapidibus primus, deinde armis, pugnam detrectasset Jacobus, ne aut ipse occidi, aut multū sanguinis effundere cogeretur; nam invitus semper homicidia cōmittebat; verum unius lapidis ictu plurimū irritatus omnes ad unū magno tamen labore interfecit; nunquā, postea fassus est mihi, se majori in periculo loci iniquitate fuisse. Omniū expeditionū in bello illo longē princeps, primus prelium ineibat, ultimus omniū ex excedebat, et si quando socij hostiū metu locū aliquem adire formidassent, magna animi securitate precedebat alios, et scrutabatur omnia, deinde ad socios revertebatur, et tutū iter pronunciabat, neq. in prælio, nēq. in oppidorū oppugnatione ullū unquā timoris signū significavit. De cujus hominis virtute cum multa præclara ad Venetorū Senatū relata essent, continuō auxit illi equorū numerum, et Provisores, quos appellant, in exercitu semper eū apud se habere pro eorū tutela curabant; nam ad omne magnum audendū facinus illi animus etiā supererat. Verum Gorritia, Tergeste, et alijs nobilissimis oppidis hostiū partim vi, partim deditione captis, induciæ secutæ sunt per triennium inter Imp.ᵒʳ et Ven.ᵒˢ quibus non est servata fides; nam paulo post omnes ferē Christiani Principes cum ipso Pontᶦᶜᵉ in venetos conjurarunt; Ex quo veneti plures exercitus totis viribus pararunt. Sed qui in Lombardia erat robustissimū numerū, et virtute militū, in quo militabat Jacobus. Dum igitur in agro Cremonensi exercitū haberent veneti, et non longē a flumine Ada castrametati essent hostes, ex omni venetorū exercitu nemo transnatare flumen audebat ad inspiciendū, quantus et qualis hostium exercitus foret, tunc fluminis altitudine territi, tū hostiū metu; solus Jacobus tantū facinus ausus fuit; nam et speculatus hostiū castra est, et captū ex hostibus equitē duxit magna totius exercitus lætitia, et gratulatione. Sed durante bello dū pluries cum hostibus manus conserere, semel a stradiotis Francorū regis captus Mantuā deductus est, quem Franciscus Marchio honorificē suscepit, magnisq. donavit muneribus; nam ibi coram Principe plurima virtutis suæ experimenta edidit, At veneti magna cura alterius captivi permutatione illū receperunt. Verum paucos post dies, dū in turmā hostium nimias pugnandi cupiditate incensus incurrisset, clavis ferreis pluries percussus equo dejectus est, et dum pedes fortiter dimicaret, foveā quandā magno saltu transilijt, et in proximā se paludē conjecit, locum equitibus inaccessibilē, et cum hostiū plena omnia circum loca essent, vix triduo postea in urbē Paduā est reversus, cum eē de ejus jām salute desperassent. Ibi correptus a febre, et Venetias deductus vitā functus est, magna totius populi, senatusq. Veneti mœstitia. Hic est vir ille militaris, cujus virtutē omnis posteritas ejusdē laudis cupida, et imitari, et admirari debeat.

DE BELLO

DE BELLO GERMANICO
PER JACOBVM COMITEM PVRLILIAR'.

Bellum inter Maximilianum Inclytum Romanorũ Regem, & Felicis. ãũ Venetorum Remp.ã gestum scribere breviter institui, quod intra decimum mensẽ est coeptum, et finitũ est, ut nullũ unquã tempestate nrã majori terrore Venetos, aut tot retro ætatibus majores eorũ gravius concusserit. Timebant enim oãs præpotentẽ regem, & rerum gestarum gloria celebrẽ, et odio in venetos armatũ; ne maximus barbarorũ exercitus prædæ cupiditate ad lectus sequeretur. Quod si contigisset, quibus viribus, quibusve copijs resisti posset, non videbant; præcipuè cum in Italia plerosq. principes, et populos rerum novarũ cupidos, qui ejus coeptis faverent, haberet; Caterorũ summã Dei beneficitate terror ẽis in lætitiã, et voluptatẽ brevi conversus est. Quamobrẽ hoc me scribere bellũ, et juvat maximè, et delectat; nam eã adepti sumus victoriã, quam nec ampliorẽm sperare ausi essemus; quag. terra Italia maximè a barbaris tuta posthac erit, et secura conquiescet; sed ob ea præcipuè admodũ memorabile existimo, quoniam ex hoc bello luce clarius cognitum fuit, nullã in Germanis, quos tantopere supra mortales formidabamus, esse virtutẽ, aut peritiã, neq. ad tuendas, neq. ad oppugnandas urbes, in Italo verò milite hæc duo præcipuè. Sed jàm ipsũ exordiamur historiam, quam, quantũ in me erit, summa cum fide referã; etsi temerariũ sit omnino pro certo affirmare, quæ ex relatu tantũ cognovimus, quibusq. neque omninò interfuimus.

Maximilianus olim Federicii filius, summæ spei adolescens, vivo adhuc patre in Romanorũ regẽ pari procerum consensu deligitur, longoq. post tempore, patre jàm vitã functo, Romã ad accipiendã Imperij Coronã cum exercitu proficisci parabat, anno a Nat.e Dñi quingentesimo septimo supra millesimũ. Quare ad Pontificẽ, & Venetos, nec non ad totius ferè Italiæ principes, et respub.as oratores misit; sed qui ad Romp.ãm Venetũ venere armati omnes, ut vidimus, cum comitatu erant, qui summo honore, et gaudio omniũ (ut illius civitatis mos fuit, semper oratores amplecti) susceptí fuere. Per legatos (ut tunc fama erat) hoc actũ primũ, ut Venetí regem permitterent cum exercitu per Forumjulij Romã petere, ad coronã accipiendã; et tunc fortè in Austriæ provincias cum copijs subsederat, quod bellũ cum Pannoniæ rege gesserat; deinde ut iniret fœdus ad expellendũ Italia Ludovicũ Francorũ regẽ, non nullis ex causis ei sumopere infensũ, quia insubriũ principatũ in præsentia armis occuparet; sed et adjecerat animos Rex ad restituendũ in imperiũ Ludovicii Sforziæ jamdudũ captivi Francis liberos, qui tunc apud Maximilianũ regẽ vitã munificentissimè ducebant, quam enim nunc habet uxorem Maximilianus, filia Galeacij Sforziæ Ducis Mediolanensiũ fratris olim Ludovicii fuit. Dum res per legatos tractatur, et nuncij ultro citroq. proficiscuntur, Veneti parũ barbarorũ (ut remur) fidei credentes, exercitum ad suã tutelã in Forumjulij misere, nam ad duo millia Germanorũ peditũ per occultos tramites diebus illis in Forumjulij sese insinuarant. Interim moritur veneno (ut fertur) Philippus Dux Burgundiæ Maximiliani filius ex alia uxore, quæ in illius principatus hereditatẽ juvenẽ armis admodũ strenuũ, et qui verè virtutẽ representabat paternã, traxerat; cujus morte consternatus pater in proximũ annũ distulit adventũ suũ in Italiã. Interim tamen non ōmittebat per legatos solicitare Venetos ad amicitiã, & fœdus, magnis (ut fertur) propositis præmijs. Ea consultatio diu agitata in senatu difficilis, et perardua videbatur, et multos dies tenuit; adarat et regis Francorũ Legatus Venetijs; hic senatũ cottidie, rogare, ambire, omniq. ingenio, et industria niti, ne quid contra regẽ suũ consuleretur. Nam compertum habebat vir prudens, si Venetícũ Maximiliano arma junxissent, actum fuisse omninò, quantũ ad reã Italã pertineret, de rege suo. Utriusq. Legati extant orationes habitæ ad senatũ; Francorũ regis æquior, & humanior, Romanorũ tumidior, & arrogantior, et sapiens denique barbariã quandã; quod oratoribus potius, quàm clementissimo regi ascribendũ puto. Qui igitur in senatu pro Romanorũ rege verba fecerunt, in hanc sententiã locutos accepimus.

Antiquã illius Reip.cæ cum patre, cum familia denique omni amicitiã memorabant Ferrariensi bello, quo universa Italia contra Venetos arma induerat; semper Federicũ in fide permansisse; quod si hostiũ partes sequi voluisset, actum fuisset omninò de Venetorũ imperio; paternum ergo beneficiũ filio restituendũ esse. Præterea ex omnibus Christianis principibus obregni vicinitatẽ neminẽ posse magis et prodesse, et obesse Venetæ Reipub.cæ quàm Maximilianũ. Ad hæc non contemnenda esse fœderis præmia; nam Parmã, & Placentiã, magnæ et opulentæ in Gallia Cisalpina urbes, et magnis gerendis rebus opportunæ venetis, expulso Italiæ Francorũ rege, offerebantur. Insuper admonebant, cavendũ, ne arguẽ (quod ajunt) in sinu alerent; nam nimis formidolosũ esse regis Francorũ potentiã; prius captũ ab eo Mediolanũ cum toto imperio fuisse, captã et proximo anno Genuã, quæ hactenus indomita fuerat, quã descendisse illũ cum copijs diceretur, verendũ denique esse de universa Italia; nam si contra Romanorũ regẽ arma coeperit, et vetus amicitia, et amor in inimicitias, et odiũ

et odiũ verterit, avertetur profecto in nos a rege Francorũ omne odiũ, quo cum exitiale nunc exercet. Cęterum de Francorũ rege quid nobis polliceri possimus? proximũ bellũ, quod cũ Turcis gessimus, perpetuo patribus documento esse debere, in quo nullũ, vel parvũ auxiliũ tulit; quod tamen magnificis verbis per oratorẽ suũ promisisset: re veneta enixe non modo juvaturũ, verum omne bellionus contra Turcas pro hac rep.ca alacritor subiturũ. valdè insuper timendũ, ne diuturnũ nimis hoc sit futurũ bellũ, ex quo et erariũ pecunia exhauriatur, et gravioribus pensionibus oneretur, quod molestè ferendũ esset civitati. In mercimonijs etiã non mediocrẽ veneto jacturam imminere, quibus precipuè hæc urbs ad tantã molẽ pervenit; alio preterea et maximo afficiendos incommodo, quod comeatus multiplex a Germanis inferatur, unde et urbs ipsa, et totũ Forumjulij precipuè alatur. Postremò hoc in pectus dimittere, si cum Maximiliano bellũ gesturi sint, cum universa Germania bellandũ esse, cujus viribus nec Italia ipsa cum rege Francorũ unquã resistere posset; tanta vis auri, tanta virorũ fortiũ, tanta præstantissimorũ ducũ, tanta armorũ, tanta equorũ copia est. Procerto tamen habere se, et hisce rationibus, et alijs, quas in presentia brevitatis causa omitteret, senatũ venetũ, qui sapientia omnes principatus antecellit, nihil temerè, nihil nisi consultò decreturũ: veteres amicitiã novæ, atq. illi infida non prepositurũ, premia, quæ amplissima offeruntur, non neglecturũ; quàm formidabiles Gallorũ motus, quàm imperij augendi avidi, quàm infidi cogitarent. impendia preterea, et damna secum repeterent; imperatoriã majestatẽ intuerentur, mercaturæ urbanæ, quas urbs præcipuè constet, quæq. Germanicis propè pecunijs tota alitur, magni facerent; de summa denig. belli bene sperarent, quod tam breve, quã felix esse Reip.ca veneta, et faustũ polliceatur. Hæc pro rege nonnulli locuti ex patribus; assurgens alius in senatu ita locutus est.

Præcipua, et singularis hujus Civitatis laus, et gloria ex fide est, fuitq. semper, pro qua conservanda non argentũ, at aurũ modo, verũ et sanguinẽ ipsũ effundi debeat; qua in re majorũ nrorũ vestigijs cum sequamur, tanto magis nobis enitendũ est, quanto illi his artibus ex tenui principio rem ad summũ deduxere. Illi enim semper honestatẽ utilitatẽ prætulere; neq. aliquid utile existimavere unquã, quod non idẽ honestũ esset. Idẽ in præsentia nobis hac in consultatione faciendũ esse censeo, nec a vestigijs majorũ abeundũ. Fidẽ dedimus Francorum regi, fidem servemus, et nobis unã pereundũ esset. Mirabuntur et hostes constantiã nrã; quod etsi, salva fide, facere possemus, non tamen consco ad ejus amicitias recedendũ. neq. est, ut nobis obijciant antiquã patris amicitiã, quæ non minus ille, quã nobis utilis fuit; qui si in vivis esset vir ille clementiss. nunquã pateretur tantũ facinus, ut filius pacẽ Italiæ turbaret, ferro, et igni omnia prosterneret. Si regnandi cupiditate ducitur, aurũ, et argentũ ille, armas, viros, classẽ contra Turcas exhibeamus; in hanc sententiã veniet etiã Rex Francia, Anglie, Hispaniæ, Hungaria, reliquiq. principes Christiani, potentiusq. in terris Imperatorẽ faciemus; quod si oblatã aspernabitur conditionẽ, illi, conjunctis cũ rege Francorũ armis, totis viribus resistamus, neq. eũ armatũ ingredi Italiã patiamur. Angustæ sunt fauces, una tantũ via patens est per Forumjulij; ibi omnes contrahentur vires, et pugnandũ erit usq. ad internecionẽ, si res exegerit. Nec est, cur universã Germaniã extimescamus, nam tot Resp.ca; tot principes existunt, ut difficillimũ sit omnino, et pene impossibile, ut idẽ perpetuo sentiant, aut tantã rẽ gerendã, cõmuni sẽtentia conveniant. Præterea (ut nostis) molestũ est unicuiq. pro se, pecuniã effundere, quanto magis pro alterius utilitate, et gloria; ad hæc in liberis civitatibus, aut nulla, aut parva sunt æraria, tributis ergo onerandæ erunt; quod gravissimũ est populo, et presertim nulli obnoxio. Helvetij etiã ex omnibus Germanis viri fortiss. pro nobis arma capient, si illis aurũ dabimus, cujus avidissimi existunt, nec ipsi modo verũ universa Germania. Nec Parma, aut Placentia urbes nos moveant, nec quicquid agri, aut urbiũ est a Mediolano citra; Quid hoc, per Deos immortales, tandẽ est, nisi mellitũ venenũ, aut esca, qua capiamur, offerre? nã cũ civitatẽ nrã auro, et argento, cotidie aliquid petendo, exhauserit, mox Parmã, et Placentiã, et reliquas Italiæ urbes, quas florentiss.mas possidemus, nacta occasione restituendi antiquos Dños, occupabit; hocq. ex legati ejus oratione facilè conijci potest; in qua testatur Imp.r se in Italiã venturũ, ut restituat unicuiq. quod suũ est, vel verius ut sibi habeat, quod unius cujusq. sit. Cæterũ quicquid in Italia habemus abannis centũ citra (ut nobis) jure belli acquisivimus; Quare ita censeo, ut Francorũ regis amicitiã Maximiliani præferamus; præcipuè cum Parmæ, et Placentiæ urbes in fœderis præmiũ nobis offerantur. In hanc sententiã senatusconsultũ fit, quare Maximiliani regis legatis renunciatur: non videri senatui nullas provocato injurias arma contra amicũ regẽ capere, sed hortari Maximilianũ, ut sine exercitu Romam proficiscatur, paditos, et equitas daturũ senatũ ad Regis custodiã, et honorẽ, grandẽ insuper pecuniã ad omnes sumptũ, et denig. seria facturos pollicentur, ut in armis in Italiã veniat. Quod si Mediolanũ petere velit nullo se impedimento fore, modo ne per agrũ suũ proficiscatur, ne de se merito conqueri possit amicus Rex. His acceptis per legatos, Maximilianus conventus per Germaniã continuò habuit, milites, et pecuniã imperavit, a liberis vero civitatibus auxiliũ petijt; sed in omnibus conventibus hujus cemodi ferè orationẽ habuit: se pro Germaniæ gloria arma capere, desiderare venetos infestos hostes impetere,

eos

eos unos coeptis suis semper obstitisse, regnum Hungariæ ipsorū causa non vendicasse, Mediolanū jure ad Imperium spectans ex morte Philippi Ducis sine liberis recuperare eū prohiberi, legem insuper sibi prescribi, ne armatus Romā petat, quū ab Romanorū regē, si viribus ille in Germanis (ut olim) spiritus vigeret, ipsi legā accipere deberent; videri deniq. sibi eos imperatorios spiritus habere, socordiā, atq. ignaviam nrōrū pro munimento habere; quod si vivere esse velimus, nobis (ut decet) obedientes essent, tantog. terrori universæ Italiæ essemus, ut aditus nobis ubiq. patерent; comeatus abunde exhiberent. An est, quod vires nras cū Venetis, et Francorū rege conferamus? nulla profecto est comparatio, si tantillū admittamur; universus orbis vix Germaniæ viribus obsistere posset, tanta est nostrorū virorū audacia, tanta fortitudo, et copia; omitto militandi peritiā, quæ singularis in nris imperatoribus, & militibus existit. Nec est, ut Italiā timeamus, cujus milites ludibrio erant militibus nris, sicuti Hispanis, & Francis hactenus fuere; Habemus insuper in Italia Pont.ēm Max.mū, habemus civitates, et populos nri cupidiss.os Omitto reliquos principes, & resp.as qui omnes coeptis nris favebunt, pecunia, comeatu, & militibus nos adjuvare parati erunt, modo in Italia nostra aspexerint insignia. Nam ne vos fugiat, Venetorū, et Regis potentia in presentia plusquā formidolosa illis existit. Ite ergo, Deo bene juvante, arma capite, et in Italiā cum magno et robusto exercitu majorū nostrorū vestigia sequentes proficiscamur, quem brevi onustū præda videbimus, et Italiæ imperio tandē potiemur, quod vobis jure debetur. Sed profectō nihil vanius humanas cogitationes.

Decretū est igitur inter eos, ut cū triginta millibus armatorū in Italiā Rex veniret; quod si majori conatu opus esset, darent et alia triginta; cæterū et de tertia electione, si res exigeret, convenirunt. His copijs in Italiam venire regem placuit; quare continuō paratur exercitus, et in Constantiæ urbe lustrū fit; a nonnullis tamen Rex pecuniā pro milite accepit; quæ res reliquos hujusce belli socios multū a se alienavit, et ad parendū sibi dubios reddidit. Verum ut augeret exercitū Rex, ubi ex principibus suis quisq. sibi auxiliū in hac expeditione ferre pollicebatur, ita ille in majorem militiæ Veronā, aut Vicetiā, aut aliū in Italia promittebatur hostem. Literas insuper exhortatorias ad libertatē in Italiā clam mittit, præcipuē in venetorū urbes; sed dum tempus in legationibus frustratur, paulatim solvitur Germanorū exercitus deficiente pecunia, et Veneti contra exercitū paraṁ, nec non Ludovicus Rex Francorū; per callidos insuper hoies liberas Germaniæ civitates, et principes, et præcipuē Ducē Geldriæ, qui semper regi infensus fuit, conveniunt; ac omni arte, et studio hanc a se amovere tempestatē procurant. Muniunt interea Veneti Roboretū oppidū, per quod regi in Italiā ex Tridento iter erat, et Ludovicus vias omnes, per quas Germanis aditus in Insubriū Ducatū esse potest. Sed dum alia atq. alia regi proponitur conditio a Ven.is et Francorū rege, tempus ex eorū mente protrahitur; nam utriq. a bello consilijs abhorrebant, et oīa facere parati erant, ut pacti conferent; quoniā populorū levitatē, et inconstantiā timebant, qui spe melioris fortunæ mutari semper ac misceri omnia student. Quod si Rex Italiā cū valido exercitu ingressus esset, et primo certamine superior, aut æquo manu saltē discessisset, Italiæ libertas in magnū discrimen venisset, tanta est in populis semper novarū rerū cupiditas. Interim Philippus Rubeus parmensis unus ex Mediolanensiū exorribus, vel (ut fertur) quidā Petrus Vermius veronensis mille et octingentos peditas Germanos per agri veronensis occultos tramites, et in obsessō a venetis in territoriū Bozzæ oppidi duxit, hoc consilio, ut Parmenses suæ factionis viros ad arma concitaret. Nam fama erat, Mediolanū regē cum exercitu per Helvetios patiturū, fortasseq. etiā Castra moverat, et ex voto profecto ei res cessisset, si quam pollicitus fuerat pecuniā, Helvetijs dedisset. Qua re deceptus Rubeus nimis properē rē tantā movisse visus est; sed famæ hujusce rei ad venetos pervenit literis ejusdē oppidi reguli, quid agerent incerti, utrum gladio feriendi essent hostes, aut capti remittendi in Germaniā sine armis; mitior, et humanior sententia obtinuit; etsi Jacobus Trivultius, vir in re bellica prudens, et strenuus, cum expedita militum turma jam aderat ad perdendos eos. Veneti, qui utriq. regi, quantū in se erat, satisfactū volebant, incolumes in Germaniā eos remisere; satis putantes fecisse, quod eos ab injuria prohibuissent; & venetorū legatus Vincentius Quirinus, singularis prudentiæ vir, interea Regem Romanorū sequabatur, sperans a proposito eū flecti posse; nam ut vehementes sunt regiæ voluntates, ita et plerumq. mobiles. Sed quia jam res ad manifestam vim spectare videbatur; accersito Legato, Rex illi comeatū, irato animo, dat; capitis pœnam insuper imposita, nisi intra constitutū tempus suis excessisset finibus; et ut majorē venetis inculeret terrorē, Rex ad Roboretti oppidi, et Veronæ urbis ditionis venetæ Præsides nunciū misit, Araldū nōie nuncupatū, qui illis, et civibus regis nomine nunciaret, ut comeatū ei, exercituiq. suo pararent, portas aperirent, urbē darent; alias igni et ferro omnia prostraturū. Qui nuncius Præsides, et cives ingenti affecit terrore: ex quo quām primū trās pavoris plenas ad senatū de inopinata re dederunt. Sed paulo post ejusdē senatus literis admoniti sunt, ut bono animo essent, neq. timerent inania verba; hæc oīa ad terrorē composita a rege esse, multō plus

tò plus semper barbaros lingua, quàm viribus, aut armis valuisse. Insuper ut Venetos a sententia sibi resistendi deiceret, Aquilejensis Ecclesiæ Pathã elegit, nam qui nunc est Venetus, et patritius est, eumq. Româ, ut a Pontice Maxo comprobaretur, misit; nam jus eligendi sibi, vel investiendi, ut imperatori, asserebat; sic ottonem Impm Rodaldũ Pathã, Fridericũ Udalricum, Henricũ Gotofredũ, et alium Henricũ Popponem investisse de Comitatu, et Ducatu Forijuly, Istriæ. Cæterũ Pontex hanc rem non approbavit modo, verum et tanquã sumũ scelus detestatus est, aut justitiæ ipsa motus, aut quia cernebat tritos fore conatus imperatoris in Italiã. Quod cum veneti accepissent, a pace ad bellũ coacti animũ verterunt; magno igitur studio exercitũ parant, ex Græcia stratiotas grandi stipendio conducunt, et pedites viros fortissimos ex universa Italia ad octo millia; Legatos insuper complures venetys ad expediendã, quæ necessaria in castris erant, quæq. è republica esse ducerent, ad hoc formidolosũ bellũ creant, nam multis locis occurrendũ hostibus erat, quia complures illis adytus in venetorũ agrum dabantur: Inter quos viri Clmi, et magni nominis fuere, Georgius Cornelius, cujus opera Cyprus insula olim in venetorũ ditionẽ pervenerat, Andreas Gritus, & Georgius Emus; sed sortiti inter eos belli munera sunt, alij alia loca petentes, ut res expediebat. Jacobus Trivultius Francorũ regis nũcius in agro Mantuano cum valido exercitu erat, ut Venetis, si res exigeret, subsidio esset; Nicolaus Ursinus Petiliani Cos imperator exercitus Venetorũ, cũ magnis copijs in agro veronensi castra habebat, ut ubi opus esset, occurreret hostibus. In Forojulij magni armorũ motus fuere, nam fama erat numerosũ, et invictũ barbarorũ adventurũ exercitũ, unde Bartholomæus Livianus, vir bellicæ rei peritissimus et ingentis spiritus, penès quẽ in Forojulij sumã rei erat, cum nonnullis strenuis ductoribus aliquibus mensibus in Patria fuit; Rusticorũ præterea delectus in agro Forojuliensi ad quatuor millia est habitus, qui sæpius exercitati, et docti fuerise, et ferire hostẽ egregiè jam didicerant: Stratiotæ præterea quadringenti ad Patriæ tutelã missi fuere. Interim Castella muniuntur ut fas erat. Sed sumo studio, et cura Portusnaonis, Cormonij, et Goritiæ; sed Portusnaonienses præcipuè tantus terror invaserat, ut dies noctesq. laborarent, vigilias ducerent, omnia prospicerent, ut non homines jam, verum hominũ umbræ præ nimio labore, et vigiliis viderentur. Litteræ etiã ab Andrea Lauredano Utini Præfecto, viro etiã plusquàm opus erat, diligenti ad regulos oãs Forojulienses frequentes missæ fuere, quibus imperabat, ut agricolæ omnes bona sua, fœnum insuper, et paleas in munita conferrent loca, alias omnia igni perderent. A mense Augusto usq. ad mensẽ Majum, quo captũ est Cormonij, Goritiæ, Tergestæ, et reliqua loca, in Forojulij nunquã cessatũ est a bellis, magno Forojuliensiũ detrimento, quod ducentorũ millium aureorũ sumã hactenus excenisse remur, et in dies nunc patimur, nondũ a tantis malis liberati. Nam homines, jumenta, et pecunia in ædificandã potius, quã reficiendã Goritiam, consumuntur. Sed hoc nobis solatio est, quod venetorum imperium propagatur, et Italiæ hostis jam in nrã, et non barbarorũ amplius potestate existunt. Dum hæc ita fiunt, tunc in tanto omniũ terrore (ut conjectare poteram) mens senatui erat, si aperto marte in apertis Forojulij campis hostibus resistere nequiret, citra Liquentiã flumen deserta Patriæ exercitũ reduere, ubi et fluminis auxilio, et locorũ angustijs se maximè imperiũ suũ tueri posse arbitrabatur.

Dum hæc in Forojulij geruntur, majores tumultus in dies Veronæ, et Vicetiæ oriuntur, nam nonnullæ villæ in agro vicentino a Germanis ducibus quibusdã vicentinis, et Patavinis exulibus incendio consumptæ fuere, cujus rei fama vicetiæ ad arma conclamatũ est, et continuò legati a vicentinis venetias missi fuere, qui nunciarent patribus, ut sibi auxilio essent, alias non expectarent, ut hostilis exercitus mœnibus admoveretur. Ita olim inter venetos, et vicentinos conventũ fuisse asserebant, ut cum hostes per octo millia passuũ urbi approquinquassent possent impunè vicentini sese illis dedere, nisi veneti sibi intra certũ diẽ auxilio fuissent, et in rei fidẽ privilegia promunt. Quæ impudens, adverso tempore, legatio omninò tunc senatũ movisset, nisi temporis rationẽ habuisset: quare benignè pro tempore legatis respondetur, et ut bono sint animo hortatur senatus, vicentinã rem sibi cordi fore. Continuò igitur et pedites, et equites in agrum vicentinũ mittuntur; sed jàm hostes finibus excesserant, nam cohors una peditum fuerat, quæ tale facinus perpetraverat, et ut fama erat, sine regis consensu. Interim pars exercitus Maximiliani per occultos tramites parabat in Feltrensẽ agrum irrumpere, et Feltriã urbẽ imparatã occupare, et Bellunũ, reliquaq. per eã partẽ Castella, ut tanquã sede belli his uteretur. Sed fortè fortunas quæ nocte ad rẽ expediendã ire paraverat exercitus, tanta nivium copia montes obruerat, ut nullo pacto illac transitus daretur. Interea per exploratores cognitũ est de hostilis adventu, unde Feltriæ Præses cum universo populo, & agricolis arma cooperunt, et angustias montiũ, per quas descensus dabatur in planũ hostibus, summa vi muniunt, et custodiunt die noctuq; donec pedites, et equites stipendiarij ad locorũ præsidiũ missi fuere. Altius insuper, et major terror venetos occupavit, nam circa sex millia peditũ Germanorũ repentino tumultu arcem, et pagos Cadubrij sine certamine in potestatẽ redegere, dedentibus se rustris, et Arcis Præfecto. Ex quo continuò trepidissimis nuncijs Bartholomæus Livianus ad hanc provinciã accersitur ex Forojulij; et insuper Francus a Burgo, qui turmã unã scorpionariorũ ducebat, ex vicentino agro, Joannes Bs Brandulinus, et nonnulli alij equitũ, et peditũ ductores; sed et per universũ agrum Tarvisinũ virorũ delectus habetur,

tanta hominũ festinatione, et properantia, ut per insaniã, ac furorẽ omnia agi viderentur; ea vis terroris, et im=
peritiæ militaris existit. Sed non omninò vanus fuisset timor, si ea militandi peritia fuisset in Germanis, quæ esten sta=
tis; varius erat mortaliũ animus; alij de deserendis oppidis, et fuga cogitabant, alij de fuendis; spes, et timor horũ
pectora varie versabat. Interim Bartholomæus Livianus, et Georgius Cornelius Legatus validã manũ equitũ,
et peditũ in agro Bellunensi coegerant; non minorẽ, sed omninò imbecilliorẽ ex agro Forojulienssi Utini Profe=
ctus habebat, quam per montes Carneos haud longe ab exercitu Germanorũ duxerat. Profectus Forojuliensiũ e=
quitũ Franciscus Brunavacca; medius ergo inter duos exercitus Germanus erat, et tutũ sese arbitrabatur mon=
tiũ asperitate, et nivis copia. Bis in die a Bartholomæo ad Franciscũ, et a Francisco ad Bartholomæũ per occultos
montiũ tramites dabantur litere, quibus quid cuiq. agendũ esset, noscebatur. Magna interea omniũ expectatio
ne intelligi desiderabatur, qualis futuri certaminis esset exitus; manifestum namq. erat, Liviani cum hostibus
manus conserere velle; quod si illi victores fuissent, tàm militũ, quàm subditorũ animi ad bene in futurũ de hoc
bello sperandũ, et audendũ erigerentur, sin minus, omnia in deterius procederent. Triduo ante die prælij
ex Germanis circa tria millia cum ingenti præda domũ reversi sunt; secundus Martij dies horas tertias a nris
imperatoribus ad aggrediendũ utrinq. hostes constitutus est; Coterũ Liviano cum suo exercitu iter per breve,
sed difficillimũ peragendũ erat, quod antea (ut prudentiã Imp.r decebat) cum nonnullis ejus loci peritis magna
cura exploraverat. Sed ante diẽ prælij hunc inter militũ duces ordinẽ statuisse Livianũ fertur: ut in fron=
te cum septingentis peditibus strenui viri Petrus a Monte, et Raynerius a Sasetta cum Malfato, primas prælij
partes exequerentur in cornu dextro, Carlinus, & Bato cũ sexcentis peditibus intrarent in sinistro, Lactantius cũ
sexcentis, milites Liviani, et Pandulfini extraordinarij, ubi res magis exigeret, adessent, equites Cataphracti om=
nes propè peditũ sinistrũ cornu in armis essent, Francus Burgensis cum scorpionariorũ delecta manu hostiũ
dextrum, Liviani, et Pandulfini scorpionarij sinistrum latus percuterent, milites orientales ex omni parte hostes
adorirentur, Rnea instrumenta ad peditũ dextrum cornu essent. Hoc constituto inter Duces ordine; Liviani
in hoc prælio imperatoris officio fungentis jussu edictum capitis pœna præconis voce propositũ est; ne quis ordinẽ
exiret, neve pedẽ referret, et qui referrentẽ viderit, et occiderit, magnum consequatur præmiũ: ad hoc si quis metu cer=
tamini interesse nollet, impune illi abire liceret; preterea qui ex hostibus aliquẽ captivũ faciat, aut bona diripiat pœ=
na sit, qui secus fecerit laqueo suspendatur: quicumq. insuper hostiũ caput retulerit, aureo donabitur: ad hæc si cui
jus militis equus in certamine mortuus fuerit, prætiũ illi dabitur, deinde ut quisq. strenuus se in hoc prælio gesse=
rit ita, dũ vivat, certũ illi constitueretur præmiũ, et stipendiũ. Calendis igitur Martijs jubet Imp.r milites ante so=
lis ortum cibũ capere, et dimissis in vico zaudo sarcinulis, equos, et arma expedire; diei verò horã tertiã iter capiunt
milites, et die illa tota, et sequenti nocte vix decẽ millia passuũ itineris confecere, tanta erat loci asperitas, et
nivis copia; fame, siti, et frigore vix arma tenere poterant. Tandẽ post maximos labores ante lucẽ in pagũ vallẽ
perveniunt, qui locus mille passus ab hostibus distabat. Ibi et equos, et corpora curant. Interim stratiota quidã,
dũ temerè excitat ignẽ, ut cœpe calefaciat, casa accenditur, deinde in flammã transit, quod incendiũ nostros pa=
cul dubio servavit, et Germanos perdidit. milites enim dũ ad ignis rumorẽ concurrunt, videntur longè complures
ardentes faces, quæ res primùm incertos habuit, quid nã esset; posteà brevi cognitũ est, hostes esse; nam fugam
arripiebant Germani, quia pridie Forojuliensiũ exercitũ viderant, et cum velitibus leve certamen contraxe=
rant, et Livianũ ab alia parte omninò timebant. Quare conclamatũ est ad arma, et vix equos ascendere, et ar=
ma capere nri poterant, cum haud longè hostiũ exercitus aderat; sed forte fortuna inter Plebẽ pagũ, ubi castra
metati erant hostes, et vallẽ erat planities duorũ stadiorũ. Ibi nri milites cum hostibus primo manus conserere
cœperunt, non eo ordine, qui datus erat; nam instruendi tempus deerat, et nondũ frequentes convenerant, sed
ut quisq. veniebat, ita in hostes ruebat: Lactantius, et Raynerius a sassetta cũ suis cohortibus primi hostes oppu=
pare, stratiotæ, et scorpionarij a latentibus, et a tergo hostes invasere; illi haud timidi resistunt, et dũ montẽ
capere nituntur, nec possunt, quia pedites nri illis viriliter resistebant, pedẽ referre properant, sed tres ex Livia=
nis militibus, qui fuere Basilius a Ripa, Galeatius Rapetta, & Gradilus, cataphractis equis in initio pugnæ per ho=
stium agmen bis transierant, ut ordinẽ perturbarent; At postea quã plures cadere sagittis incipiunt, nec montẽ
capere, neq. in castra, undiq. a nris circumventi, se recipere posse vident, et jàm eorũ imperator inter primos pu=
gnans ceciderat, abiectis armis pacẽ orant, sed neminẽ captivũ fecere milites, ita enim jusserat Livianus, ve=
rum multo plures inermes quàm armati interfecti fuere. Hæc cladẽs aliquantulũ Germanorũ tumidos animos
fregit, nam mille, et octingenti eo certamine ceciderunt, cœteri per montes dilapsi, qui ferè omnes frigore, et fame
periere, ex nostris verò quatuor; sed magno adjumento fuit nris, et hostibus detrimento, quod Itali pedites multò lon=
giores hastas habebant. Paulo post Forojuliensis exercitus supervenit, et sero; nam ante horã tertiã, quæ adorien=
dos hostes statuta fuerat, et cœptum, et finitũ prœlium fuerat. Hanc inhumanã crudelitatẽ alij vitio dare, et sum=
mo

perè

peré detestari, alij propé necessariũ existimare, ut terror barbaris incuteretur, esseq. sibi rem cum viris, et non
foeminis (ut ipsi prædicabant) seirent, ob eãdq. intra fines suos manerent, nec provocarent in pace, ac ocio vivere cupi-
entes. Legatus, & Liv[i]anus post delectũ exercitũ prohibuerunt velites incursiones in hostiũ agrum facere, contenti suos
tuari fines, et propulsare injuriã; nam venetj optabant pacẽ, et inviti cogebantur ad hoc bellũ. Secundo die, post adeptã
victoriam Arce potiti sunt nri, dedentibus se hostibus; ibiq. Carolus Malatesta saxo cecidit, et nonnulli alij milites æneis
instrumentis occubuere, nam his arcẽ oppugnare nri adorti fuerant. Prædã etiam ingentẽ fecere milites, quia totius
ferè Cadubrij bona in Arcẽ collocata fuerant, horiẽs tantũ incolumes ex ea dimissi fuere. Post hanc victoriã Barthol-
omæus Liv[i]anus magnus, et clarus imperator haberi coeptus, eximiã illi belli gerendi artẽ inesse apud omnes
dici, et bonã dam̃q. fortunã in singularẽ virtutẽ trahi, gratũ ex omnibus ductoribus eũ maximè venetis esse, nam
cius victoriæ centũ aureis donatus fuit. Interim Senatus ne ingratus ergà jàm benemeritũ de Rep.ca ven.a Ductorẽ
videretur, mille aureos continuò dono ad Barthol.um misit, septem insuper millia, quæ senatui debebat ei remis-
sa sunt, Præfectusq. omnibus venetis copijs, suppresso imperatoris nomine, quũ Petilianus Cos. jamdudũ impe-
rator esset, quadringenti insuper equites additi sunt sexcentis, quos ductabat. Compositis in Cadubrio rebus, muni-
tisq. ex sententia locis omnibus, qui muniendi erant, additisq. firmis presidijs, relictoq. in arce Joanne Fus-
careno patritio ven.o viro impigro ad omnia audenda, et providenda, in agrum Tarvisinũ ex montibus Bel-
lunensibus deduxit Gubernator, et interim Conegliannũ, et Sacilli oppida, ut reficerentur, vicatim distributus
est, ibiq. per aliquos dies stativa habuit, lustrumq. in campo Arido universi exercitus fieri coeptũ, et stipendiũ
ex fide militibus solutũ est. Exactis nonnullis diebus pedites omnes Portilias missi fuere, et Legatus nuncios ad me
misit, ut sibi ædes pararem mobiscum per aliquot dies futurus. Tunc verò Portusnaonienses nobis vium sibi, suisq.
retus timere, et jàm actũ de se existimare; at Simon Angerspoch Præfectus oppidi hortari cives, et populũ oẽ
coepit, ut bono animo essent, neq venetorũ timerent exercitũ, si viri esse vellent, frustra eũ oppidi suscepta-
rum oppugnationẽ, imò cum dedecore, et clade illinc recessurũ, brevi q. fore, ut exercitus magnus ex collusione
efferatarũ gentiũ in Forumjulij regis nomine adventaret, universumq. venetorũ imperium, præter mari-
timas urbes, in potestatem redigeret; literasq. in medium proferebat notis scriptas, et cottidie cõmentitias afferebat
epistolas maria, et montes pollicentes, jamq. ferè cunctis persuaserat, ut omnia extrema experiri mallent, quàm
sese hostibus dederent; sed quo dies ad nos venturus erat Legatus, et illi obviam honoris gratia processerat, frequi-
dium nuncijs, alijs super alios ab Andrea Lauredano Præfecto utini accersitur Legatus cũ exercitu. Nam per ex-
ploratores cognoverat, magnũ hostiũ exercitũ Cormoni, et Goritiæ esse. Ea nocte igitur, omisso Portusnaone,
ex senatus tamen mente, pedites moventur Spilimbergũ versus; moventur et equites ex Sacilio, et Brugnaria,
necnon et Liv[i]anus cum Legato, qui Sacilli erant; Instrumenta etiã ænea longo sequebantur ordine. Ea nocte
exercitus Spilimbergi, et in circumjacentibus pagis stativa habuit; sequenti utini, et in propinquis vicis; et jàm
Lauredanus resciverat per alios exploratores falsũ sibi fraude hostiũ relatũ fuisse, Legatumq. adventantẽ de-
tota re certiorẽ fecerat; at ille coeptum iter persequi decreverat. Sed, ut verũ fatear, in hac expeditione, dũ oppi-
dorũ regis Præfecti ferociores verbis, quàm viribus, et armis extitissent, Regi, sibiq. et oppidanis cladẽ ingentẽ
peperere. utini inter Liv[i]anũ, Georgiũ, et Lauredanũ consultatũ est, quo loco castra metari deberent; utin
tempore si res exigeret utino, Cividato, et venciono subsidium ferre possent. Tricesimus ergo Castellũ cũ vicis de-
lectus est, ut locus idoneus magis, et medius inter superiora oppida; ibi majorẽ partẽ quadragesimæ duxit exer-
citus, quẽ etiã ad imaginẽ veræ pugnæ, ne ocio torpesceret, in patentibus campis magna spectantiũ delectatẽ
concurrere fecit Liv[i]anus, miramq. in instruendis aciebus se artẽ habere cõmentitia illa pugna declaravit. In-
terim inter Venetos, et Regẽ de pace agi coeptũ est, sed quia non placebant conditiones cessatũ est. Milites Ger-
mani, qui Cormoni, et Goritiæ erant, pagos quosdã Cividati, et montisfalconis temerè depredati sunt. At Barthol.s
hac provocatus injurias, et quia otij impatiens erat, majorẽ ex hostili agro prædã per velites abegit, admonuitq.
Præfectos Cormoni, et Goritiæ, ut desisterent deinceps ab injuria, alias non pagos amplius, sed ipsa se oppugnatu-
rum oppida. Dum hæc in Forojulij agebantur, Castrumbarcũ apud Tridentũ oppidũ ab Germanis summã vi æneis
machinis oppugnabatur, et expugnatũ fuit tandẽ, quod Castellũ veneto tenebatur præsidio, funditusq. destructũ
est; Hac, atq. alijs provocatus iniurijs senatus venetus, suamq. sibi patientiã obesse, ac calamitosã esse sentiens,
non ultra differendũ ratus, Liviano Trĩs imperat, ut Cormonũ quamprimũ expugnet; ille brevi mandata exe-
cutus est, admoto igitur exercitu, et æneis instrumentis, quibus moenia disjecta fuere, intra triduũ vi captũ
est oppidũ munitissimũ natura, et hominũ copia, Arce tamen deditione potiti sunt. Sed viri illi omninò imbelles,
et imperiti rei militaris erant. Expugnatum est igitur Cormonũ 4o. die mensis Aprilis cura, et peritia imperato-

ris

ris, ac virtute peditum, totumq. prædæ datũ est, quæ excessit pretiũ quinquaginta millium aureorũ; nam non bona tantũ diripuerunt milites, verumetiã homines captivos fecere, nonnullisq. tormentis satis inhumanè, et crudeliter ab eis pecunias extorsere. Sed quæ ad milites, anteaquã ad oppidi oppugnationẽ duxisset illos, verba habuerit Præfectus, operæ pretiũ est hic referre.

Veteri imperatori apud veteranos milites pauca verba facienda sunt, tantũ in præsentia admonendi estis, viri fortissimi, et comilitones mei, quale oppidũ oppugnaturi sitis, et a quibus tueatur. Ditissimũ est, et quale vobis post gloriosã illã nrã in Cadubrio de hostibus victoriã pollicitus fui. Tuantur autem id rustici, quorũ neq. in tuendo, neq. in oppugnando ulla existit virtus; mœnia autem oppidi ita humilia sunt, ut et fœminis accessibilia essent, nedum vobis, qui altissima ascendere usu, et virtute vrã consuestis, quibus, in quã, nihil in vrio est, quod homini possibile sit. Cras ad oppugnandũ oppidũ vos ducã, cras et in potestatẽ illud redigetis, diripietisq; ni falsam de virtute vrã spem concipiã; et onusti tandẽ prædã, ad novã prædam, et majorem vos ducã; ad Goritiam videlicet, oppidũ nobilissimũ et ditissimũ expugnandũ, nec non et ad Tergestũ, quorũ præda dites omnes, beatiq. eritis.

Hac potitus victoria Livianus, plusquã mortalis timeri cœptus: credere illi in manu fortunã esse. Inde motis Castris Goritiã versus ire parat; sed Georgius Cornelius Legatus alterius sententiæ erat, hacq. de re trãs ad senatũ dederat; nam quia magna pars peditũ præda onusta dilapsa fuerat, ideo in præsentia differendũ esse reputabat, donec peditibus augeretur, et munireture exercitus. Livianus verò in re militari usu, et scientia peritius utendũ esse victoria, et felicitate asserebat, dũ territi essent hostes Cormoni captivitate, et direptione, nec cessandũ esse in tanta opportunitate, et occasione ajebat. Quare quamprimũ in Sontio amne pontẽ curribus planis superimpositis, fieri curavit, ut pedites cõmodè flumen transire possent: equites sine molestia vada superarunt, instrumenta verò ærea magno bovũ numero in aliã ripæ partẽ transducta sunt; nam pons Sontij amnis cũ Turri in hostiũ potestate erat. At Bartholi, cujus nullo labore, neq. corpus fatigari, neq. animus vinci poterat, die quo traduxit exercitũ, antequã ullã caperet, Turrẽ, et pontẽ vi aggressus est, et tertio die in potestatẽ redegit; deinde ad Goritiã expugnandã animũ convertit, nec diu, noctuq. ab oppugnatione destitit, donec tormentis turres, et magnã murorũ partẽ dejecerit, ac septimo die a Cormone capto, non sine sanguine tamen, ad deditionẽ compulit. Hoc oppidũ celeberrimũ habetur, quia janua Italiæ est, natura, et mœnibus munitissimũ, virorũ copia, et robore, ac cæteris rebus, quæ necessaria erant ad tutelã, et obsidionẽ perferendã abundans; Quinto vero die postea arce deditione potiti sunt Venetj, magnas pecunias datas militibus, qui in arce erant. Præfectus erat quidã Andreas Liethestein, vir in armis admodũ strenuus, qui arcis claves ultrò Præsidi Andreæ Lauredano, qui tunc Goritiæ cũ decem millibus armatorũ erat, et horũ Forojuliensiũ, tradidit. Capto Cormono, Portusnaonienses cladem illã territi ad deditionẽ spectare cœperunt; quare et Venetias, et in Castra ad Cornelium nuncios misere, rogantes, ut sese in deditionẽ acciperent; sed qui Venetias petiere ad Legatũ remissi sunt; qui verò ad ipsũ profectus est, quia non libere omnia in manu, et potestate ejus ponebat, minacibus verbis rejectus est. Tunc cives prospicientes quantũ sibi, suisq. rebus periculũ imminere, et inopes consilij pro veteri amicitia, quæ mihi, meisq. majoribus cum illis fuit, ad me confugiunt, consiliũ, et auxiliũ expetentes; Ego adversa amicorũ fortuna motus, cum nonnullis ex civibus in Castra ad Legatũ profectus sum, a quo benignè suscepti fuimus; & cum Pompejus Richerius unus ex civibus nomine omniũ Portusnaoniensiũ libere castrum, homines, et bona sua in Legati fidẽ, potestatẽq; tradidisset; tunc Cornelius ne liberalitate, et humanitate, qua insigni inter cæteros patritios præditus est, vinceretur; nomine Reip. Venetæ eadẽ omnia præter Castrũ Portusnaonensibus donavit; quibus Joannes Fuscarenus, de quo supra meminimus, præses datus fuit, vir justus sanctæ humanitatẽ, et liberalitatẽ præditus, quiq. universo populo gratissimus exitit. Post arcis Goritiæ deditionẽ mota sunt Castra Duinũ oppidũ versus, cui præest Gaunix Giesterer, et quarto die in deditionẽ venit, qui fuit. xxvi. Aprilis. Non cessandũ in tanta opportunitate, et felicitate, ac prospero rerũ cursu ratus Gubernator continuò castra movit Tergestũ versus; sed in itinere haud longè a Tergeste Turrẽ quandã bis adorti sunt pedites, tamen duris injussu, oppugnare; bis irrita fuit oppugnatio illa virtute Jacobi Bacchini præfecti, verum quia res indigna visa fuit, quæ æneis tormentis oppugnaretur, Tergestũ cum exercitu profectus Dux sub mœnibus castra posuit, coronaq. oppidũ cinxit, et oppugnare terra mariq. adortus est tanta tormentorũ vi, et copia, ut intra triduũ, qui fuit sextus Maij, magna murorũ parte destructa, in deditionẽ venerit. Mulcta Civitati indicta quindecim aureorũ millium. Capto Tergeste, firmoq. munito præsidio, exercitus Goritiã, Cormonumq. in statiua dimissus est; velites tamen cũ cohorte una peditũ multa ignobilia oppida ad deditionẽ computerunt, nonnulla etiã vi coeperunt, quæ omnia prædijs

sidijs munita fuerunt, verum ex his cum quædam postea rebellassent funditus igni, et ferro deleta sunt. His diebus in deditionem venit Agreste oppidum, apud lacum Benacum situm, per aliquot tamen dies oppugnatum, quod erat in partibus Maximiliani, et Rippa oppidum venetorum juxta eundem lacum frustra a Germanis imperitia rei militaris oppugnatum fuit: A nrō vero exercitu Petra Tridentini agri oppidum, non imperitia, verum seditione, quæ orta est inter Hispanos, et Italos, imō (et bis sub eadem eruptione pugnatum est) dolo, et fraude Hispanorum, qui in venetorum exercitu merebant, quos neq. retinere, neq. expellere sine pernitie poterant; nam Triultius favebat illis. sed Stratiotæ, et scorpionarij equites, ut in Forumjulij revertar, tantam animalium prædam ex hostili agro duxere, ut quinquaginta millium numerus cujusq. generis excessisse videatur; quæ præda venetis, maximè indigentibus carnibus ob obsessa ab hostibus ex Pannonia in Italiam itinera, aliquantulum profuit; sed in ipsis incursionibus nonnulli scorpionarij desiderati sunt, quia nimia secunda nri exercitus fortuna eos negligentes fecerat. Sic in hostili, tanquam in pacato agro somnum securi capientes oppressi fuere; vexilla sex adempta, sed hanc contumeliam brevi rependit illis Livianus vicum cum oppido ferro, igniq. tradens, in quo injuriam acceperat. Et si in triennium paulo post inter venetos, et regem factæ fuerint induciæ; prius tn quàm brē hac de re Gubernatori redderentur, eadem provocatus injuria, Pustoinam oppidum munitiss.um, apud quod cladem acceperat ab eo captum est, magnoq. præsidio firmatum; nec ausus est hostium exercitus, quamvis numero major, cum nrō congredi; et hic quantum in re militari præstaret Livianus manifestè ostendit; Nam plures colles, qui propè hostes erant, nocte paucis occupavit militibus, quæ res aperta luce hostibus magnum incussit timorem, nam multo plures numero videbantur, et idoneos coeperat locos, ut neq. inviti cogerentur ad pugnam, et si manus conserere vellent, plures a paucis vinci possent. Hæc terra gesta sunt. Mari verò Hier.s Contarenus patritius venetus, cognomento Grillus, vir qui diu in mari versatus fuerat, et multa præclara facinora magna cum laude gesserat, in hoc bello classi præfectus est. Hic cum nonnullis triremibus Tergeste, et Flumen oppida diu obsedit, ne ex Italia comeatum milites, aut pecuniam acciperent; et nonnullis diebus post captum Tergeste Flumen in deditionem venit, sub ipsis inducijs, quæ interventu Georgij Epi Tridentini factæ fuere. Donatus est a venetis Livianus Portunaone oppido nobili, Feudi legibus, nonoq. die julij venetijs magna populi frequentia sum̄a cum Civitatis lætitia de Germanis triumphavit. Ingentia insuper accepit munera a Senatu; restitutumq. est his diebus Germanis Postoina oppidum, quoniam intra tempus induciarum in deditionem venerat. justum autem hoc fuisse bellum Deus ipse victoria comprobavit.

His prosperis successibus ingenti affecti lætitia Forojulienses oratores quamprimum ad venetos decreverunt, qui gratularentur illis secundam eorum fortunam, et agerent gratias Senatui, quod nullis pepercisset pecunijs, ut tutum ab hostibus solum Forojuliense redderet; et quod plus insuper est, dedisset operam, ut oīa hostium oppida, quæ intra viscera erant, et inimica illa quidem in potestatem redigeret, ut in perpetua pace, et ocio liberati tandem hostili metu Forojulienses vivere possent. Nec ipsi modo, verum et universa regio Veneta; et ut quondam Aquileja propugnaculum Romanis contra barbaros fuisset, ita et venetis Goritia fore, quam nunc maximo sumptu inexpugnabilem redderent. Addiderunt et illud oratores, ut qua fide cujusq. ordinis viri in hoc bello suam præstitissent operam, eandem et in reliquis (si opus foret) promptè exhibituros. uno semper tenore Forojulienses Remp.ca venetam coluisse, nihilq. antiquius duxisse, quàm illi in omni re gratificari, et venetum nomen semper pro numine in terris habuisse. Ad hæc docuerunt Senatum, quanta fide, industria, et integritate suam in hac expeditione præstitissent operam, Georgius Cornelius legatus, et Andreas Lauredanus utini Præses. Præterea Livianum imperatorem miris extulerunt laudibus, quod nullis laboribus, nullis vigilijs, nullis deniq. periculis pepercisset, ut Venetorum imperium propagaret; et deniq. talem se in hoc bello exhibuisse virum, ut dignus sit, quem Resp.ca ven.a omni prosequeretur honore, et paterna deniq. benevolentia, et charitate amplexaretur.

DE MARANA OPPVGNATIONE & OBSIDIONE.

Quoniam juvat, ac delectat posteritatem præterita noscere, ut in illarum cognitione, tanquam in speculo contemplatus homo prudentior fiat agendis in rebus, et cautior; discatq. quid sibi in hac vita amplectendum, quidve fugiendum sit. Ideo cupiens ego bene de posteritate mereri, ad scribendum, quamvis humili stylo, Marianam oppugnationem, et obsidionem me contuli; quam brevi oratione perstringam, ne longiori legentibus tædium pariam. Neq. ex sermone meo aliquem laude, ac vituperatione dignum existimetis, velim; sed ex eorum operibus, quæ fide omni referrentur.

Post restitutam a Venetis Germanis Goritiam, et vi, vel metu potius hostium amissa Urbicula, oppido ex omnibus Forojuliensibus munitiss.o, veneti oī studio, fossa, aggeribus, ac propugnaculis Maranum oppidum situm inter paludes juxta mare Adriaticum munire conantur, omnemq. spem retinendi Forumjulij in oppido illo sitam habere; nec vana eorum erat cogitatio. Nam mari vel invitis hostibus comeatum, et præsidium quandocumq. in oppidum

ferre

ferre poterant; quod cum hostes animadvertissent, nec vi ulla expugnari posse tã nobile oppidũ, mira illius habẽ di cupiditate illecti ad fraudes animos verterunt. Pagus erat nomine Mortejanus, distans a Marano passuũ decem millia, in quo sacerdos erat Bertolus nõie, ejusdẽ loci incola, vir ingentis animi, cui ob maximã familiaritatẽ, quã cũ Alexandro Marcello Præsidi oppidi habebat, quandocumq. die noctuq. introeundi, et exeundi oppido dabatur facultas, quod cum ad hostes defecisset præstiter, grandi illi mercede statuta, convenerunt, ut tali nocte, et hora præsto essent milites Germani; nam in oppido nullũ præter oppidanos præsidiũ erat. Quare cum nonnullis rusticis ejusdẽ vici, quibus nomen Venetũ invisum erat, cõmunicata; nam in pago illo veneti alij, alij Austriaci existunt; ad Præsidẽ die statuta cum socijs sacerdos pervenit, et cum magnã partẽ noctis in ludis, et comessationibus cũ eo admodũ juvene consumpsisset, ex more repetendi domũ veniam petijt; cui nihil suspicans dolo concessit præses. Precedit presbiter ad vocandos milites, subsistunt ad portã rustici, aliãq; alicã more cũ janitore inveniendo causam, et cum appropinquare jam Germanorũ exercitũ viderent, interempto custode, qui portas claudere studebat, intra oppidũ recipiuntur hostes. Hujus exercitus imperator tunc erat Christophorus Madrutius Cos vir consilio, et manu apprimè promptus; direpto itaq. oppido, in quo non mediocris præda fuit; quoniã complures Goritiensos tanquã in locũ tutũ bona sua illuc contulerant, relictoq. ibi præsidio Goritiã versus cum exercitu revertitur Christophorus. At Veneti postquã Maranũ in hostiũ potestatẽ pervenisse acceperunt, continuõ omni studio terra, mariq. in media etiã hyeme illud oppugnare contendunt. Classi præerat N. terrestri verõ exercitui Petrus Baldasar Scipionus Senensis, ingenio, ac lingua, quã manu promptior. Duo in oppugnatione illa præcipuè agenda fuerant; unũ prohibere, ne terra Germanicus exercitus oppido auxiliũ ferret (quod facilè fuisset præstare ob hostiũ paucitatẽ) alterũ, ut classiarij milites oppidũ aggrederentur. Navarunt illi quidẽ operã suã diligentissimè et summã vi oppidũ adorti sunt, at Scipio cum per exploratores manifestè accepisset Germanicũ exercitũ adventare, ut Marano subsidiũ ferret, metu (ut fertur) relicto exercitu ad classẽ, aliam atq; aliã ignominiosa abitionis suæ causã simulans, se contulit. Acerrimè res gerebatur, et plures ex nris æneis instrumentis cadebant: interim jam hostiũ exercitus paratus ad pugnã aderat, et nr̃i sine duce manũ conserere non audens ultimũ versus fugam arripuit; quod cum Germani animadvertissent, celeri cursu Maranũ citer tendunt, et ingressi oppidũ, per aliã egrediuntur portã, et nr̃os milites oppugnantes oppidũ invenientes adoriuntur. At classiarij, visis hostibus, id quod erat, subsidiũ oppido adventare rati fugã arripiunt; in qua, et oppugnatione mille fere hoĩũ desiderati sunt. Re infecta, relictis hostibus duabus triremibus, et nonnullis cimbis cum aliquibus æneis instrumentis ad destruendos muros, reversa est cum detrimento, et dedecore Venetias classis. Quarto deinde mense iterũ ad oppugnandũ Maranum terra, mariq. exercitus a Venetis missi sunt: consilio præcipuè Hier.i Savorgnani, cujus tamen sententia erat Barthol.i Livianus imperator Venetæ Reip.ca Generalis, et in re militari peritissimus asserebat enim nullã spem, nisi in obsidione esse, et hanc quoq. differri posse; instare majora, quibus in præsentia occurrendũ esset; et si obsidionis provinciã venetis aggredi placeret, modicus pecuniæ id agi posse; nam arcendos esse tantũ comeatus, et cum ad inopiam redactũ fuerit oppidũ, tunc intra triduũ ad sumũ illud se expugnaturũ sine hominũ pernicie promittere, vel sponte potius sese dedituros oppidanos credere. At contra Hier.i mavia, et montes venetis pollicери, se intra octavũ diem sine dubio vi oppidũ capturũ, si sibi necessaria ad expugnationem expedirentur, quod si ante verba rem ipsã, ante rem diligentius quoq. exitũ considerasset, nunquã hoc dixisset Hier.i nam multũ interest domi, an foris bellũ geras, lingua, an manu; facilè crediderunt veneti optantes maximè oppidũ in ditionẽ suã redigere; tũ quia maritimũ, tũ etiam quia in venetiarũ penè portis existeret; ob idq. sibi in mercatura, et comeatibus Venetias vehendis maximo detrimento foret. Mandatur itaq. a Venetis hac provincia Hieronymo, qui per trãs quam celerrimè ad sex millia delectorũ rusticorũ ex Patria convocavit ad cingendũ aggeribus, et propugnaculis oppidũ; quod opus vix intra mensẽ, magna hoĩũ clade perfectum est; nam singulis ferè noctibus eruptione pugnabant oppidani, et interdiu sclopettis interimebant homines. Pedites stipendiarij, quorũ plures erant cohortes cum ducibus suis viris strenuis, et rustici fuebantur aggeres; equites longè ab oppido custodiebant itinera, ne ex improviso exercitus nr̃i, qui Maranũ oppugnabat, ab hostibus ex una, ab oppidanis ex alia aggrederetur parte; Mari quoq. numerosa classe arcebatur præsidium, cui præerat Paulus Capellus. Interim et comeatũ in oppido, et pulveres ad sagittandũ sclopettis deficere. Interea pluries per nr̃os tentatur deditio, magnis propositis præmijs; negatur per oppidanos, et milites, tandẽ comeatus inopia ad esum equorũ cogũtur. Quis hic, et militũ, qui Bohemi erant, et oppidanorũ constantiã non summis efferat laudibus? et dignos eos omni honore, et præmio existimet? qui non mortis metu, non famis, non argento, aut

auro

aure a fide amoveri potuerunt; Pulchrū certe mortalibus exemplū. verū per nuncios, et trās hortatur milites et oppidanos Imp^r Maximilianus ad oppidū strenuē tuendū, datq. fidē se ante diē Corporis Xpi illis subsidiū missurū. Interim de hostiū adventu per exploratores habetur, ex quo per Joannē Victuriū patritiū ven.^s virū impigrum, et tunc Legatū in castris agentē, equitū, et peditū ducibus convocatis, et precipuē Joanne Paulo Manfrono exercitus Gubernatore, invicē consultant, an pugnandū sit cum hostibus, vel non: qua ex re suis, hostiumq. viribus diligenter considerātis, magno āco certā sibi victoriā pollicentes, pugnandū esse decreverunt, et quod interim Fr Hieronymus ab obsidione non recederet, imō oppidū omni aggrederetur vi; Nam nōnis in castris ad hominū duode cim millia erant cum tribus, et triginta prefectis, in hostiū verō tria. Verum cum appropinquare hostiū exercitū paratū ad proeliū intellexissent milites, noster equitatus nullis hortationibus, nullis minis ducū potuit, ut cum illis manus consereret, imō cessit loco, et terga dedit, quē secuti sunt pedites. Hoc enim pacto a Marana obsidione, magna hominū, et pecuniarū jactura, post duos menses cū ignominia recessū est. Nulla ergo amplius spes in multitudine, sed in virtute ponenda est. Hæc igitur res et hostibus animū auxit, et nōis minuit, prudentioresq. Germanos in futurū ad muniendū, et custodiendū Maranū ex hac una oppugnatione reddiderunt Venetī, dū imperito Hier.^o quā sapienti imperatori, plus credere voluerunt. Nonnulli tamen ducū discordia irritā fuisse oppugnationē referunt. Hæc sunt, quæ de Marana oppugnatione, et obsidione habuimus.

DE AQVARVM INVNDATIONE in FOROJVLIO. MDXXI.

Epla

Ejusdem Comitis Jacobi Purliliensis.

Ad D. Joannem Marium Presbiterum.

Qur diu in humanis existis, necesse est eum multa videre, quæ nollet. Superioribus annis maximā aquarū inundationē in agro Forojulienſi, & Tarvisino cum ingenti mortalium jactura vidimus, & contristati sumus. Presenti verō anno. MDXXI. in mense octobris tanta aquarū copia fuit, ut hæc clades longē illas superiores vicerit. Nec inferiora solū loca hanc sensere calamitatē, verum et Montana; et vereor fortasse ne universa Italia tantum hoc malī passa sit. Quare quid istic Romæ contigeris, scire abs te cupio. Vale.

Idem

Ad Compatriotas.

Licet mihi vobiscum, Compatriotæ mei, interitū communis Patriæ, antequā cereat deplorare; neq. de hostibus, aut barbaris, quorū manus evadere difficillimū erit, me loqui credatis; verum de aquis, quarum impetū magna jacturā presenti anno sensimus. Nec ulla alia causa hoc evenire sciatis, nisi quia montana nemora, quæ nobis validissima contra aquarū impetū propugnacula erant, quotidiē lignorū inopia incidūtur; nā Forijulij plana loca tota agricaturæ tradita sunt. Quid ergo obstat, quominus aquis submergamur? si ad veneros res deferretur, negabunt opem, quia plurimū urbs eorū carbonibus indiget. Si ad Generale Patriæ Colloquiū, nihil agetur, nam sine igne vivere non possumus. Videntes ergo, et scientes perimus. Veh oppidis juxtas Liquentiā sitis, nulla ratione, nullo consilio aquarū impetū evadere poterunt. Valete.

EXPLICIVNT OPVSCVLA JACOBI COMITIS PVRLILIARVM.

Item

Ejusdē Epistola *Ad Utinenses.*

Urbs vestra, Viri Utinenses, Dei Clementia bellorū assiduitate in fantā, ædificiorū copia, magnitudinā pervenit, ut jām inter nobiles Italiæ Civitates facilē connumerari possit: superest modo, ut civilibus eā moribus augeatis, et ornetis. Sed nullū, mihi credite, majus ornamentū urbi vrā, majusq. decus accedere potest, quā scientiæ literarū; quæ solos homines, et urbes immortales reddunt. Perijt olim Aquileja Italiæ caput, Rufini tamen, & Galli monumentes celebre ejus nomen per universū orbē habetur, et veneratur. Idcirco facilē consequemini, si ex universa Italia viros eruditos multi parentes pecuniæ ad erudiendā juventutē vrā in omnibus liberalibus artibus conducatis, jām apud Italos, quām apud Germanos ex hac re gloriam ingentem Civitati vestræ consequemini. Imitamini Venetos, qui, a paucis annis citra, hoc animadvertentes viros eruditos in preceptores juventutis suæ in omni scientiarū genere habuere, illisq. omni studio incubuere,

cum

cum tamen peculiares eorũ sit, majorumq. suorũ mercaturã exercere, qua sola ad tantã magnitudinẽ pervenit, ut alter orbis nominetur. Hinc Justiniani, hinc Barbari, non Venetæ urbis tantũ, verùm totius orbis terrarũ ornamenta provenere. Ad omne insuper scientiarũ genus adipiscendũ ingenia ipsa cæris clementiæ, & bonitate optima, & habilia vobis existunt. Hoc ex Joannis Candidi civis vestri, et Augusti pæsæ eximijs monumentis facilẽ conjectare licet; & præcipuè ex historia illa Aquilejensi, cujus elegantj stylo, & gravitate illustratã est Patriarchæ: stra, ut de ejus interitu amplius non sit verendũ. Omitto tot clarõs jureconsultos, quorũ copia, ac scientia cum omnibus Italiæ civitatibus certare potestis. Superest ergò tantũ, ut velitis; velle autẽ omninò debetis, si ratione, et non appetitu vitiõ ducitis. Quum vos ad tam egregiũ facinus hortor, rem meã ago, nam et compatriota vester sum, & cõmunis Patriæ laudis, et imõrtalitatis cupidus.

NICOLAI CANVSSIJ IVLIEN.
DE RESTITVTIONE PATRIAE LIBRI DVO.

PROLEGOMENA.

JO.S JOSEPH LIRVTI NATALIS F. NEPOTIBVS.

Parvulis hisce libellis pauculæ præfanda. Occasio Nicolao Canussio hæc scribendi fuit, M. Antonij Sabellici eorum, quæ de Utino scripsit (quod Hunniw perpetuò, & Hunnios Utinenses appellat) editio; & insuper vetus æmulatio, quam Canussius noster odij nomine memorat, quæq. inter has civitates diù viguit, & nunc aliqua viget. Utinùm hisce Sabellico vicem retu lisset, patriæq. suæ antiquitatem & decus, ut par erat, asseruisset; remotis fabellis, veràq. histo ria ex genuinis & inconcussis monumentis erutâ, quæ illi ad officiùm suùm implendùm affatim patria lipsana tunc suppeditabant. Ex scriptionis, vel elocutionis genere, poetâ potius, quàm historicùm in Canussio agnoscas: scripsit sæculo. XV.° labente; fato enim est functus anno 1501. 13. mensis Augusti, ut in veteri Ecclia Forojuliensis Necrologio: ubi hæc de illius morte = Nob. vir D. Nicolaus de Chanussio, qui præclarùm opus de Restitutione Patriæ composuit, obijt anno. 1501 = Libellos hosce suis endecasyllabis, quos subnecto, honestavit Quintius Vigentius Æmilianus Vicentinus, agnominatus Cimbriacus, qui tunc latinâ linguâ publicè in Forijulij Civitate profitebatur, ære publico illius civitatis ad id muneris accersitus. 25. Junij anni. 1490. ut ex originali Notulæ manu ipsius Æmiliani, quæ inter alia apud me servatur.

Manuscriptùm, a quo historiolâ descripsi, non longè a scriptoris morte ætatem præsefert, ab amanuense tamen non omninò diligenter & scitè exaratùm. Italica poemata Miutini Julio Canussio Can.° inscripta ætatis sunt, & caracteris posterioris, quæ ne nihil omitterem, transcripsi, ut eramt fronti exemplaris vetustioris imposita -

Al Molto Illrē e R.do Sig.r Giulio Canusio Can.co d'Aquilea Sig.r Ossmo.

Alle memorie Auguste in marmi e in carte,
Alle tante grandezze, ai privilegj
Dicati al gran valor d'huomi egregj,
Che furo alunni di Mercurio, e Marte.
De ricchi alberghi alle reliquie sparte,
Che degne fur d'Imperatori, e Regi,
E unite in meraviglia ebbor tai fregi,
Che trapassaro la natura, e l'arte.
A la seconda terra, all'aria, ai siti,
Ai sacri Tempj, a le dovitie, a tanti
Here di fatti del Roman decoro:
Altro non manca, che'l veder usciti
Gli antichi Heroi da le lor tombe, e quanti
Dicessor: CIVIDAL è il GIVLIO FORO.

Qual pregiato monil di gemme, e d'oro,
Che nel proprio splendor resti sepolto;
Ne si scopra giamai poco, ne molto
La cara vista di sì bel lavoro:
Tal nell'alte sue glorie il Giulio Foro
Dal gran Canusio tuo sì ben raccolto,
Poscia ch'ogni poter a noi è tolto
Di fruir quel, ch'al mondo oggi è un tesoro.
Dēh spiega ormai le generose insegne
Degli Heroi Giuliensi, o Giulio, a cui
Lode non si può dar, ch'aguagli il merto.
Così potrai con queste carte degne
Dar l'ornato alla Patria, a te, e a lui,
Che con la penna si mostro' sì esperto.

Di Emilio Mistino.

QVINTII VIGENTII AEMILIANI POETAE CIMBRIACI EPOS IN NICOLAI CANVSII LIB.
AD

Si vis hosce videre: & ut necessum est:
Dii scitos Canusi mei libellos
Exactim & bene cum pensitare:
Oro te, legito aure submoranti:
Transcursim nequeunt placere, prompti
De sacra Aonidum penu sororum:
Non, ut fit, trivialiter loquuntur,
Sed caste a trivijs procul seorsum:
Quoi linguæ veteres diu Quirites,
Vel plusquam imperio sacro, studebant.
Hoc si feceris: hinc, benigne lector,
Priscas urbis originationes,
Et quæ plus alijs domus nitoscant,
Terraiq. situs benignioris
Quibis sat bene scire, Julienses.
Nec defito fidos; quam ubiq. prostat
. . - - - - - - rumosam
. - - - - - - - . elegans; politus
. - - - - - - . omniū priorum
Quoi si non bene, subsonabit auris,
Jam tuū dispereat male obloquutor
Tymnitu ocius aurium maligno:
Tu vivas decies decem Sibyllas.

EIVSDEM
IN PONTEM JVLIENSEM.

Pontem sublicium diu vetustū,
Nunc stratum scilicet arcubus duobus,
Quem tu sic pedibus premis sedanto:
Quanti, te precor, æstimas locatū,
Aut quot millia curruum tulisse?
Qua nunc materia est fabris fabratus.
Hæc tu cum bene cogitaris. utrum
Auctores superet suos, videto.
Scire hoc te volui, hospes, & valere.

NICOLAI CANVSSII IVLIENSIS
DE PATRIAE RESTITVTIONE. LIB. PMVS.

Marcus antonius Sabellicus de situ Patriæ aggressus historiam, suffragijs totius provinciæ e mendicatis Hunnios nititur illustrare: cum q. antiquitatis omnes illis defieri argumentũ non ignoraret: Julij avitatem apud rerũ primordia inficiatus Aquileya solum participari vetustate profitetur. Ut igitur Hunniũ famigeraret, Juliũ suppressit, ratus defuturũ: qui olim insidias hujus historiæ anoct . . . . . Sabelle: adsum julij alumnus s. . . . . hereditarijs patriæ lacubus: tuæ . . . . . riæ: Quas ipse præteriens obliquatu cervicæ subniervasti. De situ præterea julien. agri: tum alpestri tum campestri opere nrõ alio vicatim discurso: quam Sabelle truncaveras. ea nobis intexta est copia: ut marginis quantitate cũ provinciæ reliquo possit contendere. Nunc ab oppidi antiquitatibus ordiamur.

Cap. 1. Cividatũ oppidũ teste Plinio á conditore Juliũ prisca appellavit antiquitas: Quod ad Natisonẽ contra germanos pro castris julius Cæsar opposuit: cũ effrenæ barbariæ itineris cõmoditate has fauces emensæ crebris incursionibus provinciã lacessebat. Ut autem julij nomen ãmiserit: vi alia nulla, quã bellica cum oppidi excidio, cuiq. constare potest. Nam in novandis ædibus, dum scrobes excavantur: reliquiæ ex triplici ruina oppidũ celebre fuisse testantur: ut alibi marmoreas deprehendimus tabulas Romanorũ nomina cesim inscriptas: Quos accolas fuisse loci; nulla potuit oblitterare vetustas: emergunt alibi pavimẽta lapillis cesim effigiata variegatis romana antiquitãs argumẽta. Alibi artis decus sculptoriæ excisas è lapide vides imagines, vivos homines imitari: Domũ oppidi ambitu nubicumq. terebrato solo, reseraveris ad fabrefactã molẽ conspicis ex multiplici ruina iniqua sepultã. Inq. prædio oppidi antiquo lapideas urnas passim effodimus profanali pompa vetustatis cineres . . . nantes: prædiũ est quoq. præterea sub ipsũ oppidũ hebreo nomini in sepulturã divisim addictũ: quod hebraica perfidia á diluvij desolatione præcipuũ sibi sumpsit religionis constituit: Ibi namq. in epithaphijs vetustissimum omniũ legitur solemni saxo hebraicè excisũ: quod duũ milliũ annorũ seculis ante Christi Nativitatẽ humatũ hoïẽ eodẽ loco indicat extitisse. Superest adhuc ætate nrã longeva antiquitãs exemplũ. Aquileya primordijs comparandũ murus immensæ molis: qui à divi Silvestri phano ducens exordia, ac oppidũ subinde amplectens in occidentẽ, ad Natisonis rupes terminatur: ubi divi Francisci zenobiũ celebre ĩmoratur. Quis Juliũ negaverit Romanã fuisse Coloniam: cum tot antiquitatũ monumentis exuberet? Num decuit hac æmulantẽ Sabellũ vetustatis insignia præterijsse: neq. dispuduit julien. historiã profanasse: cumq. pijs fabulis isse inficias? Restituenda igitur patria est: vel quantũ historica veritas patitur.

II. Deleta Aquileja, Romanorũ inde castris ad Natisonẽ superatis, Juliũ oppidũ diruit Attila: quantũ cronica legimus, vel parcius annotatũ: Juliũ atq. carnicũ provinciaq. reliqua loca passim diffusa, ijsdẽ temporibus verisimile est deperisse, Qñdoquidẽ sub percussore eodẽ Concordia rerum uberrima, desolationis vicẽ incidit in eandẽ. Re itaq. publica ad interitũ cunctim peracta Hunniũ ab hunnis attilæ conductitijs ob cladis ũltis memoriã indelebilẽ tumulo ponitur, a suo primordio inimicũ provinciæ nomen auspicatũ.

III. Absumpta ab hostili clade provincia, rari quippe qui sese ex fuga metu interitus ad alpes interferas contulerant: ab excidio superfuere: quis exterminata ab hostibus patria linquitur. Hi poszea ab alpibus descendentes, intraq. oppidi mœnia, ut hostis julicnsiũ sedes fuerit demolitus conspicati, agrum ipsũ julien. ex arbitrio, nullo imperante, vicatim raro quidẽ loco proexili numero

mero seculis aliquot incoluerunt: atq. usq. adeo hac temporũ perduravit iniquitas: quoad pro incolis ferra: pro Turre quercus annosa: pro domibus dum succenturiarentur. ing. umbrosũ lucũ oppidi facies imũtata, Julium nomen hians exhalaret.

IIII. Attila, rerũ successu ad imperium invitante, cum liberis in eam usq. diẽ secarere, haud equo animo ferret: hereditariæ prolis cupidine delibutus, matrimonio jungitur: ing. nuptiali pompa, inter proceres montis accumbens, ex adultijs cenaũ oppiparũ helluatus: cum inter crapulandũ more barbarico spumosos calices plures ingurgitasset: surgens a cenas potulentus, novæ nuptæ concubitũ petit: ubi crapulæ nimiẽ tate, ac coitus studio, repentinæ mortis insidijs intercipitur: Nam é dormientis naribus sanguinis ẽis hausto fluore, tacitus interijt. Hunni qui eũ eo militiã gesserant cognita morte Ducis, ab Italiæ decedentes in Pannoniã se receperunt: quos Alboinus rex benignè susceptos pro amplitudine regni patriã abunde participavit. Horũ exitũ ab Italia exercitus reliquus nullo sufecto Duce divisus dispersus. secutus est.

V. Per ea ẽpora, Oreste a militibus in urbe occiso: qui pro Augustulo admodũ puero imperij sumã trahebatur: imperijq. vices Odoacro Ruthenorũ Duce subeunte, ne sibi de imperio refragaretur, populis per Italiã cunctim libertate promissa, ut pro arbitrio res publicas administrarent: his: qui Julien. agrum incolebant: instauranda patria sub tanto Duce, cupido incessit: ratiq. sunt satius intra menia claudi: atq. pro urbano more vitam producere: quã foris inter armenta sordescere. Instauratio nem itaq. aggressus, ex ruina reliquijs ædes sibi quisq. novavit. Integrato deinde oppido: qui rem publicã administrent Decuriones deliguntur: facto delectu, ab effectu donatæ libertatis Civitatũ oppido nomen auspicantur.

VI. Odoacro in Italia mitius imperante, Theodoricus rex gottorũ aio volvens pro soli sterilitate finibus auctioribus Thraciã proterminare: validissimo coacto exercitu, finitimas regiones circumquaq. depopulatus expugnabat. Quem felici rerũ successu formidolosũ habuit Zeno Bizantij imperans, quo igitur tantã virũ potentiã a suis finibus revocaret: de invadenda Italia Theodorico persuasit. Is consilijs annuens, loci sterilitate exercitũ trahens a Thracia cum conjugibus promiscuiq. sexus populo tumultuario, medijs elapsus achivis Illiricis pmũ, ac deinde Iiburnis bello superatis, in Timavi fupidis arvis ad sociũ castra posuit. Odoacer interea fama increbescente, Gottorumq. in Italiã adventu ab exploratoribus cognito, comparatis undiq. ex Italia viribus, Juliensiũ conatu adhibito, in citeriori fluminis ripa: quo Gottis transitum prohiberet: copias oppposuit, ijsdẽ ferme locis: ubi nunc Venetorũ vallum è cespite compactũ, Turcorũ incursionibus nrã ætate fuit oppositũ. Memini namq. dũ valli moles construeretur: exoperi præfectis unum me fuisse: Cum ergo ad molẽ cespes effoderetur: ossa ex ea strage semisepulta vidimus extasse: quæ a vado fluminis contra Folianũ vicum gradiscã usq. cunctim accervatimq. exesa jacebant. Theodoricus itaq. pro numerosa populorũ copia ijsdẽ arvis diutius nequiens imũrari, amnis vado prętentato, armatorũ copias trajecit: Superato itaq. flumine, atq. copijs utrinq. instructis, collatis signis, ab utroq. exercitu hinc & inde concurritur: pmoq. congressu, diu nutante victoria, dura cõmittitur pugna: Interq. pugnandũ, Juliensas belli primitias pertinaciter ineuntes, hostiũ multitudine oppressi, cecidorunt: Odoacriq. catera turma passim profligata usqueadeo cedunt: donec hosti cedere, et a loco decedere, oportuerit Odoacrem: Qui cũ paucis effugiens post longi itineris dispendia Ravennã sese recepit.

VII. Theodoricus cæde crassatus Italicas, fuso Odoacro, ejusq. deleto exercitu, Cum ex dadibus provinciæ per Attilã ingestis, empta Hunnij arca, quæ in pauco erat præsidio, oppidũ aliud instauratũ nõ esset: omnibus castris Julium aggreditur viribus exhaustũ: quoniã vis ejus omnis armatorũ, cum Odoacri copijs ad socium in bello perierat: nullis itaq. repugnantibus capitur, diripitur, ac simul diruitur. ratusq. est hostis hoc Italiæ hostio, nil virium a tergo relinquendũ: quod arbitrariũ prohiberet egressum

sum. Senes cum fœmineo sexu ac tenera juventute: quibus ob invaliditatẽ parcendũ duxerat hostis: ab excidio evasi; in Juliensi agro villarum diversorijs se recipere permittuntur: ubi degendũ esse oportuit: quoad Dij meliora velint.

VIII. Gotti Forijulij subacta provincia; civitatibus per Italiã alijs expugnatis: alijs præsidio destitutis sese dedentibus; sumã rerũ potiti; Theodorico imperante; urbẽ Ravennam adorti sunt expugnare: quã Odoacri præsidio munitissimã; vi alia bellica nulla; quã obsidione capi posse conspicati; positis ordine castris obsidere statuerunt: Cumq. per triennium ea obsidio frustraretur; ob comeatus à mari navigijs importatos; de componenda cum Odoacro pace; Theodoricus consilium cepit. Soluta itaq. obsidione; ictoq. fœdere imperium inter utrumq. regem sociale conditur: ut una ambo imperent: sicq. imperij paritate composita; Theodoricus regnant & Odoacer.

IX. Imperio consortium diutius non perferente; Theodoricus in Odoacri necem molitur insidias: nam Odoacro ad cenam vocato; virulenta pocula venenarius obtulit pocilator: quibus degustatis exanimatus Odoacer morte concidit subitaria. Theodoricus ubiq. Italiæ tunc solus regnat: neq. ejus imperium; tametsi administraretur a barbaro: intolerabile fuit. Theodorico deinde vita functo à progenie in progenie ejus; septem & triginta annos Italiã devenit imperium. Ea tempestate Justinianus Bizantij imperans: Qui contra decus imperij ratus est Italiã à barbaris occupari: virtute tum Belisarij tum Narsetis; expugnata barbarie eã redemit. Restituta itaq. ad pristinam libertatẽ Italia; quæ ab excidio Juliensium adolevit juventus; natalis Patriæ din instaurationem affectatã: ab agro demigrant ad mœnia: ubi conatibus totis oppidũ redintegratur; munitur; ac incolitur: Reipublicæ administratio nobilitatis generosæ prõceribus creditur: ac oppido nomen Civitatũ innovatur. Situs siquidem ea benignitas est. quæ eo homines allectet: ut se destitui non patiatur.

X. Italia bellorum jactata turbinibus; veterem inde exuta senectã; barbaries præsidentes; in alienos mores cœperat inquinari: hinc q. ab eadem tempestate (Academia exhaustis thesauris; romanum eloquium in nrã usq. ætatẽ exulans delituit: quod impressorum cura nondum plene potuit integrari: Cum et M. Varronis; tum & Nigidij veterumq. plurium deperisse volumina constet: Livij necnon ex Decadum numero constans historia; pluraq. rhetoricæ artis subsidia alia; videantur illis exhaustis temporibus. rem inquã sæculis cunctis profecto indignam. Verum quodcumq. est hũdã gratia scriptoriæ opificibus artis: quorum munere prostrata suscitant ingenia.

XI. Justinianus ab Zenone per successionem Bizantij imperans; pulsis gottis; Italiæ assecutus imperium fortuna tergiversantis facilitatẽ minimè remetitus: Ne sic alterum tueatur imperium: intercapedinis dispendio alterum absq. præsidio dimittere oporteat: Romani imperij administratũ Narsi demandatã: romanorum reclamatione Longino suffecto: ab ipso Narse summovit. Narses ergo ex manubijs contra Gottos per palmã quæsitis; ære conflato inõdico; imperij administratione edicto Justiniani Longino permissa; cum pecunia omni Neapolim se recepit: ubi dum residet; ob acceptã depositionis injuriã à Justiniano deficiens; missis oratoribus alboino Longobardorum regi; qui per ea tempora Pannoniã occupabat: de invadenda Italia persuasit: sese illi cum pecunia omni; viribusq. omnibus auxilio fore; confederans quoq. eam gentem ad obeundã provinciã: utq. allicerent; secum deportatos diversi generis fructus; orationes inter proceres divisserat: quorum gustus fidem dictis adderet: Italiã sub eo clymate sitã: quæ europæ provinciarum jucundissima sit & aprica.

XII. Longobardorum rex alboinus Narsis legationis annuens consilijs; mitescentis Italiæ fructus suavitate degustata; imutandæ sedis cupidine delibutus: ex Pannonia undiq. viribus contractis; frequentissimoq. concto exercitu; Saxonum armatorum .xx. millibus adhibitis; sociali conditione Italiã invasurus; cum coniugibus; tumultuarijsq. populis; ac cæteris impedimentis iter aggreditur. Per Carinthios itaq. copijs traductis; atq. subinde per Noricos Taurissos: Quos defluit Natiso faucibus superatis; Julium quod primo aspectu opponitur: expugnaturus castris omnibus

obduit.

obducit. Oppidani à Gothorum excidio, viribus nondũ integratis, tot armatorũ copijs adiacentibus consternati, amicaliq. presidio undiq. destituti, atq. per elapsi temporis curricula expugnationẽ experti ad populorum tendere internecionẽ, condicta cũ Alboino pace, sese oppidumq. dedidere.

XIII. Alboinus per deditionẽ oppido occupato: ut exercitum tumultuariosq. populos, ac fœminei sexus cætera impedimenta ex itinere affectos per quietẽ & alimenta reficeret: dies aliquot ibidẽ statuit imorari. atq. interibi situs benignitate delectatus eximiè: qui hoc Italiæ hostio, provinciæ universæ præmet: Ducẽ instituere consiliũ iniit: quoq. addicendã regionẽ opportunius specularetur: cum paucis excelsũ montẽ conscendit: indeq. quantũ in ora Venetũ, oculi tuor potuit emetiri: tantũ marginis demandavit Ducis subesse imperio. In oppidũ subindo reversus discussa pro meritis cujusq. virtute, ex procerũ cętu. Qui magnanimitate, & consilio antistarent, Gisulfũ ejus nepotẽ omniũ applausu assensuq. delegit. Gisulfus ad Ducatũ evectus, ex nobilioribus exercitus universi, quas vellet familias secum incolas habiturus, à patruo conditionẽ accepit. Familiarũ igitur facto delectu, equarũ præterea gregibus perniciissimis per Gisulfũ è multitudine sublatis, Alboinus in reliquũ Italiæ inhians moras erumpit.

XIIII. Gisulfo Julij sedẽ Ducalem assecuto, amplissimisq. familijs oppido oppleto, Alboinus felicibus auspicijs, cum exercitu reliquo Taurisium rectũ contendit: ubi positis castris, oppidanis quamprimũ voluntariã deditionẽ edixit, ni sese dederint: populi internecionẽ simul, ac oppidi eversionẽ funditus cõminatur. Dum ijsq. incolæ deditionẽ per consilia cunctarentur: peritus iru Alboinus, instructis aciebus ad expugnationẽ accingitur. Felix oppidi antistes: cujus consilio populus utebatur, cognito belli apparatu, videns excidiũ imminere, secum adhibitis civibus aliquot, omniũ assensu in castra descendens, per deditionẽ Alboinũ demulsit. Condicta igitur pace, strepitusq. armorũ quiescente, Alboinus cum delecta militũ manu in oppidũ introducitur: ubi fide à singulis acceptã, oppidũ munivit relicta custodia, reliquas Italiæ oras invasurus.

XV. Taurisij administratione sub custodia constituta, dimotis castris Alboinus per cimbros sese dedentes Veronã pervenit: quam expugnatũ pro magnitudine ambitus, regiam sibi constituit. Ubi tumultuarijs deinde populis, ac fœminei sexus impedimentis sub custodia relictis, exercitu viritim exacto, Ligauriam õẽ invasurus accingitur. Castra igitur inde movens, mox Brixia, post Pergamo, ac inde Como per expugnationẽ potitus, diversis singulatim præsidijs, Mediolanũ pari expugnatione assequitur. Regni igitur his finibus auctis, cum ingenti gloria Alboinus Veronã regreditur. Ibiq. ob quesitã victoriã ludos fieri publicos voluit. Exercitus verò in congariũ fusus amplexibus dies aliquot, bellorũ labores ocio diluit. Libuit n. de Alboini historia hæc vel truncatim percurrisse: quo illi gratia haberetur: qui Julij oppidũ finibus auctioribus perterminavit: Quodq. tum per Attilã: tum per Gothos in eo fuerat profanatũ: hic Ducatus amplitudine constituta, dignitate, juribusq. potioribus instauravit.

XVI. Paulus historicus genere Longobardus Julij oriundus, capite de ejus genealogiã ut ipse testatur, Qui Longobardorũ scripsit historiã: exorto diserimine inter Avarem regem, & Gisulfũ Forijulij Ducẽ: sic. n. ejus ubiq. historia Civitatũ Forojuliũ appellavit: Terciũ ab Cacano Bavarorũ rege: oppido illatũ fuisse refert exitiũ: Nam cum Gisulfus ex occulti odij injuriã a rege defecisset: Rex ipse: quo vindicaretur: missis ad Cacanũ Bavarorũ regem oratoribus iterata prece deposcit: ut totis conatibus in Gisulfũ Juliensiũ Ducem irrumperet, inde spoliis amplis relaturus. Cacanus pro more barbarico predæ avidus, contractis è Svevia, õiq. Bavariæ viribus, frequentissimo coacto exercitu per xoricas alpes ingressus Julij fines populatur: Quod Gisulfus ut accepit: subitario mox provisione: quotquot ex Longobardis simul ac Juliensibus potuit aggregare, secũ in Bavaros ducens noctu obviam opposuit: Dilluculante subinde aurora, quo excitaretur atq. turbaretur, cum buccinarũ clangore exercitum utrumq. in bellũ accivit. Nec segnius, ubi pulsis tenebris, nox ivit in diẽ: hinc inde ab instructis aciebus concurritur: Juliensos igitur pertinaciter pugnã ineuntes haud modicus strage

hostem

hostem affecerunt. Inde Cacanus pugnam redintegrans copias alias passim succenturiabat; nam exercitus multitudine Gisulfo plurimum antistabat. Bellum ing. nutante victoria cruentissimum cum Bavarorum strage ad meridiem usq. protenditur. Postremum denig. Longobardi hostium multitudine superati, ac belli difficultatibus fessi, pugnæ labores amplius non ferre valentibus, hosti cedere, & a loco decedere impelluntur: interq. cedendum Gisulfus cum paucis resistens ab hostibus intercipitur, ac truncat: Cacanus tametsi cum exercitus sui strage non modica campestri pugna victor evaserit: Gisulfi provinciam nihilominus oppidumq. expugnaturus aggreditur: positisq. ad Natisonem sub ipsum oppidum castris: dum celeri conspiciendus equo speculatur, quas partes demoliri menia possit: Romulidæ oppidi Ducissa consortis oblita Gisulfi, hostem forma conspicuum, viridem juventa, micanti pectore, crispoq. crine humeros inumbrante, equum calcaribus lacessentem, augustum denig. specimen è manibus conspicatus, mox ejus flagravit cupidine: inq. postremum libidinis absumptus, prolubium nil ultra consilij capiens, quam ex nephando thoro concubitu, sceleri quod cogitarat aucingitur: quo liberum voluptati concederetur spatium: Nuncium igitur Cacano destinat: qui referat, opes, sese, oppidumq. daturam: si patiatur ei connubio jungi. Cacanus ut erat natura fedifragus, ac turpi barbariæ omnium inquinatissimus, ajo volvens, Dolus sit an virtus, quis in hoste requirat: cum Romulidæ nuncio icto fœdere, spondet connubium: seq. Romulidæ votis per omnia obsequuturum. Nuncius hæc ubi dicta refert: Romulida suæ libidinis baccata prolubio viri amplexus effagitans misere, omni sublata mora, è propugnaculis summota custodia, depositis armis omnia conquiescere interminatur. Oppidi igitur sedato tumultu hostis ejusq. exercitus omnis introducitur, introductusq. exitiales thori sponsalia hæc confarratus. Cacanus ipse primum cum delecta militum manu Romulidæ regiam invadit, liberos ejus captos in custodiam tradit, opesq. simul diripit omnes. Exercitus reliquus per urbis vicos discurriens quoscumq. obvios trucat, domos occupat, easq. diripit omnes. Julienses alij è muris in præceps desilientes, alij per portas urbis evadentes: nonnulli arreptis armis ferro inter hostes iter aperientes, quo se è cede eximerent, salutis spe alias oi interdicta, mortis destinatæ vices evasi, per fugam vitam suscipiunt. Cacanus per oppidum cunctim patrato excidio, præda, spoliisq. in castra abductis: quo barbariei discrevientis postremissimam crudelitatem ex ani explerent libidines: immisso igne, oppidum incendijs conflagravit: quodq. molis in eo ab Gothorum excidio, ad eam temporis impenso labore congestum exiterat, una scalaria dies absumpsit. Nephandam deinde scelestam, pollutamq. mulierem pereuntis patriæ causatam excidium, militibus stupranda publicavit: quam deinde morte affecit turpissima. Cacanus, ut ex oppido: in quo amplius desevirent: nil præter cineres vidit superfuisse: Inde castra movens, cum præda, spoliisq. victor in patriam rediturus studet: In ipso itinere igitur Tasso & Caco Ducis filij Agisulfi, a somno sepultis custodia, citi clamq. conscendentes equos per noctis silentia ex turmis sese expediunt, expediti calcaribus sonipedes increpant, citatoq. cursu fugam accelerant: Itineris longi dispendio consumato, patrios domum Laros repetunt anhelantes: Quorum adventu provincia undiq. confluente, parentis Agisulfi omnium assensu, applausuq. vicos assecuntur. Cacanus cognita fuga Ducum, ira peritus, tenere juventutis sexum promiscuum, prædaticium vendidit sub corona: virosq. cæteros è præda selectos capite jussit truncari.

XVII. Adolescentes Tasso & Cacho per fugam hostili jugo soluti, ac in tutelam patriæ recepti, patrijs laribus restituuntur: quos ubi adoriuntur: vestibulum ante ipsum, atq. in foribus ipsis proh facinus famulitij stragem ab excidio tabescentem haud sine lacrhymis conspicati, destitutas direptasq. ædes introcapessunt, easq. angulatim percensentes, lacunaria alibi, aurataq. trabes, semiusta consistere: pictos alibi parietes caligine inumbrante oblinitos:

alibi

alibi adium partes collapsa: alibi igne absumpta: Direptas Julienses opes, & lamentabile regnum deplorantes, lachrymis tristantur obortis. Tam funesto lugubriq. spectaculo astabat Regulorum comitata presentia ex utroq. ordine, tumultuaria turba, ab excidio profuga, patriæ casui illachrymans, singultibusq. ingemiscens. Regia omnis interea gemitus undiq. ac lachrymas resonabat. ubi lachrymis datus est locus, indicto silentio, ejulatuq. sedato, Ex patribus senior: qui consilio & auctoritate antistabat: Opifici summo pro servatis ducibus gratia referendam exclamat. Ipsorum reditu instaurandam patriam ominatur: purgari deinde jubet oppidum tabes, humandaq. esse cadavera terræ: neu quis amplius luctus merentia pectora rumpat. Fortis & constantis animi esse, non perturbari rebus asperis, nec tumultuatè de gradu deiici, quin immò instaurandæ urbis provinciæ esse ex animo obeundæ: subjectorum opes ultro affuturas: pro sepulta strage non defuturos, qui succenturiari deposcant, et his cunctis simul consistere rebus. Senioris itaq. comprobato consilio, plebs monitis acquiescens, inq. genua sese adpronans opificem summum supplicibus precibus deposcit: ut votis annuat: et dictis facta secundet.

XVIII. Subsidio auxiliariaq. ope fabrorum, atq. manuaria opera, ex utraq. provincia undiq. confluentibus oppidum integratur. Accompàtitoribus: qui desertas ab excidio sedes incolerent: vicus omnis et compita frequentantur. Grasulfus interea ex familia eadem ijsdem parentibus Agisulfi frater unicus: qui apud reges inter proceres eminebat: affinitatis jure Nepotum tutelam & administrationem admittitur subintrare. Is ut pedem intulit: populis undiq. et subjectis nationibus ex utraq. lingua sibi conciliatis, non amplius administrare, sed imperare innititur. Nepotes Tasso & Cacho oppressi patruelem injuriæ egrè ferentes, ad Arachem Ducem Beneventum confugiunt: quos benignè susceptos, domi diutius est alumnatus. Quantum verò regnaverit ipse Grasulfus, ejusq. posteritatis successores: ne cuiusq. eorum singillatim gesta conferrem: operis nimietate truncavimus: tametsi ad decus urbis hæc relatio redundaret. Duos decim viginti ferè successivè Duces in fulij oppido, tum ex eronius, tum ex Pauli hist. sæculis pluribus regnasse colligimus: Quorum sedem Rosimunda regina, Austriæ oriunda, omnium novissima subintravit: quæ viduata Liutprando rege Longobardorum, maxq. per aldeprandum regno occupato, ipso suadente, in fulij sedem secessit. Ubi primum igitur ad Ducatum regina fuit admissa: Civium generosa nobilitatis conspicata presentia: quorum consilio in difficultatibus utebatur: reliquum vitæ sibi sine cura proterminans, Ducatus administrationem civibus est elargita. Patres deinde ex nobilium frequentia, qui remp. administrarent, definito numero conscribuntur. Ubi primum Senatus haberi coepit, duplici occasione oblata, senatusconsulto ad posteritatis memoriam decretum est: oppidi nomen immutari: compositumq. nomen ex appellatione reginæ: & Epi dignitate. Austria Civitas oppido inditum est, ab eademq. denominatione provincia universa Nomen dimidiatum sæculis aliquot Austria dicta est.

XIX. Discussa Ducum vel truncatim hist. eorum imperia licet & Dictionis fines concludere. Refert. n. Paulus historicus Alboinum Longobardorum regem, in ipso primum Italiæ ingressu, Julien. Ducatus sedem amplis finibus auctam, Duce creato, digredientem reliquisse. Hujus itaq. fines Ducatus dupliciter amplectitur provinciam, alpestrem alteram Sclavorum appellatam: Forojulien. quoq. alteram campestrem, scriptum reliquit. Campestrem utriq. quam nra fert ætas: operis hujus principijs terminatam adscripsimus: ab Soncio amne notissimo ad Liquentiæ longitudinis dimensione constare: ejus quoq. latitudinem ab alpe Cruris ultima Carnorum ducentem exordia ad Adriaticum mare in Mariano desinere. In Tauriscis verò alpibus, quæ Carnis angulo adpliciore cohærent: ubi Plezium vallis inest: Alpestrem Sclavorum provinciam limina posuisse Paulus idem scripsit: eamq. longe late diffusam in Medaniam promontorium mari Adriatico imminens terminari: ubi ad radices frequens est vicus Medalinum a promontorio denominatus: quod promontorium quidem Liburnos disterminare ab Illyriis dicitur. His nanq. finibus usquequaq. productis, Norici primum, deinde Japides, ac demum Liburni successivo ordine

dine comprahenduntur: quos appellatione regni eo carmine adstipulatus est Maro: Antenor potuit me-
dijs elapsus achivis. Illiricos penetrare sinus, atq. intima tutus. Regna Liburnorũ & fontes superare
timavi. Fascium ergo splendoreꝫ Juliensiũ, horũq. famigerandæ vetustatis insignia, profecto Sabellum
minime decuit, ex dato ordine pretereuntes supprimere: Qualia nonnunq. patriæ sic priscæ tule-
runt, sæcula: nec unquaꝫ forte futura dabunt.

Lib. II. Pro Aquilejæ vicis dominandi julio oppido subeunte, histꝝ scriptorũ vel æmulatione, interciſam,
vel ignavia obliquatæ examurgati, libro proximo contexto absolvimus. Quod superest de Julien.
Ecclie dignitate, atq. sedis Aquilejen. translatione, ac de modernis ẽporibus: quo minus historia
desinat imperfecta. Secundo hoc & novissimo libro haud abreꝫ duximus enodare.

Cap. I. Fato nondũ calamitatibus saciato: quas primũ Aquilejæ subindo provinciæ Attila, ac deinde
Gothi cum populorũ infernitione intulerant. Novissima Longobardorũ invasione ingruente.
Paulus pathã: quo manus hostiles evaderet: Aquilejæ decedens cum thesauris Ecclie in gradense
secessit oppidulũ, maris alluvio à terrestri limite circumquaq. distinctũ: Ibiq. voluntario degens
exilio annos plures exanclavit: quoad (aquilejen. appellatione exhalante) gradense nomen
sibi sedes est auspicata. Per ea igitur ẽporũ, pulvis Gothis ac Longobardis Italiã occupantibus,
Gisulfus Dux julien. cui Forojulien. provincia obvenit in sorteꝫ, agre ferens sedis Aquilejen. tã
humili loco translationeꝫ, impendio conatus est, eam à grado revocare: quo illã urbis decori &
ornamto futuraꝫ, secum intra julij menia sisteret: Quod cum ob antistitis pertinaciã assequi
nequisset: novas in ipsũ mollitus insidias, à Pontifice maximo. Episcopij Julien. novã sedem
necessitudinariã exoravit: Institutus q. in ea primũ Maxentius pastor, eo administravit Di-
oecesim: quoad Ducatus imperiũ proterminabatur. Supersunt quidã in hodiernũ diem Epãtus
hujus indubitatæ vestigia memoriæ indelebili publico loco extantia: Nang. Epãlis ea sedes à
marmoreo gradibus emines infracta ad araꝫ vetustissimi phani: quæ adhuc illis ẽporibus fuit
extructa, fideꝫ dictis adstipulans: In ea itaq. Maxentio vita functo, suffectoq. Fidentio anno-
sa ætate occiduo, vitaq. moras non amplius perferente, Amator tertius atq. novissimus õniũ
præsul sedem eandã fuit adeptus.

II. Patriarchalis sedes Aquilejen. nominis enervata splendore, gradensi nomine obsoleto,
eademq. obnubilata in æquoreis fluctibus, duꝫ arctatur oppidulo: Julien. Amator Epũs Ducis
suffragijs Diœcesim cunctim subministrat. Sede itaq. hujusmodi fluctuante turbinibus, Calisto
morũ ac sanctitũdis pertinaci, eandã ut vacantẽ assequendi cupido incessit: quoq. affectatæ se-
dis Fidentiùs obeundæ aggrederetur provinciã: Liutprandi Longobardorũ regis habenas rege-
tis imperij potissimo administratus præsidio, ab Aplica sede ipsaꝫ Aquilejen. est assecutus. Cunq.
illi ab urbe digresso, ob Epãtus julien. circa Diœcesim manifestariũ interesse, à Ducibus urba-
na cunctim residentia interdiceretur: Cormontẽ præsul primõ ingressu adiens inter turbas ru-
rales cœpit diversari: quod sine Epãtus julien. emulatione fieri non potuit. Cum pãthalis am-
plitudo, sibi demtis honoribus humili relegata loco sordesceret. adversansq. illi julien. Epũs,
in frequentissimaꝫ Civitate nobiliũ sequella stipatus gestuosusq. incederet, ac de ipsa Diœcesi
cum pãthali sede contenderet. Calistus interibi volens uti foro, arduis rebus gerendis accom-
dati ẽporis opportunitatẽ õnixo silentio præsto labatur. Cum ecce Pemmo Dux julien. cum fa-
mulitio ad alpes per otiũ equitasset: impiger Calistus Ducis absentiã cognitã, equitatu fami-
liari comitatu peditorũ terrestri cohorte adhibita, ex Cormone citus juliũ venit: Ibiq. de-
prahensũ Amatorem Epũ ab sua sede ejecit: ejusq. ædes sibi ad incolendũ adscivit. Quem ubi Pem-
mo intrusũ, ejecto Amatore, offendit, efferatus in iraꝫ, vinctũ in custodiã tradit. Fama subin-
de increbrescente Aquilejen. Pathã deprahensũ detineri, Liutprandus rex, qui Calistũ patro-
cinio tutabatur sibi ad periniuriũ ducens, prahensionẽ Calisti, Pemmonẽ Ducẽ eo persecutus est,
ut ipsũ oportuerit a provinciis penitus exulare, ac in alpibus sclavorũ privatim delitescere.

Restitutas

Restitutus denig. Julij Calistus, pulsi Amatoris ædes demolitus, pro amplitudine pāthali eas adfabrefac-
tas juxtimq. phanum solerti cura novavit: exq. Aquilejæ sedis translationē primus Julij sibere voluit.

III. Julij sedente Calisto: Pannoneq. Duce, ob iniurias illi carceris illatas in exiliū acto à Liutprando
rege: qui et ipse post vitæ moras non longe proterminans ab humanij exulavit: Austriæ regina
Rosmundæ conjugæ, viro simul & regno viduata, ac ad Julien. Ducatū admissa, ut præceden-
ti libro scriptū reliquimus: ab Calisto quoad vixit in sumō honore est habita: ipsaq. vita functa
Calistus Julidnsibus oppidū reginæ munere elargitū, sibi reliquū Ducatus adscivit imperiū:
ex illoq. tempore, sedes Aquilejen. dominaridi ocupavit exordia.

IIII. Calistus re, sedis pāthalis abundes navata sedit annos. II. & XL. diesq. vitæ ultimos obiens
morte intercipitur: phanoq. ædibus suis novatis attiguo interceptus humatur. Sedes igitur per
Calisti mortē vacante, eandē Pontifice maximo annuente, Signoaldus Julien. pātha suffectus,
est assecutus, Cujus monita vitæ sanctitudo, cum ejus clarissimo genere, de paritate, vi-
detur contendere: Is quidē ex Grimoaldi rēgia stirpe, adpliciore sanguinis vinculo fuit
oriundus. Enim verō alibi præcedentis libri cap. XIIII. adscripsimus, in ipsa Julij primā institu-
tione Ducatus, Gisulfū Ducē ex universi Longobardorū exercitus nobilioribus, genero-
sissimas receptas familias apud se, regia permissione, retinuisse: inter quas Signoal-
di familia apprime claruit: Qui pāthalē sedem assecutus, amplis honoribus auctē, & meri-
tis & exemplo insigniter illustravit. Signoaldo demū a vita decedente, Paulinus pātha
instituitur: cujus vitæ ineffabilis sanctitudinē paupertas oris humani, neq. oratione, ne-
q. stilo pro meritis valeret intexere: quoniā à laudibus debitis omninō deflecteret. Hic i-
taq. Julij scatens prodigijs, christianæ religionis terrenū sydus, dū vixit, est invulgatus:
Vita demū functus in Dnō, rapaci coruscamine, sydereis thalamis evectus, cœlitibus aggre-
gatur: Cujus prodigiosū corpus, miros purpuriscens odores, summa religione Julien. venera-
tur Eccliæ. Sctā itaq. Aquilejen. sede vacante, à divo Paulino ad Popum pāthā interessunt
Antistites. XIIII. successivo ordine, ad eandē sedem admissi: Qui omnes Julij residentiā
sistere maluerunt.

V. Poppus pātha: ubi primū sedis est consecutus imperiū: ex Aquilejæ reliquijs ab ex-
cidio longa ætate collapsis, adhibita ex provincia undiq. fabrorū manuaria opera:
ut civitas incoleretur: quo potuit ambitu, tumulluario opere, integravit: Edesq. sibi ju-
xtimq. phanū: quo populi indulgentias potituri ampliter exciperentur: solerti cura no-
vavit: Gradensi deinde sede, ex pugnata, inq. plebē ab Aptica sede adiudicata, alterā
sedis Aquilejen. translationē a Julio studuit revocare, ejusq. primori loco facere restitu-
tū: venenariū situ ratus, serpentū frequentia infectū, palustriq. cœno impendio labe-
factū, contra aeris inclementiā raro incolā, examurgari. An ex sēntia opus absolverit,
exitus acta probant: Nam abinde citra populus nunquā spacio ulteriori, quā biennij, vel
ad sūmū triennij potuit educari: neq. quis nisi insaniens, ac mentis impos, atq. ultrò mo-
riturus, illis sedibus destitutis patitur succenturiari. Hei quotiens incolas cubitū sece-
dentes, didicimus stragulis angues volucri orbe delitescentes antecessisse: Lividas insu-
per faciē: quos compitis obvios deprahendis, anhelo gemuloq. gressu reptantes: proinde ac
utres conspicis tumefactos: Quorū haud sine nausea cernis, cruribus olidis muscarū con-
geries inescari: septis quoq. haud abest, jumentorū tergora culicū aculeis exdorsari. Viru-
lenta daniq. tabes humanæ vitæ moras abrumpens, sordidis solū animalibus inolificia submi-
nistrat: quo fit ut inhabitandi, ea poppi frustrata sēntia, subsequentes Antistites oportuerit
ad aeris clementiā Julij revenire: Inter quos Julien. Pātha tertius Everardus ex Longo-
bardorū

bardorũ clara familia Julij oriundus ad Ædes Calisti pāthales ætatis suæ annos religiosè deduxit. Nec sine Juliensibus laudibus dixerim, ejusdẽ pāthæ in nr̄ã ætatẽ ex genere propagato Everardũ cristallũ dependere: Qui & antistitis Natalẽ domum & prædium Premeriaci, quo vivens utebatur, jure successorio est assecutus.

VI. Hostilibus incursionibus supersessis: In provincia tũ Castella, tũ Oppida coeperunt, reassumptis viribus, integrari: Arxq. Hunnij loci cōmoditate convenientibus populis conflatur in Oppidũ: ubi pāthæ aliqui Juliensibus obirati residentias im̄utarunt: hincq. odiũ inter utrosq. populos geniale oboritur: alij malunt ab hunnis conditoribus ob inimicũ provinciæ nomen auspicatũ, odij emersisse exordia: Ego illud dixerim utraq. occasione exortũ. Novissimus ergo omniũ pātha Ludovicus ex Ducibus Techis Germanicus pro barbarica nausea Julien. libertatis tedio affectus, Juliũ linquens cum hunnijs maluit immorari: Quibus ut allubesceret: Julienses invisos lacessere jurgijs, & infestare prælicenter temeravit: Julienses ubi Hunniorũ odio hæc fieri perceperunt: obedientiæ jugum excutientes ab Antistite defecerunt: pristinamq. libertatẽ integrantes, quo acceptas iniurias vindicarent: Antistiti simul & Hunnijs refragantes bellũ indixerunt.

VII. Odijs in dies intumescentibus, ad bellũ utriq. animi accinguntur: Ipseq. Antistes Juliensiũ nuncio efferatus, Hunniorumq. dolosis pellectus consilijs, ipsorũ, atq. ope auxiliaria adminiculatus, contra Julienses in belli provinciã ultro inhiabat: Hincq. ex provincia universa, primũ rurestri peditatu coacto, ac deinde ex oppidis & castellis feudatarij equitatus acie aggregata, Necnon copijs Noriciorũ Comitis accedentibus, tumq. conductitijs militibus ex Pannonia contractis, ingentẽ numerosumq. conflavit exercitũ. Indeq. Julienses ab exploratoribus belli cognito apparatu, mox agro incolis exhausto, ab incursionibus intra Julij mœnia protelatis, armentisq. bovum ac gregibus omnifariã in alpiũ tutelam abactis, ne hostiũ præda fierent: Tum in oppido stationibus per moenia, perq. vallũ cunctim submunita custodia, undiq. obductis, ac serio ad propugnandũ compositis, intrepidi bellum efflagitabant. Delectusq. insuper ex juventute robusta frequentiss. peditatus: qui incursiones hostiles profligaret, ac procul à moenibus arceret. Legati quoq. qui Venetias auxilia petituri abierant, accepto equitatus præsidio, applausu omniũ intra moenia recipiuntur. Antistes interea dũ copias suas omneis recensuisset: castris omnibus Juliũ expugnaturus aggreditur: inq. Botinici vico millibus passuũ duobus distracto ab oppido sentoria posuit: indeq. incursionibus oppidũ coepit lacessere. Juliensis ex adverso delecta manus pertinaciter repugnans, procul a vallo hostes arcebat, captivos agens nonnullos intra moenia vinctos. Incursiones hujusmodi iterabantur ferè quotidianè, Hunnijs ex genuino odio eas sepius integrantibus, Juliensis peditatus, ut funderet et truncaret hostiliter insequens occursabat: exq. desideratis manubias & spolia propalã cũ gloria in oppidũ reportabat. Detulit nobis senior, qui t̄poribus illis extitit propugnator, eo bello Hunniensẽ lorica amictũ, parmaq. a missilibus obtectũ ex Julien. statione jaculo missili pedẽ humi confossũ, non valuisse de loco decedere: donec superato vallo is relator præhensũ traheret in stationẽ. Antistes jã prætereunte bimestre videns, quia nil pugnando proficeret: expugnationisq. spes omnis frustraretur: Armiductorũ rogata sēntia, obsidione soluta, ne ab hostibus interciperetur: relictis castris expeditus noctu cũ exercitu ōi Hunniũ remeavit: Indeq. mox provinciã linquens é germania educturus auxilia, natalẽ solum, unde venerat, repetivit. Exitiale subinde odiũ per aliquot annos vicissitudinarijs incursionibus bellũ inter duos populos integravit. Vene-

ti re-

ti rerū exitū ex sēntia, temporisq. nacti oportunitatē: quibus provinciæ dominandi ex longo ēpore cupido incesserat: Juliensibus confederati seniorē, acri ingenio virū Hunnijs formidolosū, cum militaribus copijs: ut Hunniū expugnaret: assistere destinarunt. Ad oppidū igitur positis castris, obsidionali bello res ipsa decernitur: nam Hunnienses extrario destituti præsidio, terriculosisq. hostiū viribus consternati, sese, oppidūq. dedere. Sicitaq. Venetiā belli primordijs Juliensibus assistentes, utrumq. oppidū, provinciamq. omnē per deditionē sunt consecuti.

VIII. Pulso pathā illo Germanico, Venetorumq. senatu provinciæ imperiū subintrante: Julienses sui juris libertatē conducta victores evadunt. A Venetis: ne contra jus ecclesiæ eos esse videretur: annuente Pontifice maximo, sedes Aquilē exinde quotannis consuali peculio muneratur: cujus sedis quidē titulus ab Germanici illius exilio lustris ferē. xiiii. apud Aplicæ sedis cardines commendaticius, relegatusq. in urbe delituit: Quoad patricius Venetus Nicolaus Donato, in summa virtutes, auctoritateq. pāthas sufferens, exulantē illū ab Urbe in patriā reportavit: ubi ob veridentiā inter Julienses, ac Hunnios æmulatione exorta. Dies aliquot nutans benignus præsul utram populorū capesseret sēntiā: tandē Juliensiū approcationibus exoratus, dimotusq. ab Hunnijs cum Juliensibus maluit immorari. Cujus auxiliarīa ope, flaminea ædē Divæ Virgini addictā, Julienses ex publico novavere, oppido augustū specimen, & in ævū oē famigerabile. Antistitis itaq. nomen ad posteritatis memoriā: quo æternetur: pro foribus templi decreto publico Julienses posuere.

IX. Tantæ molis ædē, vetustatis phano, Julienses auctiorē, pactore imōdico effecere: Nam præter urbis decus, donariumq. Dea, eos impulit adjopus absolvendū necessitudinario occasio duplex: altera pro Collegij frequentia Canonicorū, quo series longa divinis exciperetur obsequijs: quæ Italiæ nullibi numero patitur superari: altera quo patulis Templi deambulavris frequentiū populi ampliter admitteretur. Pro Collegij itaq. amplitudine Dictio spiritalis, coadvicatim in alpes diffunditur, quoad Juliensiū fines protermineantur: Campestrem quoq. plagā Julienſium, suis finibus loco alio terminatā, eo jure quo superiorē Dictio eadē spiritalis amplectitur: & præter propter tris alias plebes, fagideā aliā, aliā faganeā, aliā reuneā: parili cura omnes eidē Collegio aggregatas. Qui vero census: quæve annuariæ pensiones ad frequentiū Collegij tantā allumnandū plenis horreis congerantur: Dicere ausim, opulentijs pāthatus dimotis, nullibi tantū substantiā inesse provinciæ, quæ de paritate possit contendere. De ara quoq. thesauris: quos per dius, atq. per nox Templi adituus incubā, eandē sēntiā comprobavim: Nam divi Donati patris prīa Caput ex puro argento fulvoq. auro celatū adfabrefactumq., de cujus cervice & humeris splendentibus pendent monilia gemmis, præcipuis tantū diebus populi spectaculo adarā exponitur: Quod caput quidē ex argento effigiatæ imagines, hinc & inde mediū comitantur: Gruesq. aliquot ex argento, mixtimq. auro conflatæ: fialæ: vasa, pixides argenteæ suppellectilis, calices atq. innumeri, ara aditiori parte continentur: Et quod ad impensā maximū est omnium: aram ante ipsū altare, patulā vides Tabulā ex argenti puro materia, ubertim conflatā, cutimq. splendenti auro oblitā. Accedunt et hujus aræ decori aurea pallia, paramenta vulgo dicta: vestesq. aliæ textilis auro squallidæ, quibus in divinis flamines amiciuntur: De Collegij quoq. comicijs auctoritatisq. amplitudine cætera: ne nimietatis accuser, indiscussam rē ipsā truncarim.

X. Hactenus narrata spiritaliū amplitudine, quæ oppido insedet, phaniq. mole obiter actitata, ad oppidi urgentē necessitudinē, decorisq. felicitatē: quæ flumini imminet, amplior nobis moles occurrit publicitus innovata, opus quidē et provincia arduis et impensis: Nam oppido profundissima utrinq. rupes diviso, medius gurgite lato præterfluit Natiso: Ubi Julius quondam Cæsar primū contra Germaniā, hinc & inde ad utramq. rupē castra posuerat: quoq. ed utrumq. exercitū, adytum gurgite interdictū permeabilē roseret, ponte sublicio rupes utrasq. conjunxit

quem

quẽm ad ætatis nrẽ usq. memoriã, tumultuarijs eadem sequellã, posteritas innovavit, antiquitate imitata. Parentes vero nri priscæ antiquitatis famam gestis invulgatam æmulantes, sublicij ex illice pontis opus Cæsareũ demoliti, ex imoq. fluminis medio lapideam molẽ insurgentẽ educentes, cui suppondiũ pontis incumberet: exciso lapide, bino arcu continuato, pontẽ adfabrefactũ ex impensa ex arte reddidere, ut ipsũ prodigiosis piramidũ spectaculis valeas adeq. demirari. Ad tanta igitur molis provinciã subeundũ, ingeniati ordinis architectorũ judicio adhibito, quanti pons ipse absolveretur: relatũ est calcis, ac cæsi lapidis materia indiscussa, duobus millibus auri nũmorum pro manuario opere pontẽ adfabrefieri: tum res in Senatu deducta: cumq. Consules discretim de more rogarentur sẽntias: Franciscus Clarevinus, & virtute & genere inclytus rogatus sẽntiã elocutili facundia primũ orationẽ habuit: et ne retrorso cujusq. judicio res interverteretur: quo minus evaderet, in cornũ Senatus: ut erat elapsili liberalitate ingenuus, auri nũmos centũ ex crumena deprompsit, quos obeundo operi dono datũ iri præstimavit. Hujus ergo exemplo Senatorij cœtus quisq. voluntario ære singulatim mulctatur: Eaq. est exinde assium mulcta congestu: quæ universo operi absolvendo defieri minime visa est. Verum pro operis imẽnsitate, ea totiens per oppidũ regionatim cunctimq. repetita est: quoad admiranda molis pons ipse perfectus sisteretur.

XI. Cum ad oppidi cujusq. necessitudinẽ aquis primus honos, felicitas atq. præcipua censeatur: oppido nrõ dixerim, & suus natura, & adhibita opera, aquis abunde provisum. Trifariam. N. oppidũ subintrare irriguæ felicitate conspicimus: nam inde Natisonis celebre flumen lato, cavoq. cohibitũ alveo: hinc ab vicinis alpibus manuario alveolo defluens rivus: media quoq. fori area scatens fons perennis aquas oppido subministrant. De fluminis exortu, deq. rivi lapsu, discretim alibi memoria perhibetur. fons ipse vero ab ultimæ alpis radicibus: quæ oppido imminet, oblongis vasculis fictilibus, bitumine interstrato pressim insertis: quæ alibi Celso Cornelio teste, ab inventore Syllani nuncupantur: ductu subterraneo in oppidũ actus, ex sibi ædes addicta fori medio eliquatur: Quam ipsa vetustas sibi ex posteris adfabrefactã effecit.

XII. Ex agro Juliensi: qui comeatus deferantur in oppidũ: quæve rerum omnigenarũ exhibeat copias: dixerim provinciæ nullibi tã benignè provisum: vini præsertim innata est generositas quædã: quæ omniũ comprobatione, cuiq. provinciali antestare præferatur. Fructuũ atq. omnifariã ea est copia, & amenitas: ut ijsdẽ prolectatã provinciã participare sit opus. Carniũ præterea, casei, pinguisq. ferinæ, cæterarũ atq. cupediarũ, quibus vescimur, quantitas ea eximitur alpestris benignitate situs: quæ in provinciæ reliquũ veniã diffundenda. Cœli quoq. ea clementia ab vicinis alpibus oppido irroratur, quæ sanguineã incolis præsentiã imprimat, lividũ, tabescentemq. pallorẽ abstergat, vividã denique salutẽ tueatur. Ventorũ cæterum furens vis omnis imminentibus alpibus illiditur, inq. imum declinans frustrata evanescit: cum vero hiems horridis incumbit algoribus, strepentis tantũ boreæ, patere perflatili subeuntis, quæ alpibus linquimur, stimulis agimur: quos pro lignorũ copia ab vicinis alpibus importata, domi sedentes exhilarantibus ignibus, effugamus. Postq. verò hiems fugatis algoribus procul, mitescens seipsa leniverit: Æstusq. fervida flagrantissime sudore suo centuriatur: Regio suburbana ad radices alpiũ apricis passim distincta colliculis, in agellosq. plures divisa, fructuũ amenitate, ortarioq. munere, adeuntibus calores mitescere gestit: herès cui locus opacũ inumbrantibus densatus arboribus, ubi limpidi scaturiunt fontes, ad quos mille sonant dulci gutture carmen aves: Eo Julienses, cui ociũ est in negocio, laxandi aliquando animi gratia, gregatim conveniunt: quorũ alios vides deambulacris illis, solis vitare calores: alij a-

mictui in stragula effulto insedentem ad rivos prætereuntis aquæ lymphas tũ manibus, tum pedibus attrectantẽ: quo calor exurens irriguis cohumidatus aquis, uredine interfecta, deferveat. Ne igitur quenq. lateat, Hi voluptuarij secessus patricijs tantũ litterariæ virtute, vel animi aliæ generositate delibutis adhibentur: Plebs ĩm gregaria, quæ sibi victũ parat opere mannuario: deusta cute sub divo fert pondus diei & æstus.

XIII. De Julien. Cũliæ dignitate: deq. situ oppidi ac publicis cõmodis: nec non veterũ monumentis opere reserato: turpe veterũ historiã recensuisse arbitrati sumus: ni posteritatis honos subintraret: quem ut priscorũ stematũ, potiis adeq. demirare, eaq. lege Julium non veteri famæ tantũ, sed præsentibus viribus existimandũ. Julienses itaq. patres juris publicii ab Austriæ regina munere elargiti, intra fines agri, ac oppidi mœnia, in hanc usq. diem populis cunctim, jus utrumq. tũ civile, tum criminale dixerunt: quodq. a sui pmordio felicii auspicio paratũ est: Dijs faventibus meliore fato æternabitur. Patricij siquidẽ ordinis familias oppido superesse .VI. & .I. colligimus: é quibus semestri singulo, senatus ipse novatur: Ex tantæ igitur nobilitatis frequentia, non defuere cives insignis auctoritatis, qui fascibus obeundis alijs antistarent. Nostra namq. ætate equitos quatuor auro splendidavit Cæsar Augustus: ex Frumentina familia Adam & Heliũ: ex Boyana Franciscũ: de qua Federicũ pãthaũ, proceresq. nonnullos didicimus oriundos: ex Turrigera inclytum Georgium rerũ gestarũ gloria omniũ clarissimũ: qui Cæsaris secutus est Curiã: & ob id in eã fortunæ tutellã receptus: ut apud Carinthios comitatũ: apud Carnones castellũ duplex: atq. alibi amplissimæ dictionis, censusq. innumeri, Loch Castellũ Tolmineo agro conterminũ protinus sit assecutus. Is. æ. pro fidei suæ præstantia, eo adpliciore gradu Cæsaris aureã propius admittitur compellare: qui ex principibus, regulisq. alijs prorsus interdicatur. Ut verò legatus Cæsaris tulerit mandata per orbẽ: utq. Pontificũ maximũ Orator adyerit: inclytumq. Ferdinandũ Parthenopes regẽ: atq. glacialis poli sub clymate duro Scytharũ ultimas orbis oras attigerit: ac maris terræq. vias quoad intrepidus exantlaverit, opere precium est audire. Georgio itaq. meo nemo est omniũ, qui idiomatis cujusq. linguã norit jucundius exterrare: sed num prolapsus ego proceris tanti velim historiam interuise recensuisse? Non mihi si linguæ centũ, sint oraq. centũ.

XIIII. Ciceronis sẽntia in officijs persuasi de honore & gloria, quam de cæteris cõmodis paratius dimicare: Jurisconsultorũ ordinẽ auratũ equitibus proximũ applicabimus: quos patavia legum, canonumq. gymnasia lucubrationibus atq. vigilijs scitissimè instruxere Hi. n. studio decennali quotidianis lectionibus inhærentes, eisq. pensiculate digestis, die advesperante, de more ad circulos fori in eas argutias prodeunt: Quarũ resolutione clara suscitantur ingenia: opusq. est ut torpor omnis é pectore, omnis facessat ignavia. Ex eo igitur officio palmæ meritũ quicumq. causatus: Decreto Collegij donatus insignijs: insignitusq. proprios repetit inde lares, reipublicæ comodis, domusq. suæ splendori futurus auxilio. Ad oppidi itaq. decus & gloriã patricij nonnulli sæculo nrõ evasere Doctores: Quorũ bibliothecas voluminũ frequentia refertas ad animi cultũ, studijq. exercitationẽ necessitudinarias sibi quisq. decrevit. Famigeratos primũ Theologos, tum prædicatorũ, tum minorũ suos utraq. sortitur religio. Artis deinde Medicæ magros ad oppidi necessitudinẽ publica stipe conductos: quantũ in annalibus graphice vetusta testatur

testatur memoria, seu Divino munere, seu Cura Senatus, omniū provinciæ primarios fors fortuna nobis indulsit: Adestq. nīris temporibus oppidi præsidio Antonius Paronius patriciæ civilitatis addictus consortio: qui citra ultraq. montes prodigioso sanitatis beneficio in plures restituto, pro altero Esculapio cunctim famigeratur. Jureconsultos verò duodenariū numerū oppido excedere, nostras ignorat nemo: Quorū nōia, Genealogiam, cæteramq. historiā singulatim recensere, operis nimietate truncavimus: Duo tn̄ ex eis columina, quæ pro alijs fiant exēplum, in mediū proferantur: alter Franciscus Comes in juris interpretatione primarius: alter sumātis præ se ferens præsentiā, juxtimq. ea facundia pollet, ut in dicendo provinciæ jubar sit invulgatus. Confusaneo verò disciplinæ argutulos causidicos osus ego inhuberes: qui ad Decurias judiciū, seu ad pares sententiarū blaterant causas: Jurisconsultorū cōmercio, qui venerandas juris sanctiones imbiberunt, nequaq. duxerim adhibendos: imò nec nrā memoria dignos.

XV. Ad oppidi gloriā, Julien. Cæliæ dignitatē prosequentibus nobis, accessoriū aliud Zenobitarū decus occurrit: quibus oppidū diversa utriusq. sexus religione illustratur. Hinc itaq. mœnibus attiguū patens celebreq. includitur Zenobiū prædicatorū frequentia refertum: Inde suburbanū Vestalibus Virginiū cœlibi sanctitudine, à virili contubernio interdictū, Divo Dnico utrumq. addictū. Seraphico atq. Francisco inclita adeq. Zenobia duo: alterū immensæ molis ad Natisonē intra mœnia situ: alterū loco campestri Zenobitis heremiticè degentibus addicitur, ab oppido. D. passibus distractū. Extant prætorea sub Divo Benedicto Virginia alia duo vestaliū frequentia referta, hinc & inde ex opposito sita: quæ inter utrumq. prætereuns, dividit Natiso. Hospitalia identidē diversoria duo mendicantibus patent: quibus adeuntes gratis excipiuntur, gratisq. alluminantur: Ne itaq. morbo quoquo affectis deesse miserationis suffragia videantur: his qui ulcere lepræ inquietantur, superadditū est seorsum, divisimq. hospitiū D. Lazari phano attiguū: ubi eo morbo oppressi, vitæ cōmodis ampliter adminiculati conquiescant.

XVI. Alijs litterariæ professionis insignia assecutis intermicare conspicimus ordinē viridanti lauro redimitū: qui academicus apud antiquissimos romanorū primū est invulgatus: Eundē oratoribus atq. poetis oppinantur addictū: quorum suppetijs scientia cujuscunq. sēntiæ ad orationis augustæ specimen pensiculate modulateq. illustrantur: si verò mavis lascivire poetico carmine, idē adeq. efficies. Ordinis. x. hujus ubiq. terrarū nulla habetur frequentia: nam pauci quos æquus amavit. Juppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

XVII. Cum inter publica cōmoda, potissima omniū aurea libertas alijs præferatur: eā provinciæ nullibi, quā oppido nrō largius attributa comprobatur: Ad oppidi itaq. gloriā: quod ad publicum refertur cōmodū: munere Venetorū à tyrannide vivitur libere: præsidis pntia omnis abest satellitū cum extorsione nulla datur prehensio: In Senatus comicijs, sententiarū foro Decuriones decernunt: quis causis judicandi potestas est attributa. Ab eo foro in Senatū sēntia, obliquiata quæcunq. refertur: prō meritis veritate discussa: serio, judicatoq. definitur. Homicidij verò furti capitalisq. facinoris cujuscunq. sicarij, Senatus Decreto satellitū prehenduntur cohorte, prehensi Decurionū traduntur supplicijs: ubi inviolata exercitur veritas, eaq. excussa, justitium indicitur: inq. populi cora: facinorosis delictis inquinatissima vitæ publicatis: à turbis dijudicantur: adjudicatasq. pœnas, vel securi, vel nexili fune lictor exequitur.

XVIII. Patricias singulatim recensere familias, populi frequentiā, atq. manuarias artes fabrorū, per vicos divisas passim officinas, mercatorū, cæterorumq. accolarū industriā: Ihis hæc addi-

catur

catur provincia: quibus scribendi perinde deest materia: ut decuit quondã. Marcum ar. cũ de Hunnijs scripsit historiã: Qui nil nactus dignitatis antiquæ: quod celebrari potuisset: re- merata fide historica: oppidi angulos usq. rimatus: cloacas voluit adeq. demirari fecisq. provinciæ festucariam historiã atq. prosecutus. Nos. ar. Julienses historiã: vel sumãtim adorti: nimietatẽ hanc curiosã protinus amoliemur. Habetis itaq. patres conscripti sumã- rio opere ab oppidi primordio in hanc diẽ patriæ restitutionẽ vĩo nomini compilatã. Vale- te: & plaudite: Canusium recensui.

Finis.

AD ANTIQVITATES CARNEAE FABIJ QVINTILIANI HERMACORAE PRAEFATIO.

JO.s JOSEPH LIRVTI DE VILLAFREDDA [illegible] J. C. UTINEN.

Ut aliquo modo, cum nunc aliter non suppetat, amicitiae vinculum, quo pené ab infantia conjunctissimi sumus, apud posteros nostros, quorum haec mea Collectio in oculos incidet, commendatum sit; et ut ijdem, cum ab hoc saeculo decedere erit necesse, qui par amicorum fuerimus, resciscant; patere, Vir humanissime, aequé ac amicissime, ut hanc meam qualemcumq. praefatiunculam Nomini tuo, et amicitiae nostrae nuncupem. Quamvis enim te, virum jurisconsultissimum publica, et privata assidué distineant, et arcta obsidione quasi te circumeant, animusq. plerumq. ijs versetur in rebus, quae otij mei nequicquam sunt; scio nihilominus, nec te aversum ab ijs animum habere, quae res proferunt in lucem antiquas; immó cum occasio adsit, libenti animo aurem illis adijcere; praesertim si cum rerum notitia eloquentiae quoq. vis sit conjuncta, qua delectaris plurimum, et ea in laude praecipuus in Foro versaris. Eam autem Romanam eloquentiam in historico nostro, si legere vacat, agnosces, quae saeculo. XV.o quo vixit, vix in paucis, non solum Forojuliensibus, sed Italis, deprehendes; & ut de scriptore, et de opusculo, antequam illud percurras, notionem aliquam habeas; quae in ejus historiola observare mihi contigit, liberali animo, ut tuus mos est, accipe.

Dum Hermacoras, amori patriae suae nimis indulgens, ejus laudes undecumq. expiscare satagit, amore eodem exundanti obcaecatus id pluribus verbis peccavit, quod alij nri Forojulienses quoq., Forumjulij nempe urbem hac, illacve in provincia novam condendo, quam antiquiss.a uno tantum in loco consedisse apud omnes est in confesso, quaeq. citra controversiam, ut par erat, nunc docti viri omnes in Civitate Forijulij adhuc vigere agnoscunt. Hinc ipse omnia, quae Paulus Diac.s posterûm memoriae tradidit de Civité Forojuliana, ad suum inter alpes positum Castrum julianum, ut Diaconi verbo utar, vel ut latino et proprio, Julium Carnicum perpetua oratione detorquet; ita ut in alienis corradendis occupatus, suorum oblivisceretur, eaq. in tenebris latere permiserit; cum potius sua diligenter persequi, et curare, juliumq. urbem inter alpinas, et authoris julij Caes. et sua dignitate nobilem, potius e ruina sua educere, et in lucem proferre debuisset.

Si hanc de Forojulio Hermacorae hallucinationem demas, haec illius Historia esse nobis debet in pretio, tum quia plures illius Alpinae provinciae notitias non obvias refert, tum quia id scriptor noster politiori latina linguâ exequitur, quod utiq. nec uvlgare, nec obvium erat in Italia saeculo. XV.o labente, quo Hermacoras Civis Tulmetinus floruit; qua de causa ipse cum reliquis nostris latinae linguae reparatoribus non immeritó esset connumerandus. Praetereo quasdam novas omninó, vel alijs nostris Forojuliensibus scriptoribus indictas notitias, vel varia, et partium studio vitiata narratione omninó in contrarium sensum detortas, quae plurimum historiae nostrae lumen afferunt; inter quas non minimi momenti, inflictum, et impactum Tristano Savorniano crimen Johannis Moravi Pathae occisi, animadvertitur.

Hoc opus, ut patriae honorificum, et habitatoribus non injucundum lectu, scriptoris nomini quoq. consulturus Civis quidam Tulmetinus, cujus nomen sub illis siglis I. C. S. D. quae fronti epistolae praeambulae sunt impositae, latere arbitror, saeculo sequenti. XVI.o typis edere paraverat, laudataq. epistola editionem Comunitati Tulmetij inscripserat; sed quo casu, quave de causa id non perfecerit, cum opusculum typis expressum nullibi extare sciam, ignoro remq. infectam remansisse existimo. Haec Historia in Deditione Forijulij, et Carneae ad Venetum Principem desinit.

In Codice Jo. Bapt. Puppi J. C. Tulmetini frons habet: Fabii Quintiliani Ermacorae nobilis tulmetiensis de Antiquitatibus Carneae libri IV conscripti anno 1700 a Josepho Cillenio, cujus est epistola subsequens

NOBILI & PEILLVSTRI TVLMETII COMMVNITATI

J · C · S · D ·

Quod veterū provinciarū monumenta, qualitates, mores, res gestæ aliquando ceu turpi demandatæ oblivioni perierint, aut scriptorū inopiæ, vel sanè incuriæ id factitatū existimo. Quippe cum Carnicas Regio, nunc Carinthiæ Forojulioq. conterminas, inhabitantiū simplicitate, contenta literarias artes ferè non noverit, et agrorū cultu detenta suos non præstiterit homines; qui bella, qui paces, quive fœdera, actave quæq. stylo describerent suo; Tenebris sic involuta, ac parū nisi sibi cognita diu stetit Patria; cum defluente paulumper ætate, excepit animos virtus, et quos rudes effecerat inclementia loci, magistra rerū scientiæ expoliuit. Hinc soluti legibus populi, condito sibi plurimorū regimine, sub imperiū dati statuta, sanctiones, et quæ ad benè vivendū opitulari visa sunt, decreta, atq. ut non modo pacis, sed belli etiā temporibus res suas tutari apprimè valerent, Comitijs Tulmetiū, velubi provinciæ Caput, deportatis, Cōmunitati sumus rerū demandata est. Quæ verò invalescentibus annis peracta sunt, quæ sors, aut propria, aut aliena, urgente Dominatū fuerit subsecuta, unus Fabius Quintilianus Hermacoras patrio consulens nomini in unū congerere, expetitis ab Archivio pub.co memorialibus, XV.o jam exacto propè fineū sæculo, operæ pretiū duxit. Hujus MS.tæ malo fato, latentia signavus exarator ex vetusto ejus, ac penè incintelligibili exemplari deprompsit, ut addere manum, et in occursū codicis ire necessū fuerit. Quare ne benemeriti Concivis nri labor depereat, neve quæ scitu digna in provincia evenere, incassū eant, pralis statui demandare, ipsius mea patriæ decori auspicato prospiciens. Hìc regionis status, conditio, mores, et quæ memoriæ obliterata videbantur, monumenta, res gestæ, belli, pacisq. consilia actatū in aperto sunt. Nec sociali quadā necessitudine deerunt Forijulij notitiæ, videlicet qui fuerit Patriarū ambitus, Dominatio, vires, quæ jusdicentiū Castellanorū factiones, fœdera, et a Dominio defectiones, quæve Germanorū, aliorumq. Principū decursiones, et inducia, adducantur primū, scriptoris opinione pluribus suffulta auctoritatibus, et argumentis; Ubi nam et quale fuerit Oppidū Julium ne Cajo Julio Cæsare extructū, vel ejus nomine auguratū. Tu interim Nobilis, et retroactis sæculis spectata Communitas grato excipe animo, quas tibi dat Concivis tuus Quintilianus imitandas majorū memorias, et quas plurimis expurgatas mendis, quoad fieri potuit, honorifica fermè munera, alter filius tuus ultrò tibi defert, et dicat.

Hac fere descripta, tandem non suæ mentis compota tenui, sed qualia ignara

innocentiaque

al. Tabulario
al. monumentij
Diu

al nupy

al. adorta tum

DE

DE ANTIQVITATIBVS CARNEÆ

FABII QVINTILIANI HERMACORAE LIBRI QVATVOR.

LIBER. I.

Universam Regionem illam, quæ inter Liquentiæ flumen Tarvisinum agrum terminans, & Adriaticum sinum, Istriam Japidiæ, Alpesq. superiores, Italiæ a Germaniæ dividentes, continetur, Carnorum provinciæ antiqui nominavere, ejusq. incolæ Carni populi dicebantur; cujus Metropolis fuit Aquileja, Urbes nobilissimæ Romanorum Coloniæ, circa quæ C. Julius Cæs. dum procos. in Gallia bellum gerebat, tres legiones in hybernis collocare consueverat. Omnis ea provinciæ pars, quæ á flumine Fella, quod propè Venetorum oppidum in Tiliamentum labitur, usq. ad mare protenditur, mutato priore nomine Forum julij dici coepta est, illusq. populi Forojulienses appellati ad eorum, opinor, differentiam, qui Forojulienses Transpadani, Plinio teste, dicti sunt. Reliqui verò populi, qui á flumine Fella supra, Alpes incolunt, quibus tanquam se invicem jungentibus includuntur, et antiquum nomen retinuere, et hodierno quoq. die passim Carni populi nuncupantur. Hujus in superioris provinciæ describpturus Antiquitates, antequam rem ipsam aggrediar, illius situm, locorum qualitates, et incolentium mores explicare, operæ pretium fore existimavi; ut qui hæc perlegent, quid ubiq. in ea gestum sit, facilius intelligere possint.

Omnis igitur regio in quatuor partes divisa est, quæ communi illis gentibus vocabulo, et Quarterias, et Carales appellantur, quorum primum, ad orientem solem vergens, Incarojum nominatur, habetq. Torrentem nomine Clarissonum, quod medium interfluit, quodq. Butrium fluvium ingrediens, ambo Tiliamenti aquas adaugent. Quod usque ad Occidentem protenditur, Subclivij Quarterium est, in cujus capite nobile Tiliamentum flumen exoritur, medium autem locum hujus proximum Quarterium Gorti tenet, cui adhæret Quarterium D. Petri, a vetustis Ecclesiæ Collegiata, et Apostolorum Principi dicata, nomen trahens. Hæc Vallis Butrium rapacissimum flumen excipit, Gortum verò Decanum, quæ diversis itineribus in Tiliamentum dilabuntur. Accedit Gorto Plavis quoq. flumen celeberrimum, quod ex monte quodam, Setis vocato, ortum ducens, indeq. Arcton versus pertransiens Vallem Zappatam, cujus incolæ, etsi Germana plerumq. utantur lingua, tamen inter Carneos connumerantur, & Tulmetinæ Jurisdictioni parent; per Cadubriensium montium anfractus sylvestribus ripis præceps inter saxa devolvitur, exceptusq. mox agro Bellunensi, et utramq. ripam clementiore alveo præterlabens, et navium ponderæ sustinens, Adriatico mari sese immiscet. Habet etiam Quarterium D. Petri Lacum subtus pagum Tamavi, ex puriss. aquis ibidem scaturientibus confectum, qui exquisiti saporis tructas incolis submministrat. E regione verò ipsius pagi ultra Butrium ex quodam monte, qui ex præruptis undiq. saxis constat, in .CCC. passuum altitudine, unico jam tum ore, erumpunt uberrimæ, ac perennes aquæ, illicò ad pistrini, plurimumq. officinarum usum largè, abundèq. sufficientes, a quibus Timavi nomen loco illi impositum fuisse credendum est. Paulo infra ex altero Primosij montis latere exoritur Rivus nomine Moscardus miræ rapacitatis, cujus alveo incredibilis magnitudinis saxa præcipiti gurgite rotantur, modo in summo extantia, modo sese ad imum deprimentia, ita ut durante vorticis impetu aqua nullibi appareat; quo sæpe fit, ut illac iter facientes siccam, aridamq. arenam, quæ solidæ telluris speciem præferat, cernentes, in eam ingressi, et ipsi et equi pectore, et capite tenus demergantur, neq. inde evadere possint sine aliorum subsidio, qui assibus suppositis, ne et ipsi in easdem incidant voragines, eos tandem, agrè tamen inde ducunt, et periculo liberant. Solet præterea rivus hic, quod mirum omnibus videtur, vel nullis ingruentibus imbribus, æstivo tamen tempore, placido, ac sereno Cœlo, eximiæ magnitudinis saxa secum trahere, eosdemq. vortices efficere, quos pluviosis, nimbosisq. diebus inducit; nullibi, ut diximus, prorsus aqua apparente. Idem quoq. traditum est a Joanne Boccaccio de Torrente quodam Certaldensi, inter Pistoriensem, et Lucensem agrum fluente, nisi hoc uno a nostro differt, quod ille, singulo decennio tantùm, vel paulo longiore inter vallo, subito, ac fortuito motu, magnorumq. eximo telluris ventre lapidum vomitione, vel incolas ipsos fallat incautos; hic verò singulis æstivis temporibus easdem repetens vices, quamplurimas damnat agris, quos inter montium fauces lapsus præterfluit, quotannis inferre consuevit, et cum nullum latentis vis argumentum esserantur, hic tamen

dignas

digna sanè, quæ in medium producantur, vel incolentium metu, et opinione effecta, vel rei veritate nixa (nihil enim temerè affirmare ausim) nonnullâ rationè ejusdem cõmotionis adducunt. Quidam cõ Pastores illius Primosij montis accolæ mihi diversis temporibus constanter affirmare non dubitarunt, sæpè a se, dum greges, et armenta illic pascerent, passim, sereno cœlo, tamquàm vocem hominis immanem aliquam molem attollentis, exaudito, non sine magno suo pavore, eodemq. penè momento ingentium saxorum, ex ipso monte evulsorum, fragorem, aeris etiam aliquando cõmotionem, tonitrua, et grandines repentè subsequi solere, nonnullosq. interdum boves, propè ipsum locum tunc depascentes, præcipites actos; quæ omnia adscribunt veteri perjurio, in ipso monte a quodam Dño perpetrato, cujus paulo post secutæ morte, ingentes, terrentesq. voces in hunc diem exaudiri, et horribiles quasdam species illis in locis versantes videri asserunt. Sunt etiam præter eos, qui supradictis Quarterijs continentur, plures pagi circa Tulmeticum oppidum, totius Carneæ caput, cui nomen dedêrunt prætorambulantes aquæ Tiliamenti fluminis, toto Forojulio celeberrimi; quod et ante conditum oppidum, et postea per multos annos Tulmentum vulgo dicebatur, eoq. nomine antiquitus appellatum fuisse, tàm publicæ, quàm privatæ tabulæ testantur; postea verò mutato priore nomine a Tilla, & Veneto, ex Phaetontis genere orti, Tillaventum dictum cœptum est. Constat siquidem Phaetontem ex Atticæ regione profugum cum Ligure ejus filio, a quo Ligures dicti sunt, multis antea Œnotrium Arcadum sæculis, in Italiæ occidentalem partem sese recepisse, oramq. eam, quæ nunc Venetia dicitur, tenuisse. Ex Ligure verò Cycnus, qui Cenomanis nomen imposuit, originem duxit, et ab hoc Cycno Eridanus, qui Eridano fluvio nomen, hodiè Padus, indidit, et ex Eridano Venetus, qui Venetam oram a se jussit appellari, genitum fuisse præferunt; a quo Tilla demum exortus, suo et paterno nominibus junctis, Tillaventio nomen fecit. Cæterum hi Pagi in Plebes (sic ñ nonnullorum vicorum Collegia patrio nomine nuncuparunt) dividuntur, quarum primum tenet locum Plebs Tulmetij, in eminenti ultra Butrim edita loco; proximæ sunt Plebes Invilini, Verulliarum, et Carnitij, quæ singulæ plures complectuntur Pagos; habet ĩm plebs Cavatij lacum, ab eadem denominatum, qui nõn solùm perfecti saporis tractas viginti pondo, sed etiam anguillas ejusdem pènè magnitudinis, nullusq. loci secundas, lucios etiam, et tincas, quales nusquam alibi reperias, optimè alit; nil ñ firmi in eo residet; namq. ipsum pura, et nitidissima aqua, ex proximis montibus proderuntes, efficiunt, et in longitudinem ultra passus. M. in latitudinem verò aliquanto minus patet. Continet hæc omnis regio pagos. CL II. Sterilis ĩm adeo est, ut cum ob ipsius agri infœcunditatem, tum ob fluminum rapacitatem, quæ incredibili impetu e montibus devoluta, et nullis alveis contenta, in agros undiq. irruunt, et magnos terræ cumulos secum trahunt, fruges ad inhabitantium cõmodum, victumq. necessarias præstare nequeat; importatis tamen e Forojulij frugibus, ac vinis maximè utuntur, magnusq. apud eos lactis, pecorisq. usus est; pascua enim habent uberrima, montesq. non minus ad pecudum innumeram turbam alendam aptissimos; verum etiam proceris arboribus tàm ad navale, quàm fabrile, et ignis usum pertinentibus refertos. Præterea hujus regionis incolæ institoria industria, varijq. generis mercatura, quam non modo in Italo, et Germano solo, verum etiam in totius ferè terrarum orbis partibus circumferuntur, sibi et suis victum quærunt, ex quo, non quamadmodum nonnulli falsò opinantur, eosq. habent, esse stupentes natura, sed potiùs callido admodum, et sagaci ingenio, res ipsa demonstrat; corpus ñ, animumq. assiduè exercent, divorsamq. rationem, quam omnes ferè rustici sequuntur, ineunt, etenim frigoribus partas plerumq. fruuntur, nam hyemali tempore foris, ac sub dio sunt, sibiq. adinstoria senectutis labores, et industrias parant. Sed ne quis eos agriculturæ omninò neglexisse existimet, nam quotannis ineunte æstate ad fruges colligendas domum revertuntur, exactoq. reliquo omni tempore, domesticis rebus compositis, ac sementa peracta, per hyemem intermissa negotia statim repetunt, ex quo magnum sibi pecuniæ vim comparant: sic nec agricultura, quæ ipsis solatij, ac requiei loco est, neq. peregrinationis, aut laboris spes lucri, eos satietas unquam capit. Quod autem jocmes

AB. Candidus Cõmentariorum Aquilejensium lib. i. asserit Carnis populis guttur adeo intumescere, ut maxillas plerumq. excedat, credo doctissimi et in hista conscribenda diligentissimi virum locorum imperitia; quod ejus pace dictum sit; facilè in errorem adductum; rari ñ sunt in hac provincia, qui hujusmodi morbo laborent; est tamen Vallis quædam huic regioni finitima, quam Julia Latino nomine nonnulli dixere, incolæ verò Zeliam a flumine, quod eam interlocat, appellant, in qua maximè circa locum nomine Zossachium magna hominum pars aquarum, quibus utuntur, ut ipsi asserunt, vitio incredibili gutturis tumefactione patuntur; nec solùm hac corporis deformitate, sed etiam quadam mentis stoliditate, animiq. torpedine quamplures afficiuntur, ut etiam loquellæ usus ademptus esse videatur. Quapropter a quibusdam Germaniæ principibus (Vallis ñ hæc inter Germaniæ partes adnumeratur) utpote qui divitijs, et opibus affluunt, hujusce modi homines joci loco in deliciis habentur, et eos in convivijs tempestivis adhibent, eorumq. ineptijs ad cachinos, risumq. excitantur, ut etiam superiori anno quidam in gratiam nonnullorum nobilium non paucos hujusce generis homines, ex eo, quem supra memoravimus, loco palustris Vienna usq. advexit. Ego tamen magis pij, ac Christiani animi fore duxerim, ipsorum infelicitate, ac miserijs moveri, quam stultitijs delectari. Sed nos ad propositum iter revertamur.

Hinc

Hæc metallicarū quidē divitiarū prorsus expers non est Carnorū Provincia, argenti m̄ fodinæ extant in Primosio-monte, propè pagum Ternavū, et etiā in Avantio Canalis Gorti. Ex monte quoq. D. Petri prodeunt quædā aquæ, quas vernaculo sermone Pudias vocant, tā hyberno, quàm æstivo etiam tempore ebullientes, nec minus colore, quam sapore, odoreq. sulphureæ, quibus incolæ persæpè ad scabiē expellendā, et ad omnia alia, in quibus sulphur adhiberi solet, utantur. Unæ quoq. circa Tulmetiū, nec non et infra, et supra exoriuntur, ex quibus vinum efficiant; quod licet hyeme durioris digestionis acerbumque videatur, æstivo tamen tempore in melioré redactū naturā, et stomachum non adeo lædit, et sitim mirè depellit. Carnes quoq. cujusvis generis, et lacticinia in proximis locis primū sibi numerū vindicant. Præterea venationibus, et aucupio locus ipse consultò a natura editus esse videtur, in quo quidē leporū, ac cujusvis generis aviū, ubiq. copiæ reperitur, gignunt m̄ superiores, et altiores Alpes candido, et niveo colore lepores, quos laqueis a venatoribus captos nobis non semel et videre, et comedere licuit –

Quarterium m̄ illud, quod longissimè ab oppido Tulmetij extenditur, triginta, quod verò proximè, viginti millia passuū distat. Fuit olim in hac regione ad radices montis D. Petri vetustissimū, ac nobilissimū oppidū Julium Carnicum appellatū, in quo nunc est parvus Vicus, qui adhuc julij nomen retinet, pluresq. diversis in locis aras, et castra ad numerū. XXIIII. e quibus sunt Castrū Tulmetij, Divi Laurentij, Fusea, Verzagnis, Invelini, Subclivij, Nonta, Luintij, Sezia, Sutrij, Damary, Siaij, Moggi, et Cavatij paulo supra lacum, quem superius descripsimus, situm; cæterorū verò nomina vetustate, et scriptorū inopia periere, de quibus alibi plura dicturi sumus. His m̄ singulis delibatis; omniū horū populorū jurisdictio per Pathas ad Comunitatē Tulmetij delata fuit, et adhuc Venetæ Reip. benignitate apud ipsā eadē residet auctoritas, ut inferius demonstrabimus. Qualis m̄ fuerit totius Forijulij status ante Aquilejam conditā, cum propter edacē temporis vetustatē ipsius, ut non satis veras, m̄ parvas haberi potuerit notitias; brevi compendio res tantummodo Carneæ describpturus, hic omittendū duxi. Postquam igitur incumbentibus barbaris Senatus R̄. decreto a P. Corn. Scipione Nasica, C. Flaminio, et al. S.C.
L. Manlio Acidino Latinæ Coloniæ Aquilejā deducta est, omnē provinciā tam superiorē, quā inferiorē R̄m̄ præsides, et Duces Aquilejæ sedē suā statuentes regere consueverunt, usq. ad annū Dñi. CCCC. quo Alaricus Gothorum al. ccccxii.
rex e Scythia cum. CC. militū millibus, torrentis instar, Forum julij ingressus, superiorē, et inferiorē regionē cædibus et incendijs involvit; Romamq. quondā Orbis dominā per annū obsessā, fameq. consumptā coepit, et incendit A. ab U. C. MCLXVIIII. Parvo postea tempore interjecto Valentiniani Imp^ris tempestate, Attila Hunnorū rex innumeram barbarorū Hunnorū, scilicet Gepidarū, et ostrogotorū falangem secū trahens, Istrias devastata, Aquilejā per triennium obsedit, demumq. captā funditus subvertit, sedente tunc Nicta Pātha. XVIIII. post D. Marcū. Concordiā quoq. & Altinū devastavit, ac omnē Forijulij regionē, maximamq. Italiæ partē incendijs, rapinis, ac cædibus fœdavit. Quo tempore ferunt Arcem Utini; quæ in edito loco sita, velut Specula, domos supereminere omnes, ita ut ejus prospectus in Patriā ferè universā se extendat; ab Attilæ militibus, Aquileæ obsidione durante, conditā fuisse. Ab his m̄ temporibus usq. ad imperiū Justini minoris tām gravibus, ac frequentibus barbarorū incursionibus Italiæ res afflictæ sunt, ut ad nihilū propemodū redactæ viderentur; dū brevi spatio diversis tū origine, tum moribus efferatis nationibus miserimè cuncti inservire cogebantur, ita ut nullū habuerit firmū, ac durabile Dominiū, vel saltē Dominij speciē. Forojulienses, et Carni, qui cæde, quā cæteri Italiæ populi, fortunā experiebantur, ex eo fortasse graviore, quod omnes pœnè a barbaris in Italiā factæ irruptiones per Noricū, et eā, quæ nunc Carinthia dicitur, regionē, primi ad expellendā immanē sanguinis Italici sitim, quā ipsi barbari præferebant, expositi se videbantur. Infra n̄ prædē tempus post Attilæ obitū ostrogoti duce Theodorico Forumjulij ingressi propè ruinas Aquilejæ Odoacrem Italiæ rēgem prælio superarunt, omnemq. damnū regionē circumjacentē, ac Italiā universam pervagati innumeras ubiq. strages, ac direptiones ediderē, quos consecutus Totilas Gothorū rex, imperante Justiniano, Forumjulij ingressus universā provinciā ipsā, Italiamq. afflixit, ac Romā coepit, et devastavit. Alboinus damnū Longobardorū rex, imperante Justino minore, sedente Benedicto. I. Pont^ce, Martiano m̄. XXIX. Pātha Aquilejæ, Pannoniā liquere, et Longobi in Italiā ducere constituit innumerisq. suis copijs (a) triginta Saxonū millia adjunxit, et per eā, quæ, ut supra diximus, semper ad Italiæ exitiū patuit, portā, iter fecit. Pannonia n̄ decedentes per Noricum, quæ prius Avaria, nunc Austria dicitur, pervenere in Iaburniā provinciā, scilicet Forijulij; hoc n̄ nomine etiamtūm designata fuit, omnemq. regionē illā, tā superiorē quā inferiorē, sub ditione accepit; cumq. Sisulfus Nepos ei provinciæ præfecisset, reliquas Italiæ urbes, oppugnare instituit, prout majorē revera illarū partē quamcito subegit. Firmata ibi Longob^rū sede, et vita privata (b) Alboino, nobiles Longobi peremptō successore Clefo, triginta ex primatibus Duces creavere, quibus singulas provincias regēndas cōmiserunt, et Sisulfus (c) Forijulij proximisq. regionibus præfecerunt, quibus antea ab patruo

(a) Alboinus cum bis centum millibus Longobardij Italiam ingreditur.
(b) Alboinus prope Veronam necatus veneno a Rosimunda uxore, eo quod eam coegisset in cranio cum mundi patris sui
(c) Gisulfus, non Sisulfus ab Alboino Forojulii Prefectus fuit.

xa C 568

patruo fuerat præpositus; quam regnandi rationem Longavo posteà tempore seruaverunt; donec abominati tot Ducum tyrannide ad Monarchicum dominium reversi sunt. His m̃ Julienſium provinciam, Carnorumq. unâ cum ea Italiæ parte, quæ adhuc ab ipsis Lombardia nominatur, sub Ducum titulo regentibus, iteriter extremo Phocæ imperij tempus, sedente Bonifacio IV. Pont.ce Maximo, et Agilulfo Longobardorum rege, Avares Hunni, qui et Bavari dicunt, è Norico in Italiam profecti, Forumjulium invasêre, quibus intimas ejus provinciæ partes tenentibus Gisulfus Dux, qui Gisulfo successerat, cum omnibus ijs provincialibus, ad arma ferenda idoneis, occurrit, collatisq. signis acriter utrinq. pugnatum est; quo in prælio Gisulfus multis confossus vulneribus oppetijt, cæsis etiam quamplurimis Longobardorum millibus. Avarus m̃ victor, provincias rapinis, et incendio vastata, cunctisq. circum oppidis Cormono, Arthenea, Glemona, Osopo pervium, aut deditione receptis, cum exercitu ad superiores Carnorum partes se contulit; quia in oppidum tunc munitissimum in ipso alpium ingressu positum Gisulfi conjugem unâ cum primatum Longobardorum uxoribus opes omnes locorum natura fretas intulisse audierat. (a) obsederunt igitur oppidum Avari, eoq. brevi tempore, novo proditionis genere potiti sunt. Cum m̃ Romilda, Gisulfo viro, ut suprà vidimus, orbata, Avarorum regem crispo capillo insignem, auro laq. clamydem fulgentem circa oppidum inequitantem fuisset intuita, statim ipsius amore capta sese, oppidumq. ei tradidit, pacto prius inito de conjugio cum ipso contrahendo. Avarus, accepto in ditionem oppido, unam tantum noctem fœminam ad se admisit, quam posteà duodecim militibus tradidit abutendam, dimissaq. plebe, ac præda ex oppido comportata, illud combussit, funditusq. delevit adeo, ut vix ulla vestigia posteà apparuerint. Licet m̃ nonnulli, inter quos Candidus Commen. Aquil. lib. III. hæc ea in loco evenisse scribit, ubi nunc est Civitas Austriæ, ibiq. Julium oppidum ab Avaris excisum fuisse asserit, opinio non placet. Ego tamen pluribus nixus argumentis affirmare ausim, hæc potius in Julio oppido; quod in Carnea nobilissimum extitisse non ambigitur, quo in loco adhuc est pagus Julium appellatus; ab Avaris fuisse gesta. Blondus m̃ Decade I. lib. IX. Julium supramemoratum, in ipsis montium faucibus positum fuisse, scribit; idemq. Justinian. Venet. Hist. lib. VII confirmat; quod quidem de situ, ubi Civitas Austriæ posita est, nullomodo dici potest, utpote plano, patentiq. loco existens. Quocirca omnibus quidem probabilius esse debet, Longobarum Ducem, reliquosq. ejus gentis primates uxores, et gazam in oppidum Julium, inter Carnos situm, contulisse, cum et ipsum in montium faucibus extet, et XXX. fere passuum distans a locis, hostium incursionibus expositis; quod quidem loco, et natura munitum exiguo militum præsidio contra longè majorem hostium numerum defendi poterat, quàm in plano, et aperto campo, ac primis inimicorum, in provinciam irrumpentium, incursionibus patentem; cujusmodi est memoratæ Civitatis Austriæ situs; omnes m̃ vias, per quas in Italiam barbaris iter patuit, circa Civitatem, vel paulo longius esse, nemo est, qui nesciat; veluti Veruca Montisfalconis ex Istria, et Goritia longè latius ex Liburnis, Tauriscis, et Noricis, Tulminia ex Carinthia. Constat præterea, Julium antedictum funditus ab Avaris eversum, ut Blondi verba planè demonstrant, hæc m̃ scribit = præda ex oppido asportata, Avares ædificijs ignem immiserunt, nec prius inde movit rex, quàm oppidum munitissimum, opulentissimumq. solo æquaret. Sabellicus quoq. De Vetustate Aquilejæ lib. III. postquam Julij eversionem, de qua superius egimus, descripsit, subdit = Quæ si ita se habent, Paulus Diac. qui ejus rei auctor est, videat, quomodo oppidum, quod Civitatem appellat, Forum julij esse possit, cujus vestigia non modo non evanuêre, sed inter oppida patriæ locus ipse frequentis simus sit = Quibus adductus rationibus clarissimus nobilitate, et doctrina Bernardus Justinianus Venet. Hist. lib. VII. descripto prius oppidi deditione = Illud, inquit, Avari ab ipsis radicibus everterunt, ut non solum instauratum sit unquam, sed ubi nam situm fuerit, nullus certioribus vestigijs, aut monumentis constet, nisi quod dum in eas provincias legatione munere perfuncti admiraremur, interijisse nobilis oppidi vestigia, et scrutaremur et incolas, et locum; repertus est in ingressu alpium aliquanto supra Tulmetium vicus adhuc cum nobili Ecclia; ubi pavimenta conspiciuntur musivo opere depicta et lapides juxta templum antiquos, et magnis incisi literis. Ejus loci nomen cum quæreremus, et Julium respondissent, facilè intelleximus locum esse, quam quærebamus, et Zulium corrupto nomine appellari = Hæc Justinianus Constat m̃ pluribus argumentis, oppidum prædictum a Julio Cæsare conditum fuisse, cum illàc ipse cum exercitu contra Helvetios proficisceretur; audito m̃ Helvetiorum motu Cæsar, ut ipse ipse lib. I. De Bel. Gall. testatur = Duas in Italia legiones conscripsit, et tres, quæ circa Aquilejam hyemabant, ex hybernis eduxit, et quâ proximum erat iter, in ulteriores Galliæ cum illis legionibus ire contendit = Cæterum m̃ alpium aditus Helvetij occupaverant, præsidijsq. munierant, nec illac R.s onsul exercitum traduceret. Porrò hodierno quoq. die nulla est frequentior, aut brevior via ex Foroulij in Helvetios proficiscentibus, vel inde huc remeantibus, quàm ea, quæ tendit per montem Crucis, in limite Quarterij S. Petri situm, in quo Julium quoq. oppidum exstitisse demonstravimus; quo in monte via, quæ anteà difficilior fuerat, permeabilis ut fieret, a Julio Cæsare curatum est. Cui rei monumenta sunt quædam trabes medio ferè montis ascensu, magnoincisæ saxo, quæ hujusmodi sunt = IVLIVS CAESAR HANC VIAM INVIAM ROTABILEM FECIT = Ea verò occasione oppidum supradictum a Cæsare conditum, et munitum fuisse credendum est, cum ut si, non perdomito hoste, humanæ necessitatis quid eum a Gallia, quam petebat, repulisset, id post se relinqueret, veluti liberi regressus pignus, et præsidium, tum etiam ne eadem via barbaris, in Forumjulij ingredi conantibus, pateret, oppidum in Alpium radicibus, tanquam firmum propugnaculum opposuit. Insunt præterea pagi nonnulli, tam supra, quàm infra locum, in quo

(a) A. C. 610 vel 614

in quo Julium esse diximus, quorum nomina redolent antiquitatem, ut Formiæ, Setiæ, Arcis, Nuceriæ, et Sutrium, quorum incolæ etiam nra tempestate pavimentorum vermiculato opere fragmenta, marmoreas columnas, fractas tamen, examinere, urnaq. in quibus mortuorum cineres antiqui reponebant, reperta sunt, et plura etiam sepulchra, e magnis quibusdam saxis excisa. Probat insuper tum antiquitatem, tum nobilitatem vetustissimum Templum, in elato montis cacumine positum, et Apostolorum Principi dicatum, cui Præpositus cum octo Canonicis inserviunt, quorum quidem Capitulum, præter Aquilejense, cæteras totius Patriæ vetustate præcedit, habetq. Præpositus locum, auctoritatemq. suffragij in Generali Patriæ Parlamento. Multas præterea extant in ipso Julij vico antiquitatis vestigia, ac inter cætera in vestibulo Ecclesiæ D. Leonardi temporis injuria adesum quoddam saxum, in quo hujusmodi lræ inspiciuntur.

SS. SA = — — — — — —
PECVNIA REFECERE ET
INAVRATA IN FASTIGIO V
ET SIGNA DVO DEDERVNT
= =NIO PL PRINCIPE
= =POTITIO SEX L ARGENTILLO
MAG VICI

Ex eodem loco alter lapis Venetias adductus hujusmodi est.

SEX. ERBONIVS SEX. L. FRON . =
REGONTIVS. PRIMI. ET. GENTIL. L. IVCVND==
= =POTITIVS. T. L. PHILEMON
SEX ERBONIVS. SEX. L. PHILOGEN::
GAVIVS. PHILEMONIS. L. HILARI=.
= =EGONTIVS. L. L. STEPHANVS
= =MVLVIVS. DITIONIS LATINAE SENECIO
GAVIVS. L. L. GRATVS
= =IARVS. VETTI. T SER
= =AGISTRI. AEDEM. HERCVLIS. D. S. P
SEX ERBONIO. SEX. L. DIPHILO
= = QVINCTILIO. M. L. DONATO
MAG. VICI

In angulo Ecclesiæ Plebis Tulmetij, ex eodem loco exportatum, ibiq. repositum est saxum cum his literis.

M. IVVENTIVS
M. F. CLA
OCLATVS. VET
COH. VIII. PRAET
T. F. I. SIBI

Tulmetij quoq. in ædibus Josephi Gozardis ex eodem loco est aliud saxum.

L COMINIVS. L. M. L
NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATVS
V. F. SIBEI. ET. SVIS
L. L. L. CILO
L. L. L. RAETVS
L. L. L. PRINCEPS
COMINIA L L VRBANA
L. L. L. GALATA

Duo item fragmenta marmorea in vico Julij in quodam muro inserta inspiciuntur his literis.

PVB. CONSIDIVS
M. ADDVXERE
HOC VICTOR
REGONTIVS
SEMENTI

Multa præterea istius loci vestigia, aut vetustate consumpta periere, aut alicui incolentium negligentia deperdita fuere. Hæc nos dissertatione prosequuti sumus, eo fortasse longiore, quam res ipsa per se clara exigere videbatur, ut quod verisimilius de Julij oppidi situ legentibus videbitur, id et probare, et tenere liceat, et ne cui videremur parum considerate fecisse, qui aliud, quam Paulus Diac.s antiquus harum rerum scriptor, et Jo.s Candidus vir apprime doctus de Julio senserunt, tenere, et affirmare ausi fuerimus; non in parum hæc argumenta, doctissimorum virorum sententias comprobata,

data nobis valere visa sunt ad dignoscendū, utrum in hac potius Carnea regione, an ubi nunc est Cividatū, antiquū, et nostrae, Julium oppidum extiterit. Ita autem a Nobis non contentionis alicujus gratia haec scripta sunt, a qua et natura, et instituto abhorremus, sed ut patriae nrae, cui vitam ipsā nos debere fatemur, quantū in Nobis est, monumentis consuleremus -

Julio oppido igitur, ut supra vidimus, foeminae libidine, et opera capto, funditusq. everso, magnā Avari praedā, ingentemq. mortaliū numerū secū adduxere, inter quos Tasso & Cacco majores natu, & Rodoaldus, & Grimoaldus minores Gisulfi filij capti sunt, duaeq. eorū sorores, quae non modo forma singulari, sed etiā spectata pudicitia insignes, summis postea Ducibus in matrimoniū collocatae sunt; et adolescentes, parvo interjecto temporis intervallo, hostiles manus evasi, et in patriam reversi, non modo paternū Ducatū recuperarunt, sed etiā late protulerunt. Hi ultra Patriae, hujusq. superioris Regionis fines, eam Germaniae partē, quae nunc Zelia, corrupto vocabulo, olim Julia dicebatur, ut libri initio ostendimus, imperio suo adjecere. Sed dum Cacco, & Tasso mirabili concordia Ducatū regunt, Gregorij Romani Patritij fraude Opitergium accersiti, ibi dolose (licet non inulti) et crudeliter occisi sunt; quorū necem Grimoaldus eorū frater, Longobrū regno adepto, graviter ultus est ita, ut Opitergiū, ubi caedes patrata fuerat, funditus everterit.

Tassoni, ex fratri in Forijulij Ducatu successit Grasulfus patruus, aegre id ferentibus Rodoaldo, et Grimoaldo Tassonis fribus adolescentibus; quo vita functo, venit ad Ducatus dominiū Ago illius filius; quo itidē ab humanis exempto, Lupus Ducatū adeptus est, cujus quidē nomini mores nimiū congruebant; mirae namq. fuit rapacitatis, ut ne Ecclīis quidē ornamentis parceret. Is demū cum Avaris, a Grimoaldo rege contra eū accersitis, pugnans interijt, unâ cum Warnefrido ejus filio, dū armis paternū Ducatū recuperare conatur. Post hunc Lautharis Ducatū obtinuit, sed nihil memoria dignū gessit; cui successit Rodoaldus, qui dū a Patria abest, ab Ansfrito quodā expulsus fuit; Ansfritus tandē Principatū fraude comparatū paulo post amisit, a Cuniperto ñ rege Veronae captus, et luce orbatus in exiliū cedere coactus fuit. Quibus ita sese habentibus Aldo, Rodoaldi frater, tanquā Legatus Ducatū administravit; et post hunc Fertulfus, qui Sclavos hostes aggressus temeritatis suae poenas dedit; miserabiliter ñ cum magna Forojuliensiū parte cecidit; eiq. Corvulus Dux subrogatus est, qui cum regis irā in se concitasset, oculis orbatus in exiliū relegatus est. Huic Pemmo in Ducatu substituitur, qui Sclavos triplici praelio, ingenti edita strage, adeo devicit, ut longo post tempore Forojuliensiū arma formidaverint; cum m̄ Pemmo Callistū Aquilejensē Pātham, Luitprandi Longobardorū regis opera ad Pāthatū assumptū, in mare dejectū vellet, ab ipso rege Ducatu spoliatus est; cui Rachis filius suffectus fuit. Circa m̄ haec tempora Desiderius Longobardorū ultimus rex, dū Adriano Pontª Max. bellū intulisset, a Carolo M. Francorū rege ingenti praelio devictus fuit, et unâ cū uxore liberisq. captus, Lugduni perpetuū egit exiliū. Sicq. Longobrū regnum, quod in Italia annos. CC IIII. floruit, penitus interijt. Eam tñ cladē Berengarius Forojulien. Dux, genere Longobardus, paulo post ultus est; Ludovicum namq. ex Carolo M. prognatū devicit, ipseq. postea imperij sceptrū, quod Franci multos gesserant annos, assecutus est. Carolus M. vir et rebus bellicis et pietate insignis Paulino Aquilsi Pāthae complures pagos, et jurisdictiones in Forojulij, et Istria liberaliter largitus est; quae quidē omnia non solū a Lothario, Berengario. II. et alijs imperij successoribus ad Othonē usq. rata habita fuere; verum etiā ab ipso Ottone non pauca Aquils Pātha obtinuit. Hic fuit Otho Impr. hujus nominis tertius, qui anno salutis. DCCCCXCVI. imperiū a Gallis, et Longobardis in Germaniā transtulit, Gregorij. V. P. M. ejusdemq. nepotis Decreto. Conradus postea Caesar illius nominis secundus Poponi Pāthae universū Ducatū Forojuliensē, et Istriae Marchionatū cum innumeris praedijs tradidit, ac Episcopis. XX. Ecclesiarū praefecit; sicq. Forojuliensiū Ducatū a Longobardis ad Aquiles Pāthas translatus fuit Anno Dñi. MXXIIII.

Libri Primi Finis

LIBER. II.

Quia in superiori libro, dū de universo Forijulij statu egimus, nonnullorū Pātharū, qui, Ducibus sumā rerum administrantibus, sacris tantūmodò præerant, obiter mentio facta est; atque ad hunc locū tandē devenimus, quo, quemadmodū Aquilejensis Ducatus cum Istriæ Marchionatu conjunctus ad eosdē Aquil.ses Antistites, Cæsarū liberalitate, fuerit translatus, ostendimus; operæ pretium fore existimavi, si hic de ipsius Pātharum initio, de Divini Verbi ū primis illis nostræ salutis auctoribus semine facto in hac regione, quæ cōmuni omnium vocabulo Patria ad indicandā mutuā charitatē appellata est, de nonnullorū deniq. Pātharū rebus gestis, scilicet quæ ad propositam materiā pertinere videbantur, reliquis usq. ad Poponē Pātham sub silentio positis, pauca percurrerem. Quod quidē eo brevius mihi faciendū intelligo, quia hæc ipsa prīdē a doctiss.is viris, quorū monumenta quotidiē inter omnium manus versantur, uberius, ac feliciore stylo descripta fuisse, non sum nescius; & si eorū scriptis quidquā fidei detrahere, aut ab ipsis quasi prætermissū supplere conarer, non injuria, nec arrogantiæ, a quibus longissimè absum, crimen mihi est obijiendū.

Post igitur facta Antiochensis Eccliæ fundam.ta, cum Petrus Apostolorū Princeps Romæ totius Christianæ Reip.ae sedē collocasset, primusq. ibi summus Pontifex, ac Christi Vicarius, Divina afflante gratia, feliciter Eccliā administraret, Marcū discipulū suum, qui breve Evangeliū, ex ipsius Apostoli ore excepta, conscripsit, Aquilejam, tunc inter urbes Italiæ clarissimā, ut illic Divinū verbū disseminaret, dimisit. Hic Forumjulij ingressus primus ibi Christū annuncians Ecclesiam constituit, tantāq. se præbuit doctrinæ, et vitæ continentiæ, ut omnes Xsti sectatores per ejus vestigia gressus suos dirigere niterentur. Post aliquod verò tempus Marcus præceptorē suū videre, Romam q. se conferre cupiens, clamante populo, pastoremq. postulante, Hermachoram Aquil.ae Pastorem declaravit; quem secū ad Ap.lorū Pr.pē perductū, ac quasi pretiosiss.um talentū ad ipsius Pontificis pedes projectū, ab eodē in Patriarchatu confirmandū curavit. Ne verò Aquilejenses Cives Pastore carerent, Hermachoras, accepto baculo Pāthatus insigni, reversus in Patriā Aquil.ae Ecclesiā miro composuit ordine; ac tandē a Nerone Imp.re unā cum Fortunato Diac.o cervicibus abscissis, martyrio decoratus est; ut quidē non pauci illius successores, sævientibus Imperatorū persecutionibus; per agonem Martyrij ad cœlestia regna advolarunt. Constantino verò Magno ad Xstū converso, cum Imperatoris edicto in Christicolas a Præsidibus institutæ insecutiones deferbuissent, cœpit Xsti Nomen ubiq. unā cum. Pāthali dignitate coalescere; quæ quidē in Aquilejā mirabiliter aucta est usq. ad Nicetam Pāthā. xx.mū qui sedit annos. xxxii. quo tempore Aquilejā ab Attila devastata, et solo æquata est; non ideo tamen, ut hic Pātha, ejusq. Vicarij usq. ad Paulū in ipsius urbis ruinis residere desisterent, tum illius reliquias instaurantes, tū etiā totius Provinciæ populos, quantū in eis erat, reformantes. Verum cum Longobardi, sedente eo Paulo, universā provinciā superiorē, et inferiorē, ut primo libro demonstratū est, invasissent, omniq. rapinis, et incendijs crudelitēr, fœdēq. vastassent, idem Antistes Pāthalē sedem, totamq. ejus Garam Gradū transtulit, quam posteā novā Aquilejā appellavit; Ibiq sederunt Pātha usq. ad Joannē. xxviii. qui Antistes creatus de Agilulfi Langob.rū regis voluntate, deinceps et ipse, et ejus successores usq. ad Callistū. xxxiiii. Carnone sedē collocarunt, Episcopo, quē sibi Longb.i delegerant, in Civitate Austriæ insidente. Callistus igitur, ingentis vir animi, ac clariss.o sanguine satus, Pāthalē sedē, in loco obscuro, Episcopū verò in nobiliori constitutū indignatus, Amatorē Epūm ex ipsa Civitate dejecit, quo ipse mox cum sede migravit. Ibiq. singuli ejus successores cōmorati sunt usq. ad Poponē Pātham, qui Forijulij Principatu, Istriæq Marchionatu conjunctis, Aquilejā iterū sedē transtulit; ubi gratus ac perjucundus omnibus vitā decessit. Reliquorū verò Antistitū res gestas usq ad Bertoldū hic ōmittendas esse duxi, cum nihil nobis ad institutā historiam pertinere videantur; cujus quidē tempestate ejusmodi Carneæ status fuit, cujusmodi eū inferius demonstrabimus. Nam a Julij oppidi eversione, quam superior docuit liber, usq. ad ipsū Bertoldū Pātham plures, et generis nobilitate, et divitiarū copijs potentes, hanc Carneæ provinciā incolere non destiterunt, cumq. Sisulfi filij paternū Principatū vindicassent, quibuscumq. qui de se fuerant benemeriti, ipsē Castrorū, quorum adhuc in Carnea extant vestigia, ædificandorū potestatē permiserunt, et adjacentiū Pagorū jurisdictionē liberaliter largiti sunt. Sic castrum Tulmetij, Illegij, S. Laurentij, Invilini, Subclivij, Nontæ, Luintij, Siatij, Setiæ, Sutrij, et quæ alias memoravimus, cæteraq. plura, quorū nomina vetustate perierē, condita sunt, quæ paucis etiam totius Provinciæ Carneæ jurisdictionē, prout cuiq. Principis liberalitas fuerat elargita, diū permansit. In quorū numerū reponendū etiā censeo Castrū, ubi nunc Ecclesia, Protomartyri Stephano dicata, erecta est edito in loco paulo supra Lacū Cavacij; ejusq. rei argumenta esse possunt, cum lapides, tū veteres nummi a pueris circū ipsius locū suos, nascentibus greges, inventi. Ego quidē proximè vidi duos nummos ibidē exaratos, alterū quidē

de' aureu', in quo ex una parte Justiniani Imp.ris effigies, ex literis oppositis expressa, conijcitur, ex altera verò victoriæ, qualis a veteribus fingi solebat cum ejus inscriptione cernitur: alteru' verò aneu', in quo ab uno latere C. Porty.ationis, ab altero verò Calpurniæ L. Pisonis filiæ, effigies visuntur.

Verum enim verò quæ in hac regione usq. ad Bertoldu' acciderunt, cum nihil prorsus comperti pro scriptoru' inopia reperiri potuerit describere nobis minimè licuit. Cæteru' ipsius Bertoldi tempestate, qui Moraviensis Ducis filius, du' Coloniensi Archiepiscopatui præsset, ad Pathatu' delectus fuit, intestinu' contra eu' bellu' exoritur; plures n. Forijulij, et Carneæ Feudatariorum' Castrorum' Dni ejus imperium detrectabant, inter quos fuisse comemorantur Federicus, & Artuicus Caporiaci, Henricus Villalteus, Dietricus Fontebonus, Artuicus Strassoldius, Rodulfus Savornianus, Conradus, & Artuicus Castellerij, Bernardinus, et Ludovicus Sofumbergi, Jacobus Budrius, & Albericus Polcenicus. Hiomnes, quò facilius Pathæ obsistere possent, adjunctis sibi Tarvisinoru' viribus, anno. CCXIX. supra millesimu' ante die' XVII.° Kal. Septembris coram Ezelino de Romano a Vicecomite de Vicecomitibus Tarvisij præside, in Civiu' numerum adscripti fuere; singuliq. omnia Castella, in Forojulij, et Carnea ditioni eoru' subjecta, Tarvisinis cesserunt, donove dederunt; inter quos Federicus, et Artuicus Caporiaci, non modo Tercentu', Porpetu', et Caporiacu', veru' etiu' Castru' S Laurentij, et Castru' Invilini, quæ in Carnea ipsi obtinuerant, concedere non sunt veriti. Insuper una simul Tarvisinis in subsidiu' belli. CL. libraru' millia dnr Veronen. polliciti sunt, quoru' Albericus Polcenicus. XVI; Sofumbergus. III. Villalteus. XXXII. Castellerius. III; Butrius. V, Savornianus. V, Strassoldius. VIII, Fontebonus VI, Federicus & Artuicus Caporiaci. XXXII. libraru' millia, alij reliquas præberent. Cum verò Tarvisini, additis ijs, quas comemoravimus, Forojuliensiu' copijs, plura non modo Feltrensi, ac Bellunensi, sed etiu' Aquilr.is Ecclesias damna intulissent, gravioraq. in dies inferrent; tandé anno salutis. MCCXIX. IV.° Kal. Novembris Honorius. III. P.x Max. Pathæ rebellibus, eorumq. socijs sacris interdixit. Præterea a Principe Veneto, Paduanis, Vicentinis, ac Veronensibus, ut du' Tarvisini, socijq. in ejusmodi pertinacia permanerent, eoru' aditus et comeriu' effugeretur, contendit. Idé' tamen Pontifex restitutis prius in gratiam, ijsq. sedes patrias reversis, quascumq. inter ipsos, et Pathæ Aquilr.is dissensiones sedandas curavit, Antonio P. Gradense, et Leonardi S Pauli parocho arbitris datis; quo quidé in re præcipuas Hugonis Hostiensis Epi, Pontificiiq Legati opera emicuit, redditaq Provinciæ pace. Circa hæc ferè tempora Portugruariense Oppidu' ædificari cœptu' est, et Cherellinus Comes Germanus Monastu'. D. Galli no-mini dicatu', quod Mosacense dicitur, ære suo construxit, amplissimaq. prædioru' accessione ditavit.

Demu' Bertoldo vita functo, Gregorius Montelongus, magni animi vir, ob egregia' ab eo pro Ecclesia Catholica navatam opera', ab Innocentio. IIII. in Pathæ assumptus est; Ferrariam n., quæ, du' ipse Pontificis nomine Bononiæ præesset, ad Fadericu' desciverat, recuperavit, Parmamq. ab eode' Federico obsessa' liberavit. Is, du' Carnea' provinciam, prout cætera Pathatus loca, undequaq. inviseret, et in Castro Tulmetij, ut ipsius regionis statu' componeret, aliquandiu' comoratus fuisset, loci situ, licet montibus undiq. septo, delectatus, Foru' ibi constituere decrevit, ubi nunc est oppidu', ut in dies majori hominu' frequentia adaugeretur; rara n. tunc erant ædificia. Quamobre' publico sanxivit edicto; quod quicumq. vel alienæ jurisdictionis, domos ædificare posset in ipso Tulmetij oppido, tum etiu' prata, pascua, terrasq. incultas ad culturu' redigere, ac cujuscumq. generis ædificia super Rivos, et Flumina, per ipsu' agru' labentia, construere liceret. Insuper ut populi externi, Carniq. oppidu' ipsu', tu' spe lucri allecti, tu' etiu' necessitate coacti frequentarent; vetuit, ne quo in totius Carneæ loco quisquã, sive forensis, sive Carnicus aliquod mercimonij genus exerceret, præterquã in Foro Tulmetij; gravibus ijs, qui secus fecissent, propositis pœnis. Quo factu' est, ut in dies locus ipse non incolentiu' modo numerus, veru' etiu' mercium' frequentia coalesceret. Idé' quoq. Pathas per Ruspertu' Subclevium, qui prius Subclevij Castru' jure recti et legalis feudi acceperat, confirmavit in omnibus feudis, quæ tum Armaniæ dicebantur, olim ad Castru' Setiæ pertinentibus. Anno postea. XVIII.° Pontificatus Gregorius in Civitate Austriæ decessit, ibiq. sepultus est juxta Paulini tumulu'; cui in successore' electu', Philippu' Carmunti Ducem, cu' nollet Gregorius. X. P.x Max. in Pathæ confirmare, sedes quadriennio' vacavit. Demu' idé' Pontifex Raymundu' Turrianu' Mediolanen; Comensé Epu', in Pathæ delegit, qui quidé' illustri genere natus (ejus n. gentiles de Mediolanen. Principatu cu' Vicecomitibus tunc decertabant) ijs omnibus fulgebat virtutibus, quæ domi, forisq. vero Principe digna desiderari solent; ab universis n. Forijulij populis ingenti, supra quã dici potest, lætitia exceptus, mirabili æquitate creditu' sibi Principatu' administravit, tantumq. abfuit, ut aliena unquã appetierit, vel novas aliquas populis onera imposuerit, licé diversa bella gerere coactus esset; ut vel ea, quæ sibi jure optimo cõmuni omniu' consensu debebantur, magnificentissi.e remiserit. Cui rei testimonio sunt inter cætera magni momenti vectigalia Utinensibus condonata, mœnia, quibus oppidu' Tulmetij septi' est, incohata, portoriumq. omniu' rerum' in ipso oppido vendendarum' Tulmetinis liberaliter remissu'. Quare non immeritò in apice Portæ, et inferioris, et superioris prædi. oppidi in hodiernu' usq. diem Turris, et Sceptra, antiquissimu' familiæ stemma, conspiciuntur, quæ Tulmetini beneficij memores, et observantiæ suæ erga Turrianoru' familiã in monumentu' posuere. Privilegia quoq. et imunitates a Gregorio ejus præcessore concessas per pub.cas Cras ratas fri mandavit.

Cumq.

cumq. de Statutis super rebus in Carnea vendendis disceptaretur, ipse Raymundus Antecessoris sanctionē ita interpretatus est, ut scilicet Carnis in eorū locis res ad victū necessarias cujusvis generis inter se vendere liceret; dummodo nemo rem ab altero emptā vendere auderet; cum rem emere, emptamq. vendere, minimè sit rē ipsā ad usū suū comparare. Vetuit etiā, gravi indicta poena, ne quis mercaturæ gratia quicquā venderet, præter quam Tulmetij. Cum verò antiquas feuda Castrorū S. Laurentij, et Invilini, alias per Detaimū Caporiacū, et Federicū ejus filiū possessa ad Pātha̅lem sedē devoluta essent; Artuicus de Castello, præstito prius more majorū fidelitatis juramento, eadē ab ipso impetravit anno a N. M CC LXXXI. Hoc itidē anno Ricardus Subclavicus sponte, et libere partē suā Castri Subclavij, pagiq. inhærentis in manibus ejusdē Antistitis cū resignasset, Stephano ipsius Ricardi propinquo traditū fuit. Circa hæc ferè tempora Hermanūs quoq. et Fran.cus Illegij Carnea plura eorū insignia feuda Leopardo, et Raynesio fratribus Civitatensibus largiti sunt, quæ postea ab ipsis, sive hæredibus Civitatem. Capitulo jure legati relicta fuere, quorū hodierno die quoq. ab eodē Capitulo fructibus in Carnea exiguntur. Raymundo postea vitā functo Petrus Gerius Capuanus Archiepus Pātha̅tui præsedit annū unū dies. X., cui Ottobonus Patavinus Epūs successit. LXIX.s Patha̅. Is grave bellū gessit cū Carinthijs Ducibus, et Ricardo Aminen. cui plures tum Forojulienses, tū Carni Castellani adhærebant; demū cū in illius subsidiū Henricus Goritiæ Comes cū auxiliarijs copijs venisset, eumq. Patha̅ totius exercitus Imperatorē declarasset, collecta magna militū manu, et faventibus alijs omnibus Civitatibus, tām supra, quām infra, signisq. collatis, victoria potitus est. Nec mora Goritiæ Comes, Patha̅ jussu, ijsdē cū copijs, quibus hostes devicerat, Butrium obsedit, cepit, et diruit, Porpetumq. Henrico Prampergio Eq.te capite mulctato, expugnavit; castrū inde metatus ad Caporiacū, diūq. obsessū, victa tandē Ludovicii Caporiaci pertinacia, incendit, ipsumq. Ludovicū Goritiā duxit captivū, quem postea Sara conjux, pluribus in Villatta, et Ciconico prædijs Comiti pro ejus redemptione traditis, captivitate liberavit. Ejusdē quoq. Patha̅ tempore Illegiū castrū igne, vel casu, vel consultò, ut multi opinantur, fundibus combustū est; paucisq. postmodū annis Ludovicus Illegius cum plura bona suas Capitulo S. Petri in Carnea concessisset, ipse una cum Federico Hermanni Illegij filio, ac Everardo Henrici Luincij pariter filio Civitatem Austriæ migrarunt, ubi inter nobiles Cives adscripti fuēre.

Ottobono successit Castonus Turrianus, qui immaturæ morte prævenīus Patha̅li sede frui non potuit, devoluta dignitate in Paganū, ex eadē familia ortū, anno a Partu Virginis. M CCC XXX III. Tulmetini tunc primū civilibus discordijs conflictari cœpti sunt, Arvilotus n̄, et Joannes Bertoldi, nec non Federicus Candidus, cum sibi præ cæteris civibus opibus, et divitiarū copias affluere viderentur, libertatis dono abutentes tyrannidē agere cœperunt; nactiq. plures, quos egestas ad quodvis facinus impelleret, optimū quemq. qui eorū depravatos mores adversabantur, gravibus afficiebant injurijs, et eo usq. eorū excreverat impudentia, ut vix ab honestioris vitæ mulieribus indignas continerent manus; quamobrē excitato repenti universi populi tumultu, et in eos Tulmetinis irruentibus, certatim pluribus confodiuntur vulneribus, ut cadavera diu noctuq. insepulta jacuerint, propinquis ipsorū iram populi metuentibus, nec humare audentibus. Sic parem meritis finē habuerunt ij, qui divinis, humanisq. legibus posthabitis, patriæ quietē turbare ausi fuerant. Anno. M CCC XL. Hermannus, et cæteri Castri Nonæ consortes Bertrando Patha̅, in mortui Pagani locū suffecto, partē feudorum, seu Armaniæ Cerciventi, et Palutiæ pagorū, vendiderunt; itemq. eo, qui proximè secutus est, anno a Francisco, et Odorico Gualterijs Candidi filijs, Everardoq. eorū nepote civibus Tulmetinis reliquā feudorū earundē portionē idē Bertrandus mercatus est. Hermannus quoq. et Henricus Luintij partē Castri Zuaci, quā olim Franciscus Zuacus obtinuerat, Petro Zuaco Andriussij filio vendidere. Verùm hisce temporibus comites Prataæ, et Brugnariæ, Beachinus Purliliarū Comes, Walterus, Pertoldus, et Henricus Spilimbergij, consortes Colloredi, Caporiaci, Tricani, et Murucij, Hermannus Eq.s et Henricus Luintij Carnea, Hermachoras Turrianus, jos Franciscus Turrianus, jos Fran.cus Porpetanus, Civitatenses, Portugruarienses, pluresq. alij, adjunctis sibi Comitis Goritiæ copijs auxiliarijs, a Patha̅ defecerunt. Cum nimiū adversæ partis hominibus indulgere Bertrandus videretur, gravesq. jam inter ipsos bellū exortū esset, multaq. damna utrinq. illata, Apostolici Legati operæ inducīæ ad tempus inter Patha̅, et Goritiæ Comitē, cæterosq. ejusdē factionis pactæ sunt. Hinc Patha̅ multa magnifica opera utini, et alibi in Patria Forijulij ædificanda curavit, et inter cætera Clusiā, quæ in Carnuntū iter est, Moscardamq. Arcem. X. millibus passuū supra Tulmetiū, per quā in Vallē julia tenditur, a fundam.tis erexit. Reliqua ab eo gesta ejusdē Epla̅ a Candido Lib. VII. relata demonstrat. Is damū dum utinū revertitur, paulò infra Spilimbergū, nil hujusmodi timens a nonnullis per insidias circumventus occiditur, cujus corpus utinū allatum honorificè in marmoreā quadā Archa, quam ipse, dū viveret, S.S. Hermachoræ, et Fortunati ossibus servandis destinaverat, utinenses condidere, eiq. ad quoddā tempus Divorū, præstiti sunt honores. Nuper verò Cæsar de Nores Parentinus Epūs, Apostolici Visitatoris munere fungens in

Patria,

Patrias, Bertrandi Corpus in Templo maximo, ubi servabatur, sepultura tradi jussit, ejusq. veneratione penitùs abro-
gavit. Nec tamen Pathæ hujus cædes inulta remansit, Nicolaus n̄, Bohemorū regis filius, Caroli. IIII. Cæsaris frater,
ut ad Pathatiū delectus est, nihil sibi antiquius, digniusq. arbitratus, quàm ut decessoris cædē ulciscaretur, magno coac-
to exercitu Castrū Porpetū expugnavit, et evertit; Caponiani partē solo æquavit; Joannē Franciscū Porpetanū, Henri-
cum Spilimbergium, ac Ricardū Varmensē capitis supplicio affecit, cumq. omnes nefandæ conjurationis reliquias
persequi decrevisset, in Carneā exercitū duxit. ibiq. Hermannū Luintiū Eq. illustrē, et magni animi, magnæq. a-
pud Carnos auctoritatis virū, qui Luintiū Castrum, ubi nunc Parochialis Gorti Ecclia extat, antiquo jure obtine-
bat, seq. eo, et loci natura, et ijs, quas secum habebat, copijs fretus receperat, animo parato ad se tuendū, quatenùs
Patha sibi vim inferre vellet, oppugnare instituit. Interim jubet omnes, qui arma ferre valerent, quamprimùm convenire, inprimisq. Castellanos omnes, inter quos Ruitpertū Subclevium, qui, cū longissima interposuis-
set mora, tandē ubi nullū tergiversationis locū esse videt, ægrè ejus obtemperavit imperio. Hic et sibi ob mul-
ta cōmissa flagitia, et præcipuè ob stuprū duarū nobiliū virginū, quas insciis parentibus secū in Castrū suū
abduxerat, non modicū timens, et Hermanno arctissimo necessitudinis vinculo devinctus, clandestinis cum
cæteris Castellanis inditis consilijs, de cōmuni libertate multa questus, non modo Pathæ auxiliū denegandū,
sed Hermanno obsesso ferendū esse senserat. Efficitiaq. ut et ipse, et Castellani penè omnes literas ad Her-
mannū clam mittere decreverint, quibus ipsū hortati sunt, ne deficeret animo, sed pristinam virtutē retine-
ret; propediē n̄ omniū copias illi in subsidiū venturas. Traditis cuidā Irīs ad Hermannū, nocturno tempore
perferendis, a Pathalis exercitus excubijs intercepta, et ad Antistitē delata sunt, quibus perlectis Patha, cogni-
ta perfidia, ac nemini cōmunicato consilio, jussoq. eū, qui Irīs attulerat, in vinculis servari, exitū rei sibi expectan-
dū statuit. Postero die cum nihil de Irārū intercoeptione Ruitpertus inaudisset, veritus ne a multitudine prodere-
tur, dissimulato consilio in Castra Pathæ cum copijs suis profectus est; ubi se de diuturna mora purgare coactus, nul-
lū gravius responsū accepit. Hilaris ergò Subclevius, quod bene sibi ex animi sēntia evenisse putabat, statutū
tempus quo cæteri omnes, qui auxilia polliciti fuerant, convenirent, avidissimè expectabat. Interim Patha die,
noctuq. sollicitus, ne vigilans in locis editioribus præsidia posuit, hostesq. aquatione prohibuit. Erat Luintiū Ca-
strū, ubi nunc visitur Ecclesia, in summo, sed leviter declivi, Colle situm, cujus radices Decano fluvio alluebant;
cæterùm erat planities, quæ duorū ferè milliū passuū in longitudinē, et latitudinē quingentorū spatio pate-
bat; reliquas ripibus, et montibus arctabantur. Hac in modica planitie Pathæ Castra posuerat; neve repentinis
imbribus flumen pertransire prohiberetur, et exinde pabulare, commeatumve cōmodè asportare posset, subli-
cium pontē inibi conficiendū curavit; qui pons hodierno quoq. die incolis ad ædē sacram convenientibus inser-
vit. Neq. verò Patha obsidionē intermittebat, eoq. cautiùs præcavebat, quo propior erat dies, in quo ex Castellanorū
literis didicerat Hermanno subsidiū esse venturū; Subcleviumq. habebat in Castris, cui consilia sua omninò
ignota esse cupiebat. Interim quoque die Hermannus ipse, unà cum Henrico filio levibus prælijs cum Pathali
exercitu decertabat, mox. se intra Castrū recipiebat; ridagens consultò, ut Pathæ operas quam maximè posset de-
turbaret, copiasq. verteret, quò milites sui cōmodius aquā, cujus premebantur inopia, ex præterfluente flavio
haurire possent. Cum verò ex captivis cognovisset Patha hostes diutiùs aquæ inopiā ferre non posse (occupave-
rat enim proxima fontibus loca) eoq. redactos, ut nisi mori vellent, eos fluvio necessariò esse adeundū; dispo-
tis præsidijs, in eā incumbebat curā, ut omnes Collis descensus diligentiùs custodirentur, ne quos nocte, perdua-
les ad aquandū erumperent. Hermannus jā fere agens extrema; pluribus et jumentis, et hominibus siti consum-
ptis; intelligens sibi vel de deditione, vel eruptione consiliū esse capiendū, sustinendū tamen aliquantispèr,
at exspectandū esse decrevit, opinatus aliqua ex parte fore malis remedia adfutura; itaq. media circiter nocte
delectos nonnullos expeditos milites ex Castro aquatū mittere statuit, ex ea parte, qua flumen colli subesse osten-
debat, juncto eis valido veteranorū præsidio, cui Henricū filiū præfecit. Quod cum ij, qui in superiore Colle stativa
agebant, cognovissent, cæterosq. qui in Castris erant, comilitones certiores facissent; a tergo hostes adorti ad unū
omnes intercoeperunt, et inter alios Henricū Hermanni filiū ad Pathā deduxerunt, Quo diligentèr asservari
jusso, sequenti die, obsidioni finē imponere cupiens, castrū totis viribus oppugnare præcepit. Hermannus cū
per multas horas eorū, quos aquatū miserat, frustrà redditū exspectasset, pessimū suspicatus eventū, nec animo
fractus tamen audacter resistebat, sed Patha Hermanno nullatenùs cedenti Henricū ejus filiū in vinculis posi-
tum ostendit, minitans, si in pertinacia duraverit, de eo ultimū sumpturū esse supplicium; quem cū vidit Herman-
nus paterna cōmotus miseratione, statim abjectis armis, filio vitā deprecatus, se in Pathæ potestatē dedit; qui adeò
conjuratorū, a quibus sibi periculū imminere videbat, odio exarsit, ut quatenus, quæstione adhibita, Hermannum
filiumq. cædis participes fuisse comperisset, meritas de eis pœnas sumere, nulliq. reo culpā condonare, sibi inani-
mo posuit. Ambos igitur in catenas conjecit, simulq. Ruitpertū Subclevium, quem a Patha accersitū, invitū tamen

in ipsius

in ipsius castra, sed dissimulato animo, tandè advenisse; cujusq. eas, quæ ad Hermannum Frē mittebantur, intercep-
tas fuisse, superiùs docuimus; subitò comprehendi, et vinctum custodiri jussit, ut, conjuratione patefactâ, singulos ul-
cisceretur. Ac ne hostes post se relinqueret, neve cui facinoroso impostorum se in illud Castrum recipiendi facultas da-
retur, funditùs divelli jussit; statimq. ad Castrum Subelevij conversus cum omnibus copijs; ubi cum imparata omnia
offendisset, Ruitperto nihil de Pathæ cogitanti; ipsius uxorem cum filio impubere coepit, castroq. sine ullâ contentione
potitus est. Cognitâ posteà causâ, cum Ruitpertum, et conjurationis participes, et plurimorum flagitiorum auctores compe-
risset, eumq. unâ cum Hermanno, et Henrico Hermani filio capite mulctasset, Castrum evertit. Minoris tunc Ruit-
perti filius erat ætatis; ideoq. culpæ expers à Pathæ creditus, misericorditèr agens, sublatâ tantùm jurisdictione, pa-
ternas bonas, ac feuda ei restituit; atq. indè profectus Invilinum, in edito Colle situm; quia omnes Castellanos conju-
rationis conscios sciebat; omniaq. Castra in Carneos, propter nimiam incolentium licentiam, libidinemq. abomnibus
odio haberi constabat; penitùs delevit; publico statuto edicto, ne quis ea ullo unquàm tempore instauraret. Cladem
istam non tàm peculiariter Carneos percussit, quàm universum Forumjulium; siquidem ne Castro quidem Tercenti infe-
rioni, Melsi, Sofumbergi, ijsq. omnibus, quæ superiùs memoravimus pepercit; cunctis igitur solo æquatis, jussit con-
juratos meritas pendere pœnas; absentibusq. perpetuo mulctatis exilio, Nicolaus tandem, pacato, ac tranquillo animo,
Carneæ saluti consulere cupiens, quam ob castrorum desolationem, quæ pluribus ejus regionis pagis præerant, novis
institutis indigere intelligebat, Tulmetum se contulit; ibi aliquot cōmoratus dies, summâ erga se, et Aquil. Eccle-
siam civium Tulmetinorum fide experturs; quod et ipse publicis testatum literis reliquit, atq. singularis obsequij
præmia sentirent, et oppidum ipsum pro cōmuni utilitate augeretur, contraq. hostiles impetus muniretur; Cōmuni
fati Tulmetij omnia vectigalia, et census Aquil. Ecclīæ, tàm in oppido, quàm in agro debitos in annos viginti con-
donavit; ea tamen lege, ut ad oppidum muniendum, moeniaq. perficienda inservirent. Hæc satis sibi visum. Animo
volvens dispersam universæ Provinciæ jurisdictionem in unum colligere, ac quasi capiti, quod corpus in membra distin-
ctum regeret, coeteraq. partes in officio contineret, adtribuere totius regionis prædictæ Cōmunitati Regimen con-
cessit. Statuit insuper, ne impostorum ullum pignus ultra denarios quinq Tulmetij, alibi quàm octo denariorum summam
excederet; ac civiles, Capitalesq. quæstiones à quoquam in Carneo, quàm ab ejus Præfecto, quem Gastaldionem nuncuparit,
et judicibus, quorum electionem Cōmunitati permisit (ut in ejus diplomate latius habetur) terminarentur. Eximiæ
istæ liberalitatis erecti Tulmetinorum animi, sibiq. honorificum quidem, sed grave impositum onus ab amplissimo Antistite
sentientes, ut scilicet tot hominum millibus præsentì; sibi ipsis in primis leges dicere, moxq. cuncta ad rectum vivendi
di ordinem pertinentia in unum conflare, ac sancire statuerunt. Sex igitur Consules initio creati, ijsq. commissa pote-
stas revisendi, ac quatenus opus foret, corrigendi Statuta, tàm ad judicij ordinem, quàm ad rectum imperandi modum jam
entia; quæ quidem in eum, quo nunc visitur, formam redacta, et à Consilio, et ab ipso etiam Antistite comprobata fuere.
Viginti exinde Consiliarij electi ex Civium numero, quibus oppidi, totiusq. Ditionis administratio demandata; et si
unus vitâ migraret, sequenti Comitiorum die, qui est pridie Kal. januarij; alter per majorem Consiliariorum partem,
datis suffragijs, in demortui locum sufficeretur. Verum, ne parvo in numero aliquando, consanguinitatis vinculum
rectum regendi ordinem interverteret, sancitum fuit; ne duo ex eadem familia fratres inter Decuriones conseri-
berentur.

His ità statutis moenia perficere, foveisq. oppidum circumvallare coeperunt, omnibus Carneæ populis, ju-
bente Pathæ, opem ferentibus; alteramq. Turrim in Monte, oppido superimposito, erigere decreverunt, cum-
ctisq. ad opus perficiendum necessaria forent, comparatis. Eodem ferè tempore Gudonus S. Galli Abbatis Frē
Tulmetinis perferuntur, quibus Ventionensium pedites, populabundos ejus Jurisdictionem ingressos, arcemq. ip-
sum, et Abbatiam obsessam significabant. Austriacis tum Ducibus parebant Ventionenses; ex quo Tulmetini Abbatis
periculum non negligendum arbitrati, eò potissimùm, quod intimam Pathæ familiaritatem præditus non ignorarent. collecto
non spernendo peditum numero, nullâ morâ, in Abbatis subsidium movent; quorum cognito adventu Ventionenses, re-
captis nocturno tempore castris, re infectâ, Ventionum revertuntur.

Nicolao verò Anno Sal. MCCCLVIII. in Civitate Bellunen. à Pathatu ad meliorem vitam translato, Ludovicus Turri-
anus substituitur, cujus principatus initio, cum Equites octingenti, qui Rodulfum Austriæ Ducem præibant, Forumjul.
Ij repentino impetu invasissent, propè Cassacum castrametati sunt; quos statim Dux ipse, unâcum Goritiæ Comite,
ac tribus aquilum millibus subsequutus est, vindicaturus, per Glemonenses, et Pramperginses damna Ventio-
nensibus, Germanisq. mercatoribus illata; ex quo in Pathatu bellum initium habuit. Verum, dum à Duce, & Goritiæ
Comite utrinq. obsidetur; sic petenti Ludovico pax concessa est, ut cum duobus Patriæ viris ad Carolum Cæsarem
proficiscerentur, quem controversiarum omnium arbitrum elegerant; Quò migrati, orta suspicione, Rodulfus de-
Legatorum nece, consilium coepisse, re infectâ domi reversi sunt. Interim Ludovicus, cum annos septem Patriæ
præfuisset, morte oppetijt; suffecto in ejus locum Marquardo. Hic, Carolo Cæsari intimâ familiaritate conjunctus,
multis, magnisq. beneficijs ab eodem auctus est, dumq. tanti principis amicitiâ fretus de bello ultrò Venetis infe-
rendo consilium coepit, anno. MCCCLXXXI. è vitâ migravit. Ecclīæ Aquil. exinde præficitur Philippus Alen-

conius

gonius Cardinalis, illiusq. regendæ curæ sub commendationis nomine ei commissa est; cujus rei indignitatē ægrè ferentes plu
res Castellanæ factionis illustres viri, et Utinenses illuc ad Pathatus administrationem haudquaquā admittere statuerunt.
Cum verò Alençonius, adjunctis sibi Franci. Carrarij Principis inhumanissimi, et caninæ facie perditissimi hominis auxiliarijs
copijs, quod lubentibus Forojulienſibus obtinere non posset, idvi, atq. armis assequi cuperet; cōmuni omniū consilio bellū
gerendū censuerunt. Missi igitur quamprimū sunt ad Tulmetinos oratores, videlicet a Simone milite de Colloreto,
Doymo de Castello, alijsq. socijs Henricus Colloretanus, ab Utinensibus verò Jacobus de Montegnaco eorū civis, qui Tulme
tinis Decurionibus rei indignitatē, imminensq. universæ Provinciæ periculū, sanctæ exercitus potentiæ expositæ, su
aderent, ut prompto secū animo ad Patriæ defensionē conspirarent; præterea secū duos idoneos Viros Utinū venturos
imperarent, ubi simul, quid pro cōmuni salute agendū esset, decerneretur. Tulmetini nullā interponendā moram
arbitrati, Leonardū a Prioribus, et Nicolaū Leopoldū concives, ad hoc electos, Utinū miserunt; data eis facultate,
quodcumq. sibi videretur optimū, cum socijs eorū nomine sanciendi. Illuc cū oppidani, Castellanique convenissent, ut
cōmuni consilio de Forojuliensiū libertate consuleretur, in eam devenêre sententiā; ne quis ullū periculū publicæ
salutis causas respueret; et a Veneto Senatu, quem ad Patriæ quietē conservandā propensū persæpè experti fue
rant, opem implorarent. Non indigni verò mihi videntur esse ij, quorū opera, et consilio ingens tunc Forojulien.
provinciæ dedecus, et detrimentū depulsū est, ut eorū nomina ad futurorū memoriā recensea, et sunt: Civitas
Utini, Tergesti, Tulmetij, Glemonæ, Ventioni, Marani, S. Viti, Montisfalconis, Portusgruarij, Faganeæ, ex Feudatarijs
Strassoldi, Colloreti, Ragoniæ, Salvaroli, Valvasoni, Partistani, Sbrojavaccæ, Caporiaci, Tricani, Fratinæ, Prodoloni, Melsi,
Maruthi, Persi, Prampergij, Fonteboni, et Porpeti. Ab ijs itaq. deliguntur Federicus Savorninus Eques, Joannes
Colloretus, Doymus Castellius, Blasius Lisonius, Delhalmus Andriola, et Nicolaus Maninus, quibus hujusce belli
curæ demandatæ. Collecto Fœderatorū exercitu, junctisq. auxiliarijs copijs, quas Antus Venerius Venetorū Prin
ceps in Patriæ periculo liberaliter concesserat, ducibus Petro Mauroceno, Franco Zeno, et Jacobo Gradonico, castra
metati sunt; Carrario namq. (qui in Patriā cū valido exercitu jam irruptionē fecerat, multaq. oppida, et castra, vel
expugnaverat, vel per deditionē receperat, nec paucas immanias, impias facinora ediderat, ut ne a sacris quidem
locis sacrilegas contineret manus) furenti, omniaq. diripienti occurrerunt; collatisq. signis propè Savornianū,
cum aliquandiu anceps pugna videretur, demū cæsis omnibus ferè hostiū copijs, Forojulienses mirabili victoria
potiti sunt; ex quo statim pax orta est, Alençoniusq. cum extremū diē clausisset Romæ, in ædē D. Mariæ Trans
tiberinæ conditus est. Joannes Moravi Ducis filius Alençonio suffectus est, quod ubi Tulmetini Pāthā creatum
esse cognoverunt, oratores ad eū Joannē Bertoldū, et Christophorū Marcū in Moraviā usq. gratulatū de nova
dignitate mittunt, qui quidē a Pātha perhumaniter, ac magnificè excepti, ingentes Tulmetini oppidi augendi,
ac nobilitandi pollicitationes retulerunt; quas, ut Principē decet, simulac Forumjuliū ingressus Pāthatū adijt,
rem ad unguem præstitit. Oppidū namq. et Cōmunitatē Tulmetij non vulgari dignitate decorare, ea volens, cas
tris Matrice, ac Dominatricem Provinciæ Carniæ universæ edixit. Ultra veteres ipsius Cōmunitatis insignia,
turris nempe, et Aquila Portæ insidens, concessit Crucē albā intra cœlestē campū, rubeo circumdatā Lymbo,
quibus et pro vexillo, sigilloque uti posset; Conciliatorē præterea totius populi Conventū, quotiescumq. dissensio
exoriretur, delegit; suffragium inter cæteras Cōmunitates attribuit; Merū, et mixtū imperiū (ut publico visitur
Diplomate) cum omnimoda potestate gladij tradidit; statuitq. ut Præfectus, et Consilium Tulmetij, vel latronibus
in casibus in quoscumq nullo excepto, summā vitæ, necisq haberent potestatē, ac ut innocentes absolvere, son
tesq. justis plectere poenis liberè, ac sine provocatione possent. Addidit insuper, ne aliquis auderet quemcumq.
Cōmunitatis subditū in jus vocare, coram alio Magistratu, quā Judicibus Tulmetij; salva tamen ad Pāthalē sedē,
ejusq Vicarium generalē appellatione. Eidē quoq. Cōmunitati largitus est facultatē intra oppidū recipiendi, et ab omni
prorsus injuria tutandi exules cujuscumq criminis reos; exceptis tamen casibus in Urbe Aquilejæ commissis, hære
seos, perduellionis, incendij, sacrilegij, parricidij, veneficij, et aperti latrocinij. Nundinas quoq. jam intermissas, et
quæ septimo quoq. die celebrabantur, ad veterem consuetudinē revocavit, demptis vectigalium pensionē; dumō
dò res emptæ ex Carnea non abducerentur; multaq. alia præclara gesta in Cōmunitatē exercuit, quæ brevitatis
causa omittuntur.

Sunt qui Joannē ipsum necis Federici Savorniani, in sacello ejus domui proximo, peractis manè sacris, inte
remptī, conscium fuisse asserunt; sed quantū aberrent, et id eo inscio, et absente perpetratū fuisse, Utinensium li
teræ, Tulmetinis redditæ, argumento sunt in his verbis.

Honorabiles & Circumspecti Viri & Amici & tanquam Fratres Carissimi.

*Enorme excessum pridie in personā strenui Militis olim D. Federici Savorniani perpetratū, qui prodītorio modo,
et contra omnē humanitatē in Templo, idest in Capella, propè domū suæ habitationis, completa missa, interemptus
fuit; Vobis tanquā sinceriss. Fratribus, quos pro constanti tenemus de nostra amaritudine condolere, cordibus an
gustiatis significamus. Vestram Amicitiā affectuosè, et instanter precantes, quatenus hujusmodi casus enormis!
sibi*

sibi debeat displicere, statumq. hujus Terræ ad honorem Rmi D. nri Pathæ, sanctæq. Aquil. Ecclie, et totius Patriæ habere strictius recomendatum, prout de Vra sinceritate plenè confidimus; Rogantesq. Vos instantissimè, ut prædictum D. Patham supplicare velitis, quatenùs pro honore suo de homicidis, et proditoribus, qui prædictum D. Federicum occiderunt, dignetur justitiam reddere debitam, et condignam pro bono statu comuni totius Patriæ, ad hoc ut in ipsa nunquam hujusmodi casus perpetrentur.

Datum Utini die. XVII. Febr. XII.a Indie.

Antonius Capitaneus, Consilium, et Coe Utini cum fraterna dilectione.

Ultimum præterea supplicium, quo fuit Helisabeth, ejusdem Federici Noverca, cum duobus civibus utinensibus ejus sceleris conscijs, affecta, ipsum Patham penitùs nullius culpæ affinem fuisse ostendit; is tamèn cum nimis adversæ factioni indulgere videretur, Tristani Savorniani Federici filij opera, dum solus in Castro Utini deambularet, circumventus occiditur; cujus quidem interitus non aliunde duxit originem, quàm ex dissensionibus, quæ prorsus semper fuere, eruntq. pluribus populis magno exitio, plusquam bella externa, fames, aut pestis, aut si quæ his majora, aut graviora mala solent accidere.

Joanni successit Antonius Gaetanus, ex illustri familia ortus. Hic inspectis superiorum Patharum concessis Tulmetinæ Comunitati privilegijs, non solùm in omnibus comprobavit; verumetiam, quia municipali lege in controversijs de finibus, et mulierum juribus Actori optio dabatur, utrum mallet, sive primarium judicem, sive generalem Forijulij Vicarium adire, decrevit, ac singulari quodam privilegio sanxit; ne cui Tulmetino, Carneove unquam in his, quos supradiximus, casibus liceat coram alio judice agere, quàm coram judicibus Tulmetij; Eaq. in Tulmetinos bene volentia fuit, ut cum Neapolim, et nonnulla negotia tractandi, et balneorum remedio ad pedum dolores utendi gratia concessisset, eos de statu, et valetudine sua humanissimè certiores facere, ac illis Patriæ tutelam comendare, minimè dubitaverit. Id verò, ut plenius ex ijs, quas Tulmetinis misit, literis cognoscatur, visum fuit earundem exemplum hic apponere, quod est hujusmodi.

Nobiles & Dilecti Nri

Ut fidelibus nris gressus nri patefiant, significamus Vobis, quod pervenimus in partes Regni feliciter, ubi ab omnibus Magnificis Dnis Consanguineis, et alijs amicis nris cordialiter, amicèq. recepti fuimus, et consideratis maris, et terræ turbinibus, Jesu Xsti Gra, satis sospites, et fortes, fuimus quoq. cum Sermo D. nro Rege, qui postquàm nos gratè, humaniterq. suscepit; ita ut verbis, calamoq. explicare nequeam; jussit Nos ad Illmas Dnas Nras Reginam, et Joannam Salernum accedere, ubi sunt pro expediendis negotijs Dnæ Joannæ prædictæ, et sic faciemus, putantes negotium illud citò, et feliciter expedire; Sed prius balneis potituri sumus; quibus peractis, statim, Deo favente, cum integra sanitate in Patriam Nram Forijulij revertemur. Vos valete feliciter, et estote solliciti, ac prompti ad Patriæ defensionem, si quid acciderit, prout de vra fidelitate, et constantia confidimus.

Dat: in Terra nra Pedemontis. II. Maij. MCCCCI.

Eodem anno Florentini, qui a Galeaccio Mediolanensium Duce gravi bello premebantur, Rubertum Bavariæ Ducem, nuper Ladislao Bohemo abrogato, ad imperium evectum sibi subsidio in Italiam accersivere; eiq. cum primum ad Benacum Lacum pervenisset, magnam se pecuniæ vim numeraturos pacti sunt; quam conditionem Rubertus non invitus accepit. Dum igitur rex esset in itinere, ac per superiores Alpes copiarum partem ducere constituisset; audivissetq. Tulmetinos metuentes, ne ad eorum damna exercitus ille descenderet, montem Crucis, cæterasq. Carneæ Alpes, quà in eorum provinciam iter patet, valido militum præsidio munysse; præmisso tabellario, per lras a Tulmetinis, ut iter per Carnicam provinciam exercitui suo, sine ullo maleficio transituro, pateret, enixè precatur; quas ad fidem faciendam hic quoq. inserere voluimus.

Rubertus Dei Gra Romanorum Rex semper Augustus.

Honorandi Dilecti.

Quia nonnulli de gentibus nris adhuc retro existentibus, sequi nos cupientes, iter suum per Terram, et Dominium vrum arripere decreverunt; quo circa vos rogamus, et attentè desideramus, quatenùs præfatas gentes nras per Terram, et Dnium vrum equitare permittatis; eisdem etiam victualia, et sumptus apud vos pro pecunia ordinando, in quo Nobis complacentiam singularem ostendetis, sciturisNos prædictis nris gentibus ordinasse prædictas terras, & Dominium vrum absq. aliquo notabili damno pertransituras.

Dat: Paicheldorf in die. B. Martini Epi Anno Dni. MCCCCI. Regni verò nri. II.

Tulmetini, ijs acceptis lris, stultum esse arbitrati tanti exercitus impetum, viresq. in se temerè convertere, data acceptaq. similiter fide, regias copias per suam provinciam extra oppidi Moenia admisere; quæ quidem ubiq. comiter, ac liberaliter exceptæ, nemine læso, coeptum ad Rubertum iter tenuere. Rubertus tandem ad Benacum Lacum cum Galeacij copijs congressus, fractusq Tridentum primò, mox in Germaniam se recepit, Et Cajetanus, parvo interjecto tempore,

tempore, cum annos. VII. Menses. II. Ecclesiæ præfuisset, non sine maximo universæ Provinciæ mœrore, e vitâ discessit.

Libri secundi Finis.

Liber. III.

Defuncto Caetano, dũ Ecclesia æstuaret, eo quod Angelus Corrarius Venetus, Gregorius. XII. dictus, ac Benedictus XIII. de Pontificatu disceptabant; Antonius Pancerius Gruariensis a Benedicto ad Pathatũ deligitur, quem paulò post Gregorius dignitate spoliavit, sed assumptũ semel Principatũ deponere renuens, armis eũ tueri totis viribus conabatur; Gruarienses ñ, pluraq. alia oppida, multiq. Feudatarij ejus partibus adhærebant. Hinc grave publicũ intestinumq. bellũ initiũ habuit; namq. Civitatenses, Glemonenses, Tulmatini, et Ventimenses, eundẽ Antoniũ in Antistitẽ recognoscere noluerunt, cumq. sibi bellũ cũ eo gerendũ esse non ignorarẽt, oppida ipsa, tũ contra eundẽ Antoniũ, quàm alios quoscumq. pro Patriæ conservatione, usq. ad novi Pathæ electionem legitimè fiendã defendere statuerunt. Ut verò cõmunis oppidorũ defensio firma haberetur, generale inter eos fœdus, solemni cũ juramẽto vallatũ, inierunt, cui paulò post Nicolussius Comes Pratensis, Albertinus ejus filius, Valvasonj, Spilimbergij, et oppidani S. Viti conjuncti sunt. Quæ intellecta re Antonius non modicũ equestriũ, et pedestriũ militum numerũ sibi comparavit, ex quo metuentes Prætæ Comites, et oppidani S. Viti, ne ad eorũ damna exercitus ille se conferret, frumentaq. tũ in agris existentia destrueret (messis ñ appropinquabat) a Tulmetinis, coeterisq. superioribus oppidis, jure fœderis collegatis, subsidiarios milites receperunt, ut nedũ hostiũ impetũ propulsare, sed ultrò etiã eisdẽ damna inferre non dubitarent; nec multo interjecto tempore, illis quoq. benè gerendæ rei occasio oblata est. Cum ñ Antonij equites, peditesq. Pratensẽ Comitatũ prædabundi invasissent, pagos Corvæ, et Azzani incautos igne imisso destruxerunt; Quod cum Nicolussius, et Albertinus ex fumo, clamoreq. cognovissent; qui ultra proprios milites fœderatorũ quoq. ut diximus, penès se habebant; hostes insecuti eos, præda onustos, prope custodiã Corvæ inventos viriliter aggressi sunt, et post pugnã ubinq. atrociter editã, in quã Albertinus inter confertissimos hostes super pontẽ Metunæ fortiter pugnans, aliquantulũ in ore, nasoq. vulneratus, in aquã dejectus est; equo tamẽn beneficio flumen, tunc ob imbres pertimescendũ, enavit; Demũ Antij milites in fugã versuntur, et undiq. a victoribus in ripis obtruncantur, alij in aquã compulsi gurgite suffocantur, forunt etiã nandi peritos alios a vulnerum lassitudine, ac pavore depressos; ita ut omnes hostiũ copiæ perierint præter duodecim, qui sub pugnæ initiũ fugæ saluti suæ consuluerunt, et sexaginta, qui captivi remansere. Capti quoq. sunt equites duo, reliqui verò ad vicinas sylvas confugiendo insequentes hostes evaserunt; cujus rei feliciter actæ testes sunt Nicolussij, et Albertini frẽs Tulmetiũ conscriptæ. Eodẽ ferè tempore oppidani S. Viti Nicolussiũ q. Antij Præfectũ, eorũ agros incursionibus infestantẽ pluribus suis militibus interfectis Portumgruariũ reverti coegerunt, bovesq. et ejus generis animalia. III. oppidũ ipsũ pascuationis gratia egressa, abduxerunt; quæ quidẽ præda, ultra quadringentos aureos vendita, militibus distributa est. Interim Gregorius. XII. Antoniũ Concordiensẽ ad Pathatũ assumpsit, cujus frẽs Tulmetinis conscriptas, in quibus hujusmodi eis significat electionẽ, et Patriã Forijulij cõmendat, registrandas fore duxi.

Antonius D.G. Pathæ Aquil.

Nobiles & prudentes Viri, & Amici Nostri Dilecti.

Ad gaudiũ, et exultationem, vestris præsentiũ serie significamus Dilectionibus, quomodo nuper Smus in Xo. Pater, et Dnũs nr D. Gregorius Divina Providentia Papa. XII. in Pathã nos elegit Aquil.ã, et licèt indignos suæ benignitate promovit, et creavit. Unde dilectionas vras, quæ meritò de hujusmodi promotione nra lætari possunt, requirimus, et hortamur, quatenus in omnibus, quæ honorẽ nrũ, et Ecclesiæ nræ Forijulij concernunt, vos promptos reddatis, favorabiles, et benignos; prout de predicta vra Dilectione planè confidimus. Significamus insuper Vobis, quod pro bono pacis illius Patriæ huic Excelso Dnio placuit, quod hic sedeamus; quia ipsũ Dniũ ad tractandũ de ipsius Patriæ pace, et concordia misit nobilẽ suũ oratorẽ ad Patriã ipsã, quam, ac statũ, et honorẽ nrũ Vobis præcipuè comendamus.

Dat. Venetijs sub nro annulari sigillo, quo alias, ut Epus Concordien. utebamur. Die. XVI. Martij. MCCCCIX.

His tamen non obstantibus, cœptũ in Patrias bellũ non destitit, ob schisma ñ inter Pontifices exortũ, Concordiensis Epi electio, prout et Gruariensis illegitima quamplurimis videbatur. Quamobrẽ cum idẽ Pathatus possessionem consequi difficilimũ fore animadverteret; Romam se contulit, ibiq sine Pathatu, et Epatu defunctus est. Novi itaq. Antistitis legitimam electionẽ procurandã censuerunt Fœderati populi; quapropter singulos quilibet ipsorum Oratores ad Rmũ Pontificem transmiserunt rogatũ, ut gratus ipsi Antistes crearetur; plures ñ illustres viri

eam

eam dignitatē obtinere nitebantur, inter quos Malatesta, et Pandulfus Malatesta filius Tulmetinis hujusmodi literas per oratores suos reddiderunt

Nobiles & Egregij Amici Nr̄i Cariss.

Post debitas condignas, et affectuosas salutationes, Comisimus aliqua Nobilitatibus V̄ris nomine nr̄o referenda Nobilibus, et Egr. Legū Doctoribus nobis dilectis, et Oratoribus nostris Dno de Raynaldis de Pisauro, & Almerico del Pin de Sacilo harum ostensoribus. Quorum proinde relationibus tamquā Nobismetipsis, rogamus Nobilitates V̄ras, ut eis placeat et velitis fidē credulā adhibere.

Ordinata Pisauri die. x. Maij, & Data Brixiæ. xxIII. ejusdē mensis Indⁿᵉ III.

Sum̄a legationis hæc fuit ut Tulmetini Pandulfū prædictū in Pathā acceptarent, et in hanc sentā l̄ras oratori suo apud Pontificē degenti, conscriberent; videbatur ū Pontifex novū Antistitē de Forojuliensium voluntate creaturus. His responsū dederunt Tulmetini: se de Antistitis creatione unā cum fœderatis com̄uni consensu antea decrevisse, et Oratoribus, eam ob causā ad Pontificē missis, speciale mandatū unitū tradidisse; nec sibi licere aliter nunc decernere, quàm quod semel actū fuerat; quod si in præsentiarū res integra ageretur, libenti profecto animo Illrē illū virū, quantū in eis esset, in Antistitē com̄endaturos. Interim Glemonenses, et Tulmetini, collecto modico militū numero Fontanābonā vi capiunt, ac diripiunt; exinde Buja Castrū, loci natura munitissimum, obsederunt, et habitatores Castri Melsi ob harū gentiū propinquitatē timentes, ne ad sui destructionē se conferrent, hujusmodi l̄ras Tulmetinis à Mathæo, Franᶜᵒ, Conrado, et Thoma Prodolonij conscriptas attulerunt.

Nobiles & Egr. Viri Amici Nr̄i Carissimi.

Quia nos intelleximus, quod vicini nr̄i, et habitatores Melsi, et illi, qui se reduxerunt, et reducunt ad Castrū predᵐ, videntur habere magnum timorē, ne damnū aliquod accipiant a gentibus V̄ris, Amicitiā V̄rā rogamus instanter, ut, cum semper optaverimus, et optati sumus omnē v̄rū bonū, et omnē indemnitatē v̄rā; Vobis placeat cū ipsis gentibus v̄ris taliter providere, quod non offendant in bonis, pariterq. in personis habitatores, vel se quomodolibet reducentes ad dictū Castrū, et villā Melsi; Et si demū de intentione v̄ra procederet, aliquos Colonos Dn̄orū de Colloreto offendere; quod non credimus; rogamus, ut Coloni illi, et Consortis nr̄i Antonij de Melso nullū a v̄ris militibus recipiant damnū. Providebimus ū et nos viceversa, ne vos, et gentes v̄ræ per habitatores illius loci in aliquo offendantur. Deus m̄ benè novit, quod libenter viderimus bonū, et tranquillū statū Patriæ Nr̄æ. Placeat ergo amicitiæ v̄ræ, rogamusq. instanter, ut super his v̄rā responsionē per l̄ras habeamus.

Dat: Prodoloni die. III. Septembr. Indⁿᵉ III. MCCCCX.

Quibus quidē, ita Consilio decernente, rescriptū fuit. quod Tulmetini suorū militū Præfectis expressè com̄iserunt, ut amicorū suorū, inter quos ipsos Prodolonos connumerabant bona omnia illæsa, intactaq. forent, nec aliquod eis quoquomodo damnū inferrent; iterumq. illud eis mandaturos esse; dum̄odò intra Castra inimicos Colligatorū, eorumq. res, et complices non suscipiant, nullumq. eis auxiliū præstent, vel subsidiū. Paulò post Buja Castrum capitur, et diripitur; quod unā cū Fontebono Utinenses post gentiū discessū recepere. Veneti m̄ Patriæ Forijulij desolationem miserti Jacobū Isolanū, et Bartholomæū Nanū Patricios Viros Oratores in Forumjulij misere; quorū opera in Oppido S. Danielis inter Collegatos utriusq. partis circa finē mensis Septembris 1410. initæ fuerunt treguæ usq. ad novū futurū mensē Martij. 1411. pro quarū observatione ijdē Veneti Oratores Tulmetinis, Ventionensibus, et Glemonensibus hujusmodi l̄ras dedere.

Magnifici, & Egr. Fratres Honorandi.

Licet jam ante in practicis, et sermonibus Vobiscū, et cum tota parte V̄rā habitis diffusè satis affectionē, quā S̄mus D. N. Pater Pontˣ, et Illm̄ū Duc. Dn̄iū Venetū ad bonū, et quietē hujus Patriæ habent, et eorū intentionē V̄ris Benevolentijs expresserimus; tamen, ut iterū Vos certiores reddamus; data per nos notitia jam dicto sum̄o Pontifici, et Duc. Dn̄o de induciarū conclusione; modo inter cœtera responsionē accepimus, et mandatū, quod ante nostrū discessū Vobis, et alijs Com̄unitatibus, et Nobilibus Patriæ utriusq partis dicere, et scribere debeamus; quod conclusionē induciarū, et v̄rā optimā dispositionē gratissᵉ habuerunt, et illā laudant, et com̄endant, Vos instanter hortantes, quod ad conservationē induciarū totis viribus intenti sitis, et insuper quod quamcitiùs fieri possit, partes procurent iterū suos Oratores ad ipsū Sum̄ū Pontᶜᵐ mittere pro hujus negotij confirmatione. Ulteriùs, quia licet observantia induciarū sit utilis Vobis, et universæ Patriæ, ac ejus quieti, tamen quia bellū, et desolatio Patriæ dicto sum̄o Pontˡⁱ cordialiter displicet, et non minùs Duc. Dn̄o prælibato, et quia turbatio, et fractio induciarū cadit ad non modicū damnū Civitatis Venetiarū, perseverantes in eo, quod sæpè dictū fuerat, denuò declarant, quod si induciæ observabuntur, dicto sum̄o Pontˡⁱ & Duc. Dn̄o summoperè placebit, et habebunt exinde efficaciorē causā habendi honorē, et com̄oda v̄ra cordibus suis infixa. Eapropter eorū nomine pro universali Patriæ bono vobis instanter suademus, atq. rogamus, ut velitis efficere, quod induciæ predᵗᵉ observentur, et quod viæ apertæ sint, et securæ; nec non ut V̄ros Oratores citò pro celeriori rerū conclusione ad Curiā transmittatis

missatis, ad quæ omnia Vos etiam, quantū possumus, nomine nro inducimus, et rogamus. Similes literas eadē Comunitati Civitatensi, et Nobilibus ultra Tulmentū scripsimus, huic Comūnitati Utini efficaciter diximus, et alijs suis Collegatis similiter nota fecimus, ut ambæ partes sint de ijs intentionibus admonitæ. Valete.

Utini die VIII Novembris. MCCCCX.

Exacto inducіarū tempore, cum utriusq. partis Oratores, ad sumū Pont.cū missi, nondū rem sibi cōmissā ad exitum perduxissent, et eodem vigerent civilіū discordiarū causæ, illicò bellū subsecutū est; funcq. Civitas Austriæ, Glemonа, Tulmetiū, et Ventionū omnibus eorū copijs Carolū Pium, publico statuto stipendio, præfecere. Utinenses, dū Burchardus Rebestaneus Eq.s & Præfectus militū Ernesti, et Federicii Austriæ Ducū armatos manu Forumjulij introijsset, se eidē, suaq. omnia dedere; parvoq. interjecto tempore, Federicus Ortemburgius Comes a Sigismundo Imp.re in Pathatu Aquilt.e Vicarius constitutus eodē se contulit, ipsumq. Civitatenses, Tulmetini, Ventionenses, et Glemonenses tanquā Pathatē Vicarū non antè recepere, quām solemni jure jurando pollicitus sit, illicò, secutā legitimi Antistitis creatione, omnia ad Pathatū pertinentia ipso Antistiti libere, et absq. contentione renunciare. Interim Utinenses, proprijs viribus, et Austriæ Ducū præsidio freti Civitatensiū fines assiduè infestabant; quapropter Tulmetini quingentos ad eos vetusto foedere milites jusserunt proficisci, itideq. pro viribi cæteris oppida fecerunt, cumq. secundā ejus anni gentes Civitatensiū, et Collegatorū suorū sub Gregorio Ortemburgij Comite, et Carolo Pio foederatarū Comūnitatū militū Præfectis, Morteano Pago vicapto, et diruto, Civitatē Austriæ versus proficiscerentur, magnū Utinensiū equitū, et peditū numerū obvia habuerunt, quibus præerat Fran.cus Manzatonus; confestim hinc inde conclamatū, et pugnæ initiū factū est. Diū inter ipsos anceps certamen stetisse dicitur, ut neq. clamor primo sublatus iteratus sit, neq. signa permota loco, retrove recepta, neq. reversū ab ulla parte sit; sed in suo gradu obnixi milites sine respiratione pugnabant; fremitus equalis, tenorq. idē pugnæ, quæ in defatigationē ultimā ad noctē spectabat. Jam vis virīs, jā ferro acies deesse videbatur, cum Fran.cus Manzatonus Utinen. Præfectus, dū strenuè duūs, militisq. officio fungitur, ingenti vulnere afficitur, et equo labitur; quo repentino casu territi milites, eum obijsse existimantes; clamoreq. a Feudatarijs renovato, moventur gradu, deinde repelluntur, postremò verò in fugā conijiuntur. Magnā eorū pars cæsa, capti Utinensiū equites decē, et octo cum Manzatono; pedites verò ultra quinquaginta, præda etiā non modica, præter suas receptas res, et victoriā potiti sunt. Vigesimā posteā ejusdē mensis Venerius, Veneti Principis Orator, ejusdē literas Tulmetinis subscripti attulit tenoris.

Michael Steno D. G. Dux Venetor.

Egr.i & prudentes Amici Dilecti.

Mittimus ad præsentiam vrām in Nrū honorabilē Oratorē Marcū Venerium dilectū civē nrū, cui nonnulla cōmisimus vocis officio Vræ Benevolentiæ referenda; ipsā deprecantes, quatt.s relationibus ejus, tanquā mente Nrā venientibus libeat credulitatis fidē plenissā adhibere.

Dat: in Nro Duc: Palatio die. IX. junij Indc. III. MCCCCXI.

Is a Tulmetinis liberaliter acceptus, cum Reip.ca Venetā in universā Patriā optimā dispositā mente exposuisset; pluribus rationibus eis suadere conatus est, ut Arma inter ipsosmet Forojulienses assumpta deponerentur; Et indicijs iterū pactis, pacis, et unionis viā aliquā, cōmuni omniū consensu perquireretur; Patriæ desolationē, et tot ab omnibus passa incomoda cōmemorando. Tulmetini eas, quas potuerunt majores, Inclyto Principi, sapientissimoq. Senatui Veneto gratias se habere dixerunt, qui totiēs hujus miserandæ Patriæ cladiū misertus, immissū in ejus viscera incendiū extinguere conatus sit; seq. illius Principis causa ad omnia paratos, et dispositos obtulerunt, quæ ejus Patriæ quieti proficua fore viderentur; dū Foederatorū suorū eadem sit mens, et dispositio; as quibus nulla præcedente causa discedere sibi incongruū, et damnosū fore non ignorabant. Venerius optimā illius Consilij mentē laudavit, et ad eorū cæteros foederatos eadē expositurus pergere dixit; et hortatus, ut in proposito perseverarent, ad reliquas se contulit Civitates. Verū cū res, ob diversas ab utraq. parte propositas difficultates, in dies protraheretur; denuò Venerius tribus superioribus Comunitatibus Tulmetij, Ventioni, Glemonæ hujusmodi literas conscripsit

Magnifici & Egr: Dilecti

Sicut scire debetis, fluxerunt jām octo dies, quibus veni ad hanc Civitatē Austriæ cum certo mandato Illmi Duc. mei Dnij Veneti, universalē statū, et cōmodū totius Patriæ concernente, expositaq. intentione præfati Duc. Dnij hanc Comunitatē responderunt; quod sine vro consensu, et deliberatione ad ea, quæ sibi exposueram, decernere, vel concludere respondere non poterant; Et, propterea illicò dictā meā expositionē vobis significare decreverunt; affirmantes mihi, quōs sine dubio per totā diē sabbati proximè præteriti habituri essent intentionē, et responsionē vrā; et sub ipsa spe, et verbis usq. nunc me tenuerunt, excusantes se, et inculpan-

tes vos

tos vos, et vrās Cōmunitates, quas non suo, sed vestro defectu procedit ritus dilatio; ulteriusq. dicentes, quod pro eis non deficiet, quin sequatur tranquillitas Patrie; et quod si intervenerit consensus, et deliberatio vrās, in bonū vos bene succedent; et quod votis prefati mei Duc. Dnij, que tamen ad nihil aliud, quā ad conservationē libertatis Patrie, et Eccliē Aquil.as asp.rant, optatū sortirentur effectū; ad quā intentionē pridie inclinassent, si vrās Comunitates similiter voluissent. Quamobrē tū de mora predicta, quām de tali intentione vrās; si sic est, quod tamen difficile credere possem, etiamsi viderē; admirationē assumo, considerans, quā lato animo, quas voluntates mei illis in partibus existentes, ad pacē, et inducias sublatis illis cautis, quas scitis, inclinare et assentire videbamini. Considerabamus etiā; quod pax, et tranquillitas Patrie magis vobis refert, quā ceteris, maximē roīne mercature, cui vos potissimū dedibi estis; sine qua exerceri non potest; attentis non minus precibus, et interpositione Duc Dnij prefati, cuius voluntati; maximē cū comodū, utilitatē, et honorē vrū attingant, merito vos conformari debatis; scitis n quām dulciter, et favorabiliter in Civitate Venetiarū videamini, et quibus prerogativis gaudeatis, et qualē fidē antedictū Dnius meus de vobis genit in negotijs istis, et alijs occurrentibus. Multa quidē possunt addui, quibus aliter credere non possū; quā quod intentionē firmā, et solidā habeatis ad pacē, et quietē huius Patrie, cuius vos estis pars non exigua; licēt aliter aliqui mihi demonstrare conentur. Et propterea vrā 1 Magnificentias efficaciter hortor, et rogo, ut voluntatē supradi. Dnij faciatis; iste, ut dicunt, vos certiores reddiderunt, ut predā omnia utiliter ponderetis, et vos taliter geratis, quod pax, sive induciē, et tranquillitas Patrie ex vobis processisse videatur, et noscatur; quodq. vobis oppositū objici non possit, nec super humeris vestris hoc onus imponi; sicut multi facere quesierunt. Placeat igitur vobis subito aliquod mihi rescribere, et quenā sit voluntas vrās, comonefacere.

Dat: in Civitate Austrie die. xxviii. julij. Mccccxi.

Demū ejusdē Veneris opera induciē inter Cōmunitates predictas, ac utinenses, et utriusq. partis foederatos ad tres futuros menses subsequuntur; ut interim, sublatis hinc inde offensionibus, pax induceretur. Sed jam altius, quām ceteri existimabant, belli cupiditas omnium animis insederat. Sigismundus n Imp.r et Pannonie Rex cum se Pathalis dignitatis defensorē profiteretur, Ortemburgio Comite id per lras postulante, magnā equitū copiā preparaverat, quam sub Philippi Florentini Themespurgensis Comitis auspicijs in Patriā mittere decreverat, ad quā mox ipse cū valido exercitu venturus erat. Interim verò Tulmetinis a Guilelmo Comite ejusdē Imper.is oratore hujuscemodi lre edite sunt.

Sigismundus D.G. Romanorum Rex semper Augustus, Hungarie Rex &c.

Fideles dilecti nri.

Nedum ad nri notitiā, sed ad partes orbis evigilans, et laudabilis fama refulget de constantia inconcussa fidei, quā sacro R.o Imp.o et scte Aquil.e Eccliē, Nobilig. Federico Comiti in Ortemburgo, in Patria, et Dnio Forijulij Vic.o per nos constituto, invicto animo, et mentis robore ostenditis. Nam quid pretiosius fide, quidve in inceptis perseverantia, que ex claris viros reddit clarissimos? nil profectō sanctius. Ex quibus, et multis alijs in vos concurrentibus virtutū meritis, quantū vos judicemus comēndabiles, quantumq. nos exhiberemus ad grates longū presentibus enarrare; Cumq. non qui incoeperit, sed qui perseveraverit, hic comendabilis est, et dignus. Propterea Fidelitates vrās hortamur; quatenus velitis ad conservandā fame vre integritatē, in predictū Fidelium ejusdē Generalē, exhibita, et probate fidei, persistere, et ad rebellū subjectionē Nobis, dictoq. Ecclesie, ac ejus Vic.o Gnli vrās vires adjungere; quod a vro, jām scimus, mentis affectu, et firmo proposito non ambigimus dependere; et sicut hucusq. fuistis laudabiles fidelitatis, et constantie auctores, studeatis usq. ad felicē creationem, et promotionē Pathe, per Snīū in X.o prē, et D.D. Joannē S.R. et ūnis Ecclesie Suīū Pont.is Dnī Nrī Rīū ex nostra voluntate, et dispositione de persona utili, et circumspecta fiendā; sic deinceps in fidelitate debita, et laudabili perseverantia persistere, prout spes, et fiducia tenet Nra, quod initio finis acceptior respondeat, Vosq. per sequens capaces effici mereamini nre Regie gratitudinis, et amplioris dilectionis.

Dat: in Themespurg. xiiii. Junij Regnorū Nrōrū Anno Hungarie. xxiii. Romanorū vero. i.

His rebus sic se habentibus, Burchardo Rebestaino pro Austriacis Ducibus, et Utinensibus id procurante, iterum usq ad. xx diē Novembris inter predictas partes induciē pactes sunt. Rebestainus verò, substituto Jo.e Menghen Canonico Preslavien. pro Utini Locumten.te ad Austrie Principes secessit, cumq induciarū finis instaret, Utinensis Locumtenens predi. per lras Tulmetinis, Ventionensibus, et Glamonensibus deditas operas exoratis, treguarū prorogationē postulavit, prout ex lris patet, quas hic non abs re apponendas fore duxi. Ex his n, et Venetorū etiā oratorū lris clarē patet, et colligitur, Civitatē Austrie, Glemonā, Ventionū, et Tulmetiū, licēt Ortemburgiū Comitē, tanquā Pathalē Vicariū, acceptaverint, nunquā tamen sui juris esse desijsse, prout ante illius adventū ipsa oppida fuisse demonstravi; semperq. eadē Cōmunitates pas, quas tam ad pacē, quā ad bellū pertinere arbitrabantur, tanquā liberas nomine proprio tractasse usq. ad Pathe creationē,

creationē, non autē ad ipsius Ortemburgij nutū; prout plures alias oppidas facere. Littere sunt hujusmodi.

Honorandi & Magnifici Viri.

Memores vos esse non dubito qualiter in negotio inducierū, per Nob. & Egr Militē D. Burchardū de Rebestain inter partes hujus Patrie ad. xx. dies factarū, predō D. Burchardo propositū fuerat, quod esset spes prorogationis inducierū earundē ad tempora longiora. Cum igitur terminus inducierū presentiū appropinquet, predō D. Burchardus hīc me constituit Locumtenentē, quo ad usq. reverteretur ad Sermīs Dīnis Ducibus Austrie, gratiosissimīs Dīnis meis, quibus ebat locuturus de modo pacificandi, et ponendi Patriā in statu tranquillioni; et sibi quoq. hodiè scripserim, petens abeo melius informari; neq. tñ in tāl brevi spatio propter loci distantiā super hujuscemodi contractu responsū habere potui. Quare supplico Magcias Vras instantias, quas possū, ut super prorogatione inducierū predictarū Lris vris per latorē presentiū me certiorē facere dignemini; ne, forte, finitis inducijs pntibus, per partes hinc inde quid incomodi inferatur, cujus rei vera Auctor esse non cupio. Pacis etenim, et tranquillitatis diligens executor esse matet, quā bellī, et discordie seminator. Dat: Utini in Castro Pathali. xii. Novembris Anno Dīni. Mcccccxi.

Sed Philippi Florentini Sigismundi Impris Prefecti ad Patrie fines adventus, cum duodecim Bohemorū, et Hungarorū Equitū millibus omnes pacis abstulit mentionē; ad quē Civitatenses, superioraq oppida; quamprimū Forū julij ingressus est; auxiliaria militū presidia, omnisq. generis formenta bellica, ad oppidorū expugnationē pertinentia, transmisere. Is arreptis auxiliarijs manu Utinū obsedit, omnemq. adhibuit diligentiā, ut, demptis civibus quacumq. subsidij spe, per deditionē res ad exitū perduceretur; nec sententia fefellit Utinenses n̄, cū per dies aliquot Rebestaini adventū, et strictorū Principū auxiliarias copias frustra expectassent; Philippo Comiti eos Sigismundi Impris & Aquilis Sicilie nomine acceptantibus, omnq. omnia dedidere. Sed Tristanus Savornianus, pluresq ejus deū factionis Civis ad primā deditionis mentionē, ad Venetos, quorū semper partibus studuerant, confugerunt, quorū bonis a Philippo confiscatis Savornianū vi captū dolor fusit; et altra Tiliaventū eductis copijs, Portumgruarium, Buffaletū, Saculumq. feliciter expugnarunt; cetera n̄ oppida ejus partibus favebant. Dum verō Austriaci Duces Vallē Cadubrij aggressi fuissent, quibus Tulmetini amicitia, et propinquitatis jure. ccc. pedites auxiliū miserunt. Philippus, expugnato Serravalle Bellunen. quoq. Civitatē obtinuit, indeq. Castrū Bottestani devicit. Veneti interim ad primū Philippi in Italiā adventū; tam pro locorū suorū observatione, quā etiā Tristani Savorniani precibus, collecto sex equitū, octoq. peditū millium exercitu, Carolo Malatesta Prefecto, ut Hungarorū insolentiā reprimerent, ad Patrie fines se contulere, et Cordignanū vi sumās aggressi expugnarunt; cumq. plurimis ultra Tiliaventū illatis damnis Dignanū usq. pervenissent; ubi a speculatoribus cognovere, Philippū, audito eorū adventu, Cadubrio obsidione liberato, magnis itineribus in Patriā reverti; Quare, ne in media hostiū regione, cū Philippo exercitu decertare cogerentur, iterū trans Tiliaventū se receperunt, cumq. in Pratensē Comitatū pervenissent. Hungarorū, Bohemorumq. exercitus non longè abesse nunciatū est. Carolus igitur, ingentis vir animi, cū sine magno impedimento prosequi non posset, et neq. eundi, neq. standi sine discrimine modū esse videret, instructā aciem, impedimentis ex ea remotis, instruuntur contra et hostes, et animis, et viribus pares, ut dextrū cornu Hungarorū, sinistrū Bohemi, medium verō locū Forojulienses copiæ tenerent. Hungari, tot elati victorijs, incredibili impetu hostes aggrediuntur, multisq. cæsis in fugā conijciunt; dumq. eos undiq. querunt, et longiùs aliquantū abducti Venetorū impedimenta procul ab armatis sine presidio, sive munimto stare conspiciunt, aviditate prede eo impetū faciunt. Interim Malatesta, qui in dextro sui exercitus cornu Bohemorū equitū instantiā vim fortiter sustinebat, trepidus nuncius aliorū militū fugā, et impedimentorū ablatū direptionē; Is tanta rei nōtitia comotus, accepto electorū militū valido presidio, ad alia exercitus partē se contulit, omniaq. timoris plena invenit. Militibus tanti viri adventu illatus spes, ac redintegrato animo turmatim ad eū conveniunt; cumq. majorē partē collegisset: videtisne, inquit, hostes prede detentos, et vestris impedimentis impeditos? aggredimini eos, acceptū q. dedecus virtute delete, certā n̄ vobis victoriā polliceor. Nec fefellit consiliū, nam impetu facto in Hungaros, eos, ut evenit secundis rebus, invenere vagos, inter predandū dispersos, paucos equis insidentes, et paucos, quibus ferrū in manu fuerit; ita ut Hungari prius victores passim cæsi sint, cum neq. in unū coeundi, nec arma capiendi spatiū daretur. Dissipato Hungarorū equitatu, Carolus, circumductis a tergo militibus Bohemorū equites adoritur; et novus factus clamor terruit hostiū animos, et in fugā convertit, a deo ut magna Bohemorū, et Forojuliensiū pars ad insequentibus sit cæsa; captoq. Nicolussio Comite Pratensi, pluribusq. non ignobilibus viris, prelij, cedisq. finē fecit. Philippus, cū in eo certamine periti Ducis, militisq. officio functus esset, haud territus insperata clade, exercitus reliquias colligere, quanta poterat diligentia, conabatur. Bohemi verō, Hungariq milites, desperatis rebus, in castrū precante, lacrymanteq. Duce, noctis silentio Castris excessere, domū contendentes; quos postea Philippus, positis prius peditū reliquijs tutis in locis, necessitate coactus subsecutus est. Non ignoro nonnullos esse, qui, Philippū, auro corruptū, a Patrie re infecta recessisse, scribunt, eumq. postea proditionis hujus causa, Sigismundi mandato in ejus os auro liquefacto immisso, perijsse. Attamen Joannis Prate Comitis

mitis Literæ, Tulmetinis conscriptæ, prædicti certaminis fidē faciunt; Philippumve a militibus ignavè destitutū invitū se in Pannoniā contulisse; sed et Ludovici Tertij Ducis, qui postea ad Pāthatū assumptus est, partēr literæ, in quibus Tulmetinis Sigismundi in Patriā adventū significat, clarè demonstrant, eundē Philippū cum Imp.re iterū Forumjulium petijsse; prout et Tulmetini Oratores, ad Sigismundū missi, affirmant in eorū relationibus, sæpè dictum Philippū inter proceres vidisse. Venetī tanta victoria, licèt non incruenta, potiti, mille ñ, et ultra in prima aggressione ex eorū militibus occidêre, et non pauci vulnerati; Forumjulij magno aggrediuntur impetu, ut omnia timoris plena ubiq. conspicerentur; tum Tulmetini; posito prius ad Cavatij lacū, quā iter in eorū provinciā hostibus patebat, valido militū præsidio; Polcenicū Fantusio Comiti postulanti quinquaginta, oppido S. Danielis octuaginta, Spilimbergijs sexaginta milites eodē tempore in subsidiū misere; Ventiomensibus iterū ducentos alios pedites concesserunt; quos omnes cessantes belli suspitione, gratias agendo, reddidere; prout ex eorū literis patet. Venetī verò cum citrà Tiliaventū Pallazollū, Muzanā, Sedeanū, et S. Odoricū pagos, et Trianū quoq. Castrū expugnassent, exercitū popilabundū, primò in S. Danielis, mox in Glemonensiū fines duxêre; captaq. ac destructa Arthenea, cū omnes circumjacentiū fines hostiliter peragrassent, ab oppidorū expugnationibus temperavêre; Exindè ultra Tiliaventū exercitu ducto, Fratinæ Castrum in eo victoriæ cursu recepere; Mottā quoq. oppidū, Iiquentiæ flumini insidens, multos per dies obsessū, et oppidanorū virtute; paulò post Ludovici Blagni Comitis, ad custodiā cū præsidio missi, adventū; viriliter defensū, demū illius Cives, cum sibi omnē auxilij spem sublatam cernerent, eisdē, per pactionē tradidêre.

Libri Tertij Finis.

LIBER. IIII.

Dum in belli cladibus universa Forijulij Patria vexabatur, Ludovicus Dux Tertius a summo Pont.ce Aquilæ constituitur Pāthas; cujus adventu aliqua pacis, et quietis spes illuxisse videbatur; nam neq. Venetī, licèt victores, quadā pacis consilia abjecerant; utpotè qui semper hujus Provinciæ, tām sibi contermine; quietē procuraverant, ea ratione, ut barbaris nationibus, sublato eo bello, in eā se conferendi occasio tolleretur. Antistes īm, convocato Gñli totius provinciæ Conventu, expositis damnis, et injurijs undequaq. illatis, a Venetis acceptū dedecus resarcire, amissaque oppida reciperare se decrevisse affirmavit; magna adductus spe hostiū audaciam reprimendi, si omnes unanimiter ad comūnis libertatis defensionē conspirarent; adjunctis præcipuè validis Sigismundi Cæsaris auxilijs, quæ sibi ab illo tum amoris initū, tum Comitis Ortembūrgij opera, summā affinitate sibi conjuncti, perlubenter pollicitus fuisse, profitebatur. Prospecta Ludovici voluntate, conventus omnis quæcumq. auxilia hilari animo pro virili obtulit, et abjectæ pacis mentione, omniū animi ad bellū inclinare videbantur. Quamobrē Venetī, cognita per explaratores Antistitis voluntate, et quæ ab eo ad ipsorū perniciē molicbantur, cum Hernesto, et Federico Austriæ Ducibus fœdus inierunt; quò facilius, et Antistitis conatus irritos redderent, prioriq. exercitui, eodē Malatesta Præfecto, multas alias copias adjunxere. Paulò īm post octavo Idus Januarij Cadubriensiū legati Tulmetiū advenere, nuncianles, Federici Austriæ Ducis exercitū conscriptū, armaturnq. in eorū finibus juxta Amperiū pagū consedisse, singq. ingens imminere periculū; quapropter ab eis rebus suis afflictis opē postulare. Tulmetini, haud mora, triginta peditū subsidiū decrevere, quos sub Daniele Mussitino, Nicolao Janisco, et Odorico Daciano Præfectis, primo quoq tempore, junctos alijs utinensiū, Civitatensiū, Glemonensiū, et Ventionensiū auxiliarijs copijs, jussere proficisci; super omnibus, Antistitis jussu, Daniele de Monte supremo Duce constituto. Cum īm manus iste paulò supra Amperiū essent castrametatæ, et inimicorū audaciæ compressa esset, et a quotidianis incursionibus, quas in Cadubriū facere consueverant, destiterunt. Sed parū abfuit, quin post modicū tempus unius hominis insolentia Forojulienses, et Carni maximū detrimentū acceperint. Quidā ñ Negronius Pontilius, summa inter Cadubrienses auctoritatis, universis eorū copijs præerat, vir quidē ad belli munera obeunda satis impiger, sed mira arrogantia, inexpletaq. avaritia præditus; Huic quoq. Cadubrienses annonæ, pro totius exercitus usu, curā demandaverant, et præsertim ut subsidiarijs militibus necessarias faceret importari. Sed cū intestino quodā odio Tulmetinos prosequeretur, nec dū eis locum castrametandi incommodissimē tribuit, ità ut subsidio esse viderentur, verūm etiā difficultatē præcipuè in comeatibus procurabat; nèc contentus quod eis rerū omniū necessitatē induceret, corruptā etiā ac fœdā tantūmodò annonā præbebat. Quod cū aliquandiū milites, ductoresq. pertulissent, tandē commoti rē Danieli de Monte detulerunt; ut ipse, qui Antistitis jussu, universis præesset copijs, tot tantisq. malis, incommodis, et injurijs consuleret. Verū, sive Negroni consilia ignoraret, sive ipsi se opponere non auderet, rem quotidiè differebat, ex quo deterior in dies fiebat Carnorū conditio. Consules quoq. ac Vicarius de his omnibus certiores facti

rem

rem primo parvi pendere, mox etiã Carnos milites contemnere, et quodamodo despicere visi sunt; ita ut elatus Negronus, dũ nonnulli palã illius detestarentur avaritiã, iimissis in eos satellitibus, confectos vulneribus semivivos in Castra reduxit, et detrusit. Exasperati, ut par erat, Præfecti, et Milites ultionẽ moliuntur, quoties cumq. sa dederit occasio. Evenit ñ, ut. III Nonis Februarij a Negrono in domo Petri Not.i Cadubriensis, Ampetij incolæ, uni versũ militũ, Ducumq. conventũ convocatũ sit, exceptis Tulmetinis, quos ignominiæ causa convenire vetuerat, hi cũ suis omnibus copijs è castris moventes Consilij locũ adorti, dejectoq. hipocausti ostio; dũ omnes timore perterri si tã repetini impetus exitũ expectant, nec quis loco se moveat, edicunt, nullũ ñ se læsuros præter eũ, a quo totiẽs publicas, privatasve injurias receperant. Nec mora Negronũ comprehendunt; qui se in Consilij potestate futurũ, et de sibi objectis rationẽ redditurũ polliceabatur; innumerisq. vulneribus confossũ, et necatũ frustatim conciderunt, indeq. protinùs recedentes, Vecellium Vecellium, Ant.um Barnabovẽ, et Petrũ Not.um prædi.os viros inter Cadubrienses primarios, tanquã obsides secũ abduxere. Hisce cum pignoribus, peractis per Cadubriensiũ fines millibus passuũ xv. ut ad montẽ Manrũ perventũ est, viros illos ad suos remiserunt; ipsiq. patrios ad lares reversi sunt.

Paucos post dies Vecellius, et Ant.s supradicti Cadubriensiũ nomine Tulmetiũ applicuerant, et contra militũ Præfectos, ac milites ipsos, in Consilio ejusmodi orationẽ habuisse fertur Vecellius-

Deest Oratio

Postquã Vecellius dicendi finẽ fecit; Daniel Missitinus, qui tum Consilio aderat, jactis a Janisco, et Dociano in eũ oculis ità respondisse fertur.

Et hæc oratio deest.

Missitini orationẽ audientiũ fremitus subsecutus est. Remotis ĩm alijs, Consilij sententia hæc fuit, ut per judices omni diligentia de hac re inquiratur; qui postea de statu Causæ Consilio referant; a quo æquas lances, quod æquitas, et justitia postulaverit, decernetur; sicq. Cadubriensiũ oratoribus responsũ est; Sed has civiles controversias publicæ Forijulij res in aliud tempus distulerunt. Sigismundus ñ Imp.r cũ duodecim equitũ, octo verò peditũ millibus provinciã ingressus Arijs Castrũ obsederat; cui Tulmetini, Antistitis jussu, pedites suos, et bellicas instrumẽta ad urbiũ expugnationẽ necessaria contulere; paulòq post, captis Arijs, dejectis undiq. Venetorũ copijs; Cæsaris exercitus, eodẽ Philippo Florentino duce, omnia Forijulij oppida, castraq prius a Venetis devicta recuperavit, et ductis ultra Tiliamentiã copijs, Motta oppidũ, eodẽ Flumini insidens, obsedit, in quo Venetũ præsidiũ residebat. Sed cum. xiiii. Kal. Augusti sex militũ Venetorũ millia, qui pro tollenda Motta obsidione adveniebant, in hostes inopinantèr incidissent, factaq tumultuaria pugna, in qua ex Venetis quàmplures cecidere, reliqui in fugã conversi sunt, Forojulienses recuperato oppido, pari facilitate cætera quoq. omnia Tarvisiũ usq. recepere. Quare Veneti posteà Carolũ Malatestã cũ valido exercitu hostiũ conatibus objecerunt; qui cunctando potiùs, quàm apertè dimicando eorũ insolentiã, nec ulteriùs progrederentur, continebat; ita tamèn ut eos sæpe, captata occasione, per agros nullo ordine vagantes, malè affectos pedẽ referre coegerit, et assiduis concertationibus valdè attritos redderet. Demùm Sigismundus bellicâ audacia affectus, et Concilij generalis, quod antea Constantiæ indixerat, et inchoaverat, perficiendi cupidus; Thomam Mocenico, et Ant.o Contareno Venetorũ legatis Tergestũ, quò ipse multò ante se contulerat, sub fidei regia ad se vocatis; quinquennales cũ eis induvias pepigit. Hujus posteà Cæsaris opera, et diligentia Constantiense Concilium perficitur, in quo Fides Xstiana, quæ jãm multis annis titubare videbatur, fortiter resurrexit, in eõ, depositis alijs pro Pontificatu contendentibus, Martinus. V. qui prius Card.lis Columna dicebatur, Pontifex electus fuit; Et ità schisma pessimũ annorũ ferè. xl. finem habuit; Ibi quoq. plures hæreses damnatæ, et duo hæresiarchæ, Joannes Hus, et Hier.s combusti sunt; pluraq. alia ad Xstianæ Fidei Unionẽ pertinentia pijs istius Cæsaris operis instituta sunt. Exacto induciarũ tempore, bellũ iterũ hinc inde restauratũ est; et anno Dñi. Mcccccxviii. V.o Idus Maij Philippus Savellus cũ Venetorũ copijs Seravallem aggreditur, et alterũ ex arcibus, edito loco sitis, expugnat. qua re cognita Christophorus Cucanenus ultra Tiliamentũ ab Antistite constituitur Locumtenens unâ cum Vincislao Spilimbergio, et Jacobo Valvasonio; qui Savello recedens cum expeditis militũ manu celeri gradu Seravallẽ petens, et Venetos nihil mali expectantes aggressus, a Bohemis adjutus, qui ad alterius Arcis præsidiũ morabantur, oppidũ, et Arcẽ captã recuperavit, pluribus ex hostibus interfectis, cæteris verò in fugã conjectis. Eodẽ ferè tempore alia Veneti exercitus pars, unâ cũ Tristano Savorniano, in qua erant equites bis mille, Tiliamentũ pertransivit, et vastatis undiq. agris ad Utini mœnia se contulit, captisq. quamplurimis, gravi præda onusti milites inde recedentes inter oppidũ S. Danielis, et lacũ ei proximũ castrametati sunt. Quare Tulmetini oppidanis S. Danielis, Simoni, et Joanni Colloretys, et Faganiensibus, ità pẽr trãs postulantibus, sagittariorũ præsidiũ tradiderunt. Hostes verò, cum Antistitis copias Utino egressas, Joannemq. Colloretiũ cũ adjacentiũ Castrorũ militibus per explo-

ratores

ratores appropinquare cognovissent, ultra Tiliaventum se recepêre; quorum dum timeret adventum Fantussius Polcenici Comes, quadraginta sagittarios a Tulmetinis per lrãs petijt, et recepit. Tristanus postea, et Venetorum milites Canipam oppidum, edito loco situm, undiq. prius depopulatis agris, vi magna aggressi sunt; sed Bohemi ad loci præsidium constituti hostes viriliter exceptos, multis eorum interfectis, et multò pluribus vulneratis, amissa omni præda oppido recedere coegerunt. Ludovicus ergò Pãtha, tanto se bello viribus imparem esse cognoscens, ad Sigismundum auxilia conducturus in Pannoniam se contulit; relictis Henrico Concordien. Epo, et Federico Westein Forijulij Locumtenentibus. Anno interim. MCCCCXIX. Venetorum exercitus sub ijsdem Ductoribus iterum citra Tiliaventum se contulit; cumq. Castrum Paganum, Villaltam, Caporiacum, et Morutium per deditionem recepissent; vastatis priùs Colloreti agris, quia Simon, & Joannes, et coeteri illius Castri Consortes imperata facere renuerunt; ad inferiora Patriæ loca profectus est. Quare Utinenses timentes, ne Gruarienses ab eis obsiderentur, has Tulmetinis lrãs tradiderunt, ut ab eis tam ad Utini, quàm Portusgruarij defensionem præsidium obtinerent.

Honorabiles Prudentes Amici Nri Singularissi. Salutem optimam, et omne bonum.

D. Locumtenens, et Nos heri mittebamus ad Vos, ut ad Glemonenses, et Ventionenses, honorabilem Virum Jacobum Cergneum cum lris credentialibus D. Locumtis et Nris; sed quia in itinere ab hostibus aggressus fugam arripere coactus fuit, nec audet ampliùs illuc se conferre; Rogamus ergo Amicitias Vrãs, ut coadunare velitis majorem gentium numerum; prout vobis possibile visum fuerit; et præcipuè sagittarios, eosq. paratos tenere; et casu quo necessitas incumberet propter hostilis exercitus insidias, Nobis velitis quamcitissime subvenire, dum a Nobis fueritis requisiti; prout et nos, eveniente casu, sumus, et erimus ad omnem requisitionem Vrãm pro virili parte parati. Interim Oratores Nri concordiam procurant, quod, Deo dante, sequetur; non obstante, quod Civitatenses illud omninò perturbare quærant, et solliciti sint ad damna nobis inferenda; prout colligere poteritis ex certarum lrarum exemplo suorum Oratorum, per nos intercoeptarum, quas vobis dirigimus pntibus inclusas. Præterea multum solliciti sumus de Portusgruarij statu; quia Oratores Nri nobis scribunt, magnum ei periculum imminere, præsertim propter instabiles ruralium mentes, qui plures, et potentiores sunt in ipso oppido, quàm Cives. Et cum hodiè hostium exercitus ad eorum damna iturus sit, petunt a Nobis peditum subsidium, quod eis missuri sumus; nec dubitamus, quin Vos illud idem facturi sitis, quos omnibus in rebus ad Patriæ libertatem conservandam præ coeteris promptiores fuisse cognovimus. Valete.

Dat: Utini. XII. Maij. MCCCCXIX.

Decem Deputati ad regimen, et Consilium, et Coẽ Terræ Utini.

Veneti conductis ad Portusgruarij oppidum copijs, cum admotis undiq. bellicis tormentis, illud expugnaturi viderentur; consternati oppidani, obtentis priùs tridui induciis, quarta obsidionis die in hostium potestatem concessere, et illicò obtentis tot elati victorijs, inde recedentes ad Utinum se contulere obsidendum; in quo paulò ante validum Tulmetij, Glemonæ, et Ventioni præsidium supervenerat. Quare paucis ibi diebus hostis frustrà consumptis, cum nulla fieret deditionis mentio, soluta obsidione, ad Austriæ Civitatem profecti sunt, direptisq. circa moenia centum pagis; cum inter Civitatenses, et Venetos de concordia, et unione ageretur; Veneti propè Qualsum pagum stativa posuerant; superiora verò oppida, cum eos per exploratores cognovissent, ad ipsorum damna profecturos, Tulmetini viam propè Lacum Savatcensem, per quam in eorum provinciam patet iter, magno præsidio imposito munivere; Ventionensibus quoq. et Glemonensibus tradito militum præsidio. At non multò post Veneti equites in Pramperginos colles irruentes, omnibus illis vastatis, captaq. ac deprædata Arthenea, tum nonnullis Glemonensibus extra oppidum deprehensis, ad ipsorum usq. oppidum cucurrere. Quare Glemonenses cum Tulmetinorum præsidio, facta repente irruptione, hostiles equites aggressi sunt, et aliquandiu acriter inter eos pugnatum est; demum verò Veneti locorum difficultate, et hostium multitudine, undiq. in eos confluentium, pedem referre coacti sunt; nonnullis ex eis vulneratis, tribusq. ex equitibus captis. Interim. VI.° Idus Julij Civitatenses ad Venetos deficiunt, et ab eis in societatem recepti, ea lege; ut Sigismundo Cæsari, et alteri cuicumq. a superioribus partibus descendenti adversarentur; bonaq. omnia Tristani Savorniani, et ejus attinentium, qui Venetorum partibus studuerunt, restituerent. Quam tandem deditionem Civitatenses per lrãs, tam Utinensibus, quàm Antistiti, et Tulmetinis conscriptas varijs artibus dissimulare conabantur; sed cum omnibus Ludovici partes sequentibus fidem suam suspectam esse cernerent; misso demum. VIII.° Kal. Augusti ad Utini portas tibicine, se publicos Antistitis, et Utinensium hostes professi sunt; coeterorum tn populorum animos rei novitate consternatos Federici Valentinij

lentinij ex Pannonia redditus exhilaravit. Is ñ Ludovicū a Buda civitate discessisse cum magno equitū numero, paucosq. post dies adfuturū esse retulit; et demū Ludovicus octo secū habens equitū millia in Forumjulij pervenit, collectisq. et superiorū oppidorū copijs ad Butinicū agrū consedit, et Civitatenses obsidere coepit; cujus interim jussu Platia viam, ne quod inde Civitatensibus auxiliū profiiscereturr, Tulmetini, et Ventionenses destruxere. Sed cum multis circa urbē ipsā consumptis diebus, nulla per vim illa, aut per deditionē consequendi spes appareret; Thadei Estensis cū Venetorū exercitu adventū cum Ludovicus cognovisset; urgente jā frigore, vastatis undiq. circa oppidū ædificijs, et arboribus, cū equitibus ipsis iterū in Pannoniā rediit; majores, ut ajebat, veris tempore militū numerū adducturus. Dū omniū animi suspensi rei eventū expectarent, Antistitis absentia rebus suis plurimū conduxere existimantes Veneti, cū octingentis equitibus, et peditibus quatuor millibus, Thadeo Estense Præfecto, Feltrū obsederunt; quare de propria solliciti salute Bellunenses propter hostium propinquitatē, per Michaelē Milliarū oratorē suū. VI.° Kal. Martij. MCCCCXX. a Tulmetinis peditū præsidiū rogaverunt; quibus ipsi omnia ad eorū usū necessaria, ære proprio, durante bello, pollicebantur; eisq. Tulmetini centū milites sagittarios concesserunt, quorū tamēn opera uti non potuerunt. Feltrenses enim gravi pressi obsidione, omniq. auxilio destituti, paulo post sub Venetorū imperiū devenēre; et statim oxoracutus, expugnato quoq. Turrillano Castro, tanta Bellunū cinxerunt obsidione, ut frustra milites nīi ad eos ingredi conati sunt. Quare Tulmetini cesdē Cadubrij præsidi jusserunt, ita potentibus Erasmo Frisaco Cadubrij Capitanio, et ipsius loci Cōmunitate. Interim pridie Kal. Aprilis Civitatenses cū Venetorū presidio Castrū Rosacium aggrediuntur; sed pluribus eorū interfectis, et valneratis presidij virtute, re infecta, decessere; Eodē fere tempore Aloysius, et Nicolaus Strassoldij ad Venetos defecerunt, Thadeo Estense Venetæ Reipᶜᵃ nomine eos in societatē recipiente, et eodē quo Civitatenses jure fuerunt accepti; et quia Strassoldij Zuinicū Castrū possidebant pro quingentis aureis, per eos errogatis, actū inter partes est, ut quatenūs Castrū illud Tristani Savorniani juribus pertineret, Venetorū Princeps hujusmodi definiret controversias. Ineunte demū mense Majo Bellunū quoq. ad Venetos pervenit, qui parvo postea negotio Seravallē, et exinde Conegliano, et sacrum Castra, et multa ultra Tiliaventū oppida recepere; moxq. hostes ipsi, directo priùs funditus Prato oppido, flumen ipsū transeuntes cū omnibus copijs Utinū obsidione cinxerunt; demumq. sexcenti Veneti milites, ut se cæteris exercitui conjungerent, cū propē Cordovadū Castrū pervenissent, a Nicolussio Pratense, Federico Porliliense, Jacobo, et Ulvino Valvasonijs, ac Franᶜᵒ Prodolonio cū Forojuliensibus copijs in fugā versi sunt, pluresq. eorū interfecti. At Utinenses, cum interim gravi undiq. premerentur obsidione, nullamq. auxilij spē in Antistite repositū esse viderent, cujus reditū, licēt pluries per lras requisitus fuisset, frustra tot menses expectaverant, pluresq. quotidie mortales pestilentia inferirent, omni subsidio destituti, præter eos, quos a superioribus oppidis milites acceperant; ne sibi postea graviora pati contingeret, si ultimū belli eventū expectarent, pactis cum Venetorū Præfectis induciis, ut eis ad Venetū Principē legatos suos ad certū diē mittere liceret, se, suaq. omnia Venetis tradidere. Capto īn utino Estensis, recepto prius Colloreto, et adjacentibus Castris, omnes copias ad superiora oppida conduxit, Et cū Glemona, et Ventionū, omni auxilio spoliati in Venetorū potestatē devenissent; Tulmetini quoq. postquā omnia fidei, et gratitudinis argumenta data esse viderentur, in Venetorū patrociniū voluntariē se submisere, servatis tamēn privilegijs sibi antea ab Antistitibus concessis.

Libri Quarti, et ultimi Finis.

BIBLIOTECA COMUNALE

BIBLIOTECA
CIVICA

Inches
Centimetres
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black